

119

CON
BRU

... red
... Roma
... S

IL
... d

CUR
B R

... d

... &
Juris

... acc
...
...
...
...

TO

8
... J. Mo
...
...

... VER

CONSUECUDINES
BRUXELLEENSES,

Latine redditæ, Commentariis ac Notis tam ex
Jure Romanorum quam Edictis Principum,
nec non Sententiis ac Turbis in earumdem
verificationem exhibitis,

ILLUSTRATÆ.

Accedunt Jura & Consuetudines
SUPREMÆ

CURIÆ FEUDALIS
BRABANTIÆ,

*Una cum dictarum Consuetudinum Indicibus
locupletissimis.*

Studio & Opera **J. B. CHRISTYN,**
Juris - Consulti Bruxellensis.

Cui nunc accedunt Additiones aliquot selectæ ex
Manuscripto per Clarissimum ac Amplissimum
Dominum **J. B. SANEN,** nuper in Supremâ
Brabantia Curiâ Consiliarium relicto.

TOMUS TERTIUS.



BRUXELLIS,

Typis J. MORIS, Typographi ac Bibliopolæ
sub insigni Bibliorum Sacrorum in Allantopolio.

CUM PERMISSIONE ET PRIVILEGIO.



J. B. CHRISTYN
JURIS-CONSULTI BRUXELLENSIS
IN CONSUETUDINES
BRUXELLENSIS
COMMENTARIUS.

Articulus I.



Ruxella ejusque territorio præponitur à Principe, seu Duce Brabantie, Ammannus genere Nobilis & Vice - Ammannus, Brabanti ambo & legitimo thoro prognati, commissione Principis deservientes, jusjurandum præstantes ad manus Brabantie Cancellarii, Consulis & Magistratus, sese inaugurationes Principum, Jura & Privilegia Brabantica nec non Bruxellensia observaturos.

Tomus III.

A

S U M M A R I A.

1. **B** Ruxelle situs.
2. **B** Fertilitas.
3. Sylvæ Soniæ descriptio.
4. Bruxellæ ratio Etymologica.
5. Sennæ Fluvii origo & finis:
6. Urbis figura.
7. Civium affectus ad Deiparam.
8. Territorium Bruxellense.
9. Statuta Urbis ligant suburbia.
10. Ammanni Officium.
11. Catalogus Ammannorum Bruxellensium.
12. Scutiferorum seu armigerorum olim munus bellicum.
13. Hodie dignitatis.
14. Equitis creatio antiqua.
15. Schildtbortigh quis dicatur.
16. Ignobiles quomodo insignia gerant.
17. Nobilitatis prærogativæ.
18. Vice - Ammannus ejus etymon, electio.
19. Peregrinis non possunt conferri Officia.
20. Exempla externorum ad Officia admissorum cum damno Reipublicæ.
21. Illegitimi frequenter legitimis præstantiores.
22. Infamibus annumerantur.
23. Ad Officia non admittuntur.
24. In Gallia non admittuntur spurii ad beneficia sed ad dignitates laicas.
25. Qui comprehendantur sub nomine Principis.
26. Officia Regia sunt perpetua.
27. Jusjurandum varium apud varias gentes.
28. Forma jurandi apud Christianos.
29. Juramentum præstandum à promovendis ad officia.
30. Cancellarii etymon, officium, dignitas.
31. Cancellariorum series.
32. Brabantie etymon, limites, &c.
33. Brabantinorum privilegia.
34. Bruxellæ, ejusdemque Civium privilegia.

(1) **B**RUXELLÆ) Bruxella Brabantini Ducatus hodie Metropolis, Civibus potens & inclita virtutibus, eodem quo olim loco nunc sita est, idque in longitudine graduum 26. 30. à Canariis Insulis & latitudine Poli borealis graduum 50. 48. ut ex Repetitis observationibus mihi constitit.

Urbs est super Sennæ flumen partim in edito partim in plano posita, adeoque sedes vel maximo dignissima Principe, &

———— *Brabanti*

gloria prima soli, Belgî præclarus ocellus.

(2) Nam planicies felicissimo ab utraque parte territorio circumdata per amœnissima pratorum cum supra tum infra Urbem diffusa pulchro sane aspectu per aliquas leucas porrigitur.

(3) Ab alia parte Sylva Soniacensis leucæ vixdum quadrante disjuncta venatione simul ac lignatione Regali insignis, tum Abbatii undique ac Monasteriis plena & innumeris iisque nitidissimis Fontibus & magna fructiferarum arborum copia nobilis; quæ inter se juncta cœlum efficiunt saluberrimum & aquas longe dulcissimas. Ita ut mirum non sit septem aliquando hic degisse capita coronata: anno quippe 1556. Bruxellis simul extitisse commemorat Emanuel van Meteren. Carolum V. Imp., Philippum Hispaniarum Regem, Maximilianum Bohemiæ Regem, Eleonoram Reginam Galliæ, Mariam Reginam Hungariæ, Mariam Reginam Bohemiæ, Muleassem Regem Tunetanum, idque ultra Duces Sabaudia, Lotharingia, Parma &c.

Continet Sylva Soniacensis inter Brabantia plurimas maxima, & amœnissima 8257. jugera terræ, quorum 5404. arboribus obsita sunt, cætera 2753. gramineâ viriditate refertissima, hinc pauperibus Urbis incolis quantum vel hu-

meris vel curru monorotico ligni sicci avehere possunt privilegio est concessum. Sunt & in vicino agri fertiles & ad quamvis culturam apti, ac frumenti imprimis feraces, idque maxime in editioribus territorii locis : in planitie verò pascua pecoribus (ex longinquo adductis) saginandis capacissima sese herbarum nativa dulcedine apprime commendant.

(4) Unde vero Urbs nostra per Orbem universum celebris nomen sit fortita nemo hactenus certo dixit. Inter veterum scriptores Baldericus *lib. 1. cap. 28. Chron. de Episcopis Camerac. & Atrebat.* de S. Vindiciano loquens primam mentionem facit Brosellæ. Cum inquit S. Vindicianus Cameratium Antistes ægrotaret apud Brosellam, jussit se transferri ad montem S. Eligii, eo quod ibi Beatus Eligius habitationis suæ fecerat diversorium, cui ipse familiari usu dilectionis inhæserat. Qui voluisse & mori & sepeliri dicitur illic ubi sub Christi labaro militaverat. Obiit enim teste Molano *ad 11. Martii in Annalib. Sanctior. Belgii.* in Brosella, idque secundum Haræum *in Carolo Herfiallo* anno Christi 695. Colvenerius autem *in notis ad cap. 28. lib. 1. Chronici Balderici* scribit eum obiisse anno Christi 712. Mejerus *ad annum 974.* non Brosellam sed Brusolam appellat. Ast Marcus Varnevicius *in Historia Belgica lib. 3. cap. 26.* multo vetustiore hanc esse Urbem conjicit etiam tum Cæsaris tempore florentem ; Julius Cæsar inquit Gandavo peregrinatus Bruchella, Lovanium : forte locum pro Civitate insinuans.

Quemadmodum itaque in origine laboratur ita & de nominis etymo variæ sunt sententiæ : multi à paludibus derivant quarum magna in vicino copia : locus enim paludosus nostratibus *Brouck* dicitur, quos inter Divæus *rer. Brabant. cap. 5.* hos ridens Puteanus *in Bruxella sept.*

dicit eos ingenium maluisse ostendere quam nihil dicere, subjungens causam nominis fortasse derivari à Ponte & Castro quasi Brughsel id est Castrum Pontis; quemadmodum Oenipons Tirolensis Provinciæ Metropolis Germanice (*Insbrugh*) à fluvio & ponte nominata, *Sel* autem sive *Sael* plerisque Urbium Pagorumque appellationibus adhæsisse. Alii à Ponte & Cella deducunt: Normanni enim in Sonia Sylva sua habuere latibula, unde sæpius egressi, in vicinos agros & Provincias populabundi transcurrebant. Regino Monachus qui scripsit anno 900. *in gestis anni 884.* his etiam diebus Normanni, inquit, à Sono exeunt & rursus in Regnum Lotharii revertentes in loco qui dicitur (*Loven*) Castra metati sunt &c. Planiciem autem Bruxellanæ Urbis olim Sylvestrem fuisse nemo dubitat, cum adhuc hodie Soniam Sylvam ad portas ferè Urbis se extendentem videat; Pontem ergo illi struxerint ad Sennæ fluvii transitum, ædificata insuper ad ejus custodiam munitione, ea in parte, ubi hodie Divi Gaugerici Templum est, præcipua arce editiori loco collocata, ubi hodie maxime montosa Urbis pars & hinc nomen Urbi obvenit; postmodum constructo circa pontem oratorio aut cella ut antiquitus loquebantur Brughcella dici cæpit.

(5) Senna fluvius est utcumque rapidus in Hanonia, una circiter hora à Civitate Sogniacensi ortus; à meridie subit urbis mœnia, Insulas nonnullas faciens; quas inter famosissima est illa Divi Gaugerici: sic dimissus Vilvordiamque inde permensus, in agro Mechliniensi non procul Heffenâ pago Dilia miscetur & cum aquis nomen simul effundens Senna esse desinit. Putean. *Brux. sept. hept. 7. dist. 4.*

Denique non desunt qui Urbem (*Brussel*) vocatam credunt ob Fontium scaturigines quasi

Ruysbol vel *Ruysfel*, id est, sedes murmurans seu aquis tumultuans. *Gramay in Brux.* cum etiamnum hodie locus seu platea nominetur (*het Ruysbroeck*,) excellentia nominis fortasse quod maximè ibidem solerent erumpere fontium scaturigines. Quidquid sit non vanis hæc opinio nititur conjecturis, eoque magis quod Urbs à Normannis seu Gothis nomen acceperit qui hanc à loci proprietate qua ab aliis Brabantiae locis distingueretur, nuncuparunt. Qui considerantes neque Lovanii, nec Mechliniae, nec Antverpiæ aliisve locis vicinis ullos aut raros Fontes protuberare, Bruxellam vero iis apprime fertilem, nominarunt locum hunc *Brunsel*: Gotice quippe Fons dicitur *Brunna*: sive jam autem addatur ex mente Puteani *Sel*, sive sumatur pro cella id est oratorio ad Pontem Sennæ fabricato exsurget nomen *Brunsel*, quod facilioris enunciationis ergo abiit in *Brussel*. *Vide Commentarios additos ad Jornand. de reb. gest. Goth.* nulla etenim major inter Bruxellam & cætera Brabantiae loca est disparitas quam à Fontibus desumpta, nam privatae civium ædes plurimum splendent & imprimis commoditate fontium, quippe decem subinde diversis locis aquam erumpentem observabis.

Ego cum Puteano à ponte & *Sel* nomen ortum arbitror, pontemque illum constructum in prædicta Insula D. Gaugerici à Normannis, qui loca hæc primò inhabitarunt, *Sel* autem sive *Seël* antiqua lingua Belgica significat sedile, quasi diceretur Sedile pontis id est *Brughseël*.

(6) Figuram quod spectat cor humanum refert candoris fideique incolarum certissimum argumentum. (7) Nulla enim Brabantiae Urbs est in qua aut in cujus territorio tot sint facella Miraculosæ Deiparæ imaginibus gloriosa. Ter felix Bruxella non tantum aula Palatina Ducum

nostrorum, sed magis aula Cœlesti Reginae Angelorum Mariæ, quæ vere in te posuit tabernaculum suum, Wichmans *Brabant. Marian. lib. 2. cap. 8.* quamquam tamen Civium Bruxellensium veneratio & cultus ad Deiparam maxime militet, illos Dei adoratione & Sanctorum invocatione abstinere nemo judicet, non minora enim desuper supersunt pietatis indicia; tot nempe magnifica Tempora, & Augusta ædificia in Dei & Sanctorum honorem, tum Principum, tum Civium larga munificentia exstructa.

(8) EJUSQUE TERRITORIO) Territorium Bruxellense proprie dictum vulgo (*de Cuype*) Rivulis quibusdam circumscribitur eoque continentur loca octo quasi commestationibus destinata & variarum mechanicarum artium opificibus habitata, suntque Elsenum, Etterbeka, Suburbium S. Judoci, Scarebeka, Laca, Anderlechtum, Molebeca & Bruxella superior dicta, Ammania enim longe ulterius protenditur, de quibus singulis excurrere non est hujus instituti. Hoc solum addam statuta Urbium extendi ad Suburbia *Carpzov. dec. 2.*

(9) CEU DUCE BRABANTIÆ) Regem quippe non agnoscimus nisi ut Brabantiae Ducem.

(10) AMMANNUS) Ammanni Officium pro qualitate locorum varium est, *Diether. in contin. Thesaur. pract. Besold. litt. A. verb. 63.* apud nos planè simile est ei quod apud Romanos obibat præfectus Urbi, de quo *Ulpianus in l. 1. ff. de Offic. præf. urb. & Impp. C. eodem.* Notum quoque est illud munus apud Antverpienses, de quo consuetudines ibidem latè differunt *tit. 3.* quin etiam apud Mechlinienses *Consuet. tit. 1. art. 41.* nisi quod ibidem minoris videatur existimationis & secundus dumtaxat à Prætoře sive sculteto ha-

beatur, adeo ut illum Petrus Nannius Subpræfectum urbis nuncupet, eo quod ibidem Scabinis diebus juridicis dicendi juris auctoritatem tribuat, quod vernaculo idiomate (*die vierfchare bannen*) dicunt: edicitque ne in litigando convitia, jurgia, aut strepitus fiant, multis quoque in rebus ibidem præconis munia exercet, in nonnullis etiam lictoris Ministerio fungitur, juxta privilegium Urbi Mechliniensi anno 1301. ipso Divæ Luciae die concessum à Joanne Duce Brabantiae, & Joanne Berthout. Nos quia nullum nomen nec par, nec vicinum reperire potuimus, Germanico vocabulo *Autman* sive *Oltman* quasi virorum senior, semper usi sumus, quemadmodum videmus summos viros alienæ linguæ Provinciaeque Magistratus in Romanis scriptis retinuisse: ut non loquar de Persicis vocabulis quæ in utraque lingua suum usum obtinuere, quin & nunc Janizzaros, Spahios, Bassas, Beglerbeios Turcica nomina in ore habemus. Et ita mirum non est vocem *Amman* communi idiomati irrepisse atque inhæsisse. (II) Sequitur Catalogus eorum ab ipsa institutione quantum ex antiquatis codicibus licuit colligere, quem exhibet Puteanus in *Bruxell. sept. Heptad. 2. Dist. 4.*

A N N O C H R I S T I .

- 1124. Gregorius.
- 1125. Ascelinus.
- 1133. Walterus de Anfilier.
- 1174. Wilhelmus de Bierbeeck, miles.
- 1201. Henricus.
- 1202. Wilhelmus de Craynhem, miles.
- 1207. Walterus de Aa, miles.
- 1209. Renerus. de Ittere.
- 1212. Arnoldus.

1224. Gregorius, miles.
1231. Gregorius.
1234. Henricus.
1240. Henricus de Leefdael.
1245. Henricus Grols.
1249. Henricus de Leefdael.
1258. Adamus de Woluwe.
1269. Godefridus de Poirtere.
1282. Henricus Lenken.
1288. Arnoldus de Yffcha, miles.
1289. Waltherus de Cockelberghe, miles.
1298. Libertus de Trajecto.
1300. Wilhelmus Pipenpoy.
Joannes de Quercu.
1301. Waltherus Pipenpoy.
1304. Henricus de Huldeberghe.
1306. Waltherus de Houte.
1309. Jacobus de Yffcha.
1310. Joannes de Aelst.
1311. Joannes de Liedekercke.
1313. Joannes de Vertheycke.
1315. Renerus de Ledebberghe.
1316. Rogerus de Leefdaele.
1317. Radulphus Pipenpoy, Dom. de Blaefvelt.
1319. Wilhelmus Pipenpoy.
1320. Radulphus Pipenpoy.
1323. Oliverius de Binchem.
1326. Ludovicus de Lyminghen.
Joannes de Erpse.
1329. Woltherus Bastyn.
1331. Wilhelmus de Hockenzele.
1332. Daniel de Pedes.
1333. Renerus van der Logien.
1334. Joannes van der Hyden, miles.
1335. Everardus Nicolai.
1336. Joannes van den Wikete.
1339. Gerardus van der Hyden, miles.
1340. Renerus van Ursene, miles.

1341. Waltherus Pipenpoy. Sed in hujus locum
à Joanna Duce suffectus
Osten Comes Nassovius Dominus in
Dillenburgh, Joannæ à Consiliis, cui
munus deferenti successit
Judocus de Ophem in cujus locum jussu
Principis restituitur.
Waltherus Pipenpoy.
1344. Joannes de Wikete.
1349. Waltherus Pipenpoy.
1350. Philippus de Tudekem.
1351. Everardus Wassaert.
1352. Joannes Crupelandt, miles.
1354. Godefridus Wassaert.
Radulphus de Mol.
1355. Joannes de Bryn, de Crynhem.
1356. Sigerus van den Heet-veldt.
Joannes Crupelandt, miles.
1357. Joannes de Bryn, de Crynhem, miles.
Henricus de Stalle, Dom. de Beersele,
miles.
1359. Renerus F. Joannis Cluetinck.
1360. Philippus de Tudekem.
1363. Theodoricus van den Heet-veldt.
1366. Joannes van Redelghem occubuit in præ-
lio Juliacensi ad Raeswilram.
1369. Wilhelmus van der Most.
1372. Wilhelmus Swaef.
1375. Joannes F. Reneri Cluetinck.
Radulphus de Mol.
Renerus Cluetinck vices Joannis Filii sui
cum Duce ad bellum profecti, gerens.
1379. Joannes van Ophem, miles.
Joannes Taye.
1380. Martinus Taye.
1382. Nicolaus de S. Gaugerico, miles.
1384. Joannes van Ophem.
1386. Joannes Cluetinck.

1388. Nicolaus van Ursene.
Joannes de Ophem, miles.
Nicolaus de S. Gaugerico.
1397. Libertus.
1399. Nicolaus de S. Gaugerico.
1400. Joannes de Grimberghen, miles.
1406. Waltherus van den Heet-velde.
1407. Wenceslaus de Hertoghe.
1411. Philippus van Coudenborgh, miles.
1412. Gerardus de Cockelberghe.
Andreas Backeniet.
1413. Gerardus van Cockelberghe.
1415. Ægidius de Monte.
1416. Joannes Everardi F. Cluetinck.
Gisbertus Pipenpoy.
1417. Wilhelmus van Assche.
1418. Joannes van Ophem.
Wenceslaus de Hertoghe.
Cornelius de Liedekercke Senescalcus.
1419. Joannes Taye de Elewynt.
1420. Joannes Everardi F. Cluetinck.
1421. Joannes de Diedeghem.
1423. Petrus van der Thommen.
1424. Waltherus Pipenpoy.
1429. Henricus Taye.
Thomas van Mons.
Gerardus Pipenpoy.
1430. Joannes de Edinghen.
1442. Henricus de Witthem, miles Dominus
de Beersele, postea Eques Aurei Vel-
leris.
1464. Anthonius Thoenys.
1467. Ludovicus de Edinghen, de Kestergate,
miles.
1468. Joannes de Edinghen, de Kestergate,
miles.
Ludovicus de Edinghen, de Kestergate,
miles.

1472. Joannes de Baronnaige, miles Dominus de Moude, Perck &c.
1475. Ludovicus de Edinghen, de Kestergate, miles.
1477. Wilhelmus Estor, miles.
1489. Philippus de Witthem Dominus de Beerfel in Braecheneyghene &c.
1490. Wilhelmus Estor, miles.
1504. Joannes de Coutreau miles, Dominus de Pinseux & in Asscha.
1506. Rolandus de Mol, Dominus de Wespelaer.
1513. Gaspar de Mol.
Rolandus de Mol, Dominus de Wespelaer.
1516. Wilhelmus de Merode, miles Dominus de Vuelen Godsenhoven &c.
1525. Henricus de Witthem, Dominus de Beerfel &c.
1532. Henricus de Stradio, Dominus de Maleve.
1546. Wilhelmus le Tourneur miles.
1554. Joannes de Lockenghien Eques Dominus de Coeckelberghe, Berchem &c.
1574. Antonius van Off, Dominus de Heembeek, Romsbeeck &c.
1578. Ludovicus de Bregilles.
1579. Joannes de Mol.
1585. Antonius van Off, Eques &c.
1589. Joannes Vander Ee, Eques Dominus de Herent, Meys &c.
1607. Franciscus van der Ee, Eques Dominus de Meys &c.
1645. Georgius de Brimeu, Eques à Consiliis Belli &c.
1676. Jacobus de Bruneau, Eques, Vice Comes de Wastina, Regi à Consiliis, & Thesaurarius ordinis Aurei Velleris, &c.

1706. Joannes Baptista Baro van Weerde, obiit
7. Martii 1720. cujus loco provisionaliter successit D. C. J. Bosschaert, Advocatus.
1722. Guilielmus Godefridus De Thisquen, præstitit Juramentum 29. Augusti ejusdem anni, obiit mense Majo 1732.
1732. Simon Baro de Rynegom, per resignationem G. G. De Thisquen, præstitit Juramentum 19. Februarii 1732. obiit 3. Martii 1737.
1737. Joannes Eugenius Nicolaus Vander Dilft, de Borghvliet, 27. Julii 1737. præstitit Juramentum 31. ejusdem mensis, resignavit anno 1743.
1743. Melchior Carolus Josephus Hyachintus Van Beughem, 4. Julii 1743. obiit 31. Octobris 1748.
1749. Nicolaus Franciscus Vander Noot, 21. Junii, Toparcha de Vrechem, Kels & Gobbelschroye.

(12) GENERE NOBILIS) Quod coincidit cum voce (*Schildtborstigh*) cum (*Schildt*) sive Clypeus genuinum sit Nobilitatis symbolum: hinc Scutifer & Armiger apud Latinos, nostris (*Schildt-knape*) Gallis *Ecuyer*, Nobiles denotant, à Scuto ferendo desumpta vocabula. Quippe apud Romanos in publico Triumpho Equitum scuta galeæque ab aliis viris iisque Nobilibus præferri solebant. Apud Celtas quoque in more positum fuit ut quisque Eques suum haberet Armigerum virum, nempe Nobilem ejus insignia portantem: quod & apud Judæos observatum passim innuunt Sacræ Pagino, ut patet *Regum* I. c. 17. *ibat autem Philisteus incedens & appropinquans adversum David & Armiger ejus ante eum; item eodem*

lib. c. 31. dixitque Saul ad Armigerum suum evagina gladium & percutite me, & inde Armigeros seu scutiferos nomen mutuatos asserit Car. Lofæus *trait. des Ordres* cap. 5. (13) sed quod institutione munus Bellicum fuit postea dignitatis obtinuit. teste Franc. Mennenio in *delic. ord. Equest. de forma equit. crean.* ubi duos olim Armigeros unicuique militi inferviisse asserit qui Galeam clypeumq̄ gestantes ei uti individui Comites adhærebant eo quod à Milite illo terras aliquas in scutagio tenebant ut ipse miles à Rege in feudo militari, sed hæc usus offuscavit. Hodie cum varia sint Armigerorum genera, illi primarii censentur qui Principis corpore sunt selecti, dein Equitum Auratorum filii natu maximi, & eorundem itidem filii nondum in equestrem ordinem cooptati, quod ita ante aliquot sæcula in usu fuisse convincit epitaphium Costini de Berchem militis, exstans in Divi Michaëlis Antverpiæ.

(14) Creabantur etiam antiquitus Armigeri oblato iis cingulo additisque calcaribus argenteis, uti Equites appensione gladii & calcaribus Auratis. Sic legimus Joannem Hungtonum in singulare certamen provocatum à Richardo secundo Angliæ Rege, non modo Nobilem verum etiam Armigerum creatum per litteras patentes quæ exstant apud Seldenum 2. *part. cap. 5.* (15) Cæterum ejusmodi Armigeri eorumque per longam seriem descendentes qui à multo tempore jus Armorum & Clypei sive scuti præferendi habuere phrasi Belgica (*Schiltbortighe-mannen*) vocati sunt teste Boxhorn. in *Theatro Hollandiæ* cap. 7. Fred. à Sande ad *Consuet. Geldr. & Zutphan. tract. prælim. cap. 3. num. 9.* Quin imo mores nostri id cognomen attribuunt iis qui generis antiqua nobilitate clarent qui & (*Schiltbortighe*) quasi è Scuto nati

nominantur. Moreno de Vargas de la Noblezza
discor. 4. num. 12. unde colligere cuius facile
 est neminem nisi Nobilem jus Clypei habere,
 & quemcumque jus Clypei habentem Nobilem
 reputari; quod & censet Argentæ. *in lib. cui
 titulus Advis sur les partages de Nobles quest. 14.*
 (16) Hinc ignobilis seu mechanicus sua signa
 si quæ habeat non in clypeo aut scuto exhi-
 bere potest, sed aut in forma rotunda aut ovali
 & à scuto distincta, uti & confirmat Franciscus
 l'Alouëtte *Traité de la Noblesse l. 2. cap. 9.* Non
 itaque à verò aberrabit, Scutum qui dixerit
 verum Nobilitatis objectum, campum cui semi-
 na creduntur virtutis, unde signa prodeunt
 Nobilia, & scrinia insignium ad perpetuitatem
 facta.

(17) Quare non immerito generis claritas
 adhanc Urbis Præfecturam requiritur cum Po-
 liticæ rei scriptores in distribuendis Magistrati-
 bus non minimam Nobilitatis rationem haben-
 dam serio affirmant: splendor enim ac Majestas
 singularis rei publicæ accedit cum Nobiles ad
 Gubernacula sedent, in quibus singularis virtus
 ac generis claritas lucet teste Aristot. *polit. lib.
 3. cap. 8.* nec tantum liberis est præclarus ac
 magnificus Thesaurus Parentum Nobilitas & glo-
 ria, si ea homines non abutantur, sed inest
 quoque illis vis admirabilis & occulta propa-
 gandæ virtutis eamque in stirpem derivandæ.
 Plato in *Mnexeno* Plutarch. *de liber. educ. &
 Dion. lib. 44. in oratione Antonii de laudibus
 Cesaris* perpetua virtute pollere asserit qui anti-
 quo à semine bonorum genus ducunt. Unde &
 apud Spartanos, Athenienses, Corinthios, istud
 moris receptum fuit ut penes familias Nobiles
 & conspicuas primæ dignitates & officia publica
 essent. Herod. *lib. 5.* Pausanias *lib. 1. de Spartan.
 Regib.* Strabo *lib. 8.* ac leges Romuli inter alia

id jubent, *Sacra & Magistratus soli Patres peragunt, plebei agros colunt.* Et Germani Magistratus suos elegerunt ex generis Nobilitate, ut Belli Duces ex virtute. Tacit. *de morib. German.* nec vero spectarunt corporis robur ut Medii non pedum pernecitatem ut Lydi, non pulchritudinem ut Indi, non divitias ut Æthiopes non molem & obæsitatem corporis ut Gordii. Alexand. ab Alexand. *gen. dier. lib. 4. cap. 23.*

(18) VICE-AMMANNUS) vulgo (*Lieutenant*) quod verbum Gallicum vernacule exprimitur (*Stadthouder*,) qui non ab Ammanno eligi potest sed ab ipso Principe huic muneri præficitur, ut ex ipso articulo videre est, unde non delegatus sed vicem gerens seu locum tenens dicitur, quantum vero illa differant tradit Bartolus *in l. 2. C. de offic. ejus qui vices alterius gerit* ubi illum delegatum esse ait qui ab officiali committitur, vicem gerentem vero sive Vicarium eum quem Princeps constituit; adeoque hic ordinariam non delegatam habet Jurisdictionem, cum nempe committitur in locum ejus qui Jurisdictionem jure suo & ordinariam exercet. Huc facit etiam notatum Bartoli *in l. 1. §. in quibus ff. de legatis 3.* in eum qui vices alterius gerit ex mandato Imperatoris vel Principis transferri cuncta ea quæ habebat is cujus locum tenet, quod & confirmat. Pet. Costal. *in advers. ad l. 1. ff. de offic. ejus cui mandata est Jurisdictio.*

(19) BRABANTI) Primaria Brabantiaë munera nisi à Brabanto non possunt obtineri, quam in rem prodierunt edicta plurima ut illud 10. Decemb. 1549. item 15. Septemb. 1561. rursus 26. Martii 1576. & denique 9. Junii 1577. quibus cavetur Peregrinos omnes alibique natos ab officiis & Præturis Brabantinis destituendos, eorumque in territorio Brabantino acta gestave esse nulla & irrita, quod observaturos sese solenni

lenni jure jurando affirmant Principes tempore inaugurationis articulis 37. & 38. *læti introitus anni 1549. item art. 5. & 9. eod.* exteri quippe non fide nec affectu tenentur, quin hoc tantum agunt ut quod commodi est trahant rapiantque, & undecumque in sinum suum auferant, ut docet Tacit. *in Agricol.* Salustius Lampridius & alii. Deinde juris publici, moris majorum, rei denique publicæ plerumque sunt inexpertes ubi ad Consilium in Rep. dandum, caput est nosse Remp. teste Cicer. 2. *de Orat.* ideo prudentissimus ille Meterus Augusto suadebat in Senatum ut eligeret solos Romanos partim propter institutorum Patriæ memoriam, partim ne protinus immutare Reip. statum videretur, ut refert Dion. *lib. 52.* numquam enim alienigenæ tantam præsumitur Curam habiturus Reip. atque inquilinus quem Patriæ amor ad majorem sedulitatem stimulat. Nam teste Ovidio *lib. 1. de ponto.*

Solus amor Patriæ ratione valentior omni.

Et paulo post

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos.

Ducit, & immemores non finit esse sui.

Chari sunt liberi inquit Tullius, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria una complexa est. Ludovicus certè Hungariæ diligentius præfuit quam Poloniæ quam vix à limine salutatam deseruit. Et Henricus Andium Dux Poloniæ prorsus valedixit ut ad Domesticum Regnum rediret. Unde *l. 2. C. de offic. Præt.* eligendos potius prætores qui larem in urbe habent assertum est, Alberic. & DD. *ibid.* Magistratus quoque municipales potius ex originariis creari quam exteris vult *l. Libertini §. 4. ff. ad municipalem & ibid.* Bartolus. Baldus *ad l. unusquisque C. de Infant. expos. & ad l. 2. C. de capt. Alexand. conf. 156. part. 2. & Raphael*

Cuman. *conf.* 177. de jure quoque Pontificio cautum exteros in alienâ patriâ beneficium Ecclesiasticum neutiquam obtinere posse. *c. neminem* 80. *c. apbros* 98. *dist. c. ult. de clericis peregrin. l. in Ecclesiis C. de Episc. & Cler. l. unic. C. non licet habita Metrop. l. 2. C. de annon. Civil.*

Et hoc quoque in Regno Castellæ, Legionis, & Franciæ, receptum testatur Salsedo *pract. Can. cap. 56. Benedictus ad cap. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam. Dion. Gothofredus & Bernard. Autumn. ad tit. C. ut nulli patr. sue administ. Ant. Mornacius in l. ult. C. de offic. prætoris. Philibert Bugnyon de legib. Abrog. lib. 1. sat. 43. & ibidem addita. Argentæus ad Consuet. Brit. art. 31. num. 6. & late Joannes Bacquet traité du Droit d'Aubaine cap. 15. num. 12. ubi illud & juri Civili & Canonico omniumque fere Regnorum, uti Angliæ, Poloniæ, Siciliæ, Italiæ, Hispaniæ &c. conforme esse perhibet, quemadmodum & in universo Belgio Zypæus *not. jur. Bel. tit. de jurisdictione num. 36. Christin. vol. 2. dec. 83. & vol. 5. decis. 72. num. 17. Anton. Perez. C. ut nulli patr. administ. Elbert. Leonin. emend. lib. 7. cap. 9. num. 4. Minsinger. 4. observ. 30. quin & ipsa lex Divina præcipit ut si sit eligendus Magistratus, ex numero fratrum eligatur, neque Rex constitutur qui alterius gentis est. Deuter. cap. 17. & reliquæ bene constitutæ Respublicæ, Romana, Carthaginensis, Atheniensis & hoc tempore Veneta aliæque, Magistratus suos Civibus tradunt. Patric. lib. 3. de Republ. tit. 2. quapropter Lycurgus apud Lacedæmonios omnibus viribus & legibus contendit ne peregrini & extranei ad Magistratus & officia admitterentur teste Plutarcho in Lycurgo, cujus imitatione Scytæ, Gamphasantæ, Seres & Indi advenas & peregrinos in Civitates suas numquam recipiunt.**

Apud Massilienses qui laudem æquitatis legum habuerunt, nemo creatus fuit nisi qui liberos haberet & de civium sanguine tertiam per generationem ortus esset. Strabo *lib. 4. geograph.* Syracusani quoque non nisi priscis civibus & familiis vetustis Magistratus concesserunt Diod. Sicul. *lib. 11.*

(20) Nec est utile Cives esse peregrinos, eo quod fortiores facti aliquando eveniat ut indigenas expellant, Rempublicam turbent, seditiones excitent, veluti Achæi Threzenios, Thurii Sybaritas, Samy Zancleas, Chalcidenses Amphipolitas ejecerunt. Aristot. *pol. cap. 3.* Vidit & hoc eximium sapientiæ columen Syracides. *Ecclesiastici cap. 11. admitte ad te alienigenam inquit & subvertet te in turbine & alienabit te è tuis propriis*, quin imo superioribus sæculis Guilielmus Neapolis & Siciliae Rex quam periculosum sit, posthabitis incolis, exteros ad primaria promovere munia cum pessimo publico sensit, quippe in quem insurrexerunt Neapolitani atque Siculi quod præcipuos Magistratus atque ipsum Cancellarium Gallis detulisset, atque ideo anno 1138. conjuratione communi Gallos omnes in regno trucidarunt, Belloforestus *in annal.* Hardicanutus Rex Daniae & Angliae ob eandem causam Danos omnes ab Anglis peremptos vidit. Hungari à Polonis cæsi omnes fuissent nisi regiam arcem occupassent & postmodum certis conditionibus in patriam rediissent Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 5.* Albertus quoque Magnipolensis in Suevorum Regem Electus, cum Teutonibus loca & officia publica committeret, & Nobilissimas Virgines ac Viduas in extraneorum conjugia consentire cogeret, à suis vinctus & in carcerem coniectus fuit. Joannes Mag. *lib 11.* Similem ob causam magnus ille

Julius Cæsar in invidiam apud Romanos est adductus quod Gallos externos in Senatum recepisset. Sueton. *cap. 76.* Alexander cum posthabitis Macædonibus Aures Persis daret. Q. Curtius. Carolus Magnus cum indigenis neglectis togâ & bello exteri ut plurimum uterentur. Belloforest. *in ejus vita.* Carolus audax Burgundiæ Dux cum Campobrichium Neapolitanum primum arcanorum arbitrum assumpsit teste Comminæo. Quin Etiam Carolus cognomento simplex & Lotharius ejus ex filio nepos eadem discrimina imo majora subierunt, quod postpositis Francis omnia Germanis crederent, nam ille regni administratione ab indigenis submotus carcere vitam finivit, hic vero Imperium adeo infirmum filio reliquit ut in eo Caroli Magni inclyti Principis familia expiraverit. Quid referam indignationem Titi Manlii sacrilegium vocantis si exteris Magistratus communicentur. *Audi inquit Jupiter hæc scelera, audite jusque fasque, peregrinos Consules & peregrinum Senatum in tuo Jupiter augurato templo, captus atque ipse oppressus visurus es!* Prudenti itaque Consilio magnus ille Persarum Rex Cyrus jam jam moriturus teste Xenophon. *lib. 8. Cyropæd.* filium Principem monebat ut si quos in regno officarios post obitum suum adscisceret nusquam aliunde acciperet quam à suis conterraneis & civibus quos semper alienigenis præferendos curaret. Unde non immerito dixit Rautensten. *in Theatro Comet. part. 1. fol. 86.* infelices gentes, quæ externos in sinum tamquam angues ita recipiunt, ut deinde ex arbitrio eorum dependere cogantur, velut nervis alienis mobile lignum.

(21) LEGITIMO THORO PROGNATI) Illegitimos non minoris faciendos quam legitimos ait Stobæus *serm. 75.* namque nomen tantummodo habent culpabile, natura vero æqualis est.

Euriped. in *Antig.* quisquis enim bonus fuerit illius natura non corrumpitur nomine: *idem in Euristheo.* Et non rarum est filios naturales & extra legitimum thorum procreatos animo conspicui sublimi & legitimis erectiores, magnisque dotibus excultos, Lemnius *de occult. nat. mir. lib. 4. cap. 3.* Hercules notus erat & tamen virtute sua Dis æquum honorem est consecutus teste Plutarch. sic Theseus, Teucer, Menelaus, Themistocles, Demosthenes idem nascendi habuere Principium. Thimoteus Cononis filius notus ex meretrice Thressâ dixit maximam se habere matri gratiam quod per eam esset Cononis clarissimi Ducis filius teste Suida. Quin imo & noti Philippi Boni Burgundiæ Ducis publice & privatim in scutis gentiliciis quasi gloriabundi scribebant, *Anthoine, Philippe, bastard de Bourgoigne.* Pontus Heuter. in *tract. de libera homin. nativ. cap. 14.* Quasi in furtivo illo ac clandestino concubitu non parcé sed affluenter naturæ munera istis infunderentur. Gasp. à Reies *Camp. elys. jucund. quæst. 76. num. 13.* Catalogum ingentem hominum patre incerto genitorum & domi militiæque clarissimorum exhibet Tiraquel. *de Nobil. cap. 15. num. 31.* Heuterus *de liber. hom. nativ. cap. 16. (22)* Paleotus *de spuriiis cap. fin.* Sed hæc non obstant cur minus Pericles apud Athenienses illos in civium numero noluerit haberi Alex ab Alex. *lib. 4. cap. 22.* seu cur minus infamibus annumerentur. Bald. & D D. *in l. 3. ff. de liber. & posthum.* Azo *in summa C. de infamibus.* Et infamibus portæ dignitatum non patent. *l. 2. C. de dignit. c. inter dilectos de excess. prælat. can. infamibus de reg. jur. in 6. (23)* Rectè igitur hoc articulo cautum ut ad officium Ammanni nemo nisi legitimo thoro prognatus admittatur quemadmodum nec ad ulla alia munera juxta *art. 19. inaugur. Caroli V. Imp. anni 1549.* quam

in rem etiam latum est edictum **II. Junii 1558.**
15. Sept. 1561. & **26. Martii 1576.** ubi illegi-
 timi omnes removentur, etiam legitimi; cum
 legitimus sit similis Alchymiaë quæ facit appa-
 rere quod non est *Bald. in c. 1. de constitut.*
 quem sequitur *Jason in l. cum acutissimi C. de*
fideicommissis & idem *Bald. in cap. fin. de translat.*
Episc. aut legitimum assimilari homini medicato
 à vulnere, in quo semper remanent aliquæ ci-
 catrices. Hujus dictum recenset *Curt. conf. 78.*
 utcumque igitur spurii efficiantur legitimi rema-
 nent tamen infames adeoque dignitatum inca-
 paces *Bart. Chassanæus Catal. glor. mun. part.*
II. conf. 15. Infamia enim, sicut statim cum
 spurio incipit, ita numquam desinit, cum nec
 Princeps infamiam facti tollere, uti nec facta
 infecta reddere possit, licet gradus infamiae mi-
 nuere & mitigare possit. *l. in bello §. 2. de capt.*
 & *postl. rever.* Et hoc obtinere moribus nostris
 notat *Zypæus. not. jur. Bel. tit. de naturalibus*
liberis num. 6. Minsing. 4. obser. 31. Georg.
Schonbornerus polit. lib. 2. cap. 10.

Quapropter ne quos illegitimos ad dignitates
 irrepere contingeret Indi certos Præfectos ha-
 buerunt scrutatores nativitatis cujusque, & Ro-
 mani Præfectos suos ærarii, qui in æde Saturni
 singulos cives de natis suis audiverunt. Divinus
 quoque *Plato lib. 6. de legib.* monet ut candidati
 Magistratus alicujus, eo tempore quo comitia
 habentur in arâ Dei, nomen suum & patris &
 gentis in tabulâ scriptum deponant. Atque ita
 quasi in testimonium vocato Deo sese legitime
 natos profiteantur.

Lege quoque Mosaica spurius propter na-
 talium maculam in Populo Dei Magistratum
 gerere prohibetur *Deuteron. cap. 23.* Nec citra
 rationem, cum enim tales admittuntur accen-
 duntur faces libidinum & dantur præmia adul-

terius. Aristot. pol. lib. 4. cap 6. adeoque Magistratus ipsi infamiâ & maculâ insigni notantur, cum tales in Subsellia, Consilia, ac honores admittuntur: nec possunt ii non timide submissequerem gerere, quod animi spiritum deprimat genus adulterinum, cum in mentem veniunt Parentum scelera.

(24) In Galliâ quamvis spuris Thoroque illegitimo natis ad dignitates Ecclesiasticas aditus præclusus sit, nisi obtenta hanc in rem relaxatione Pontificia *juxta cap. innotuit* & *de elect.* & *cap. ult. de fil. presb. ord. vel non.* ad dignitates tamen temporales & officia laica passim admittuntur vel nullo accedente natalium restitutionis diplomate, ut refert Bacquet *en son traité du droit de Batardise chap. 2. num. 5.* ubi ait. *Aussi nous voyons en France que les Batards, encore qu'ils ne soient légitimés par le Roi, tiennent Etats & Offices Royaux tant de judicature, des Armes, des Finances, qu'autres.* Post Benedict. *in cap. Raynuitius in princ. col. 28.* & Papon. *in notar. 3. lib. 6. de legitimatione,* quod & apud Batavos receptum testatur Hugo Grotius *in introd. ad Jurispr. Holland. lib. 1. part. 12. num. 6.* porro ad hanc rem vide Zepperum *de legib. Mosaic. lib. 3. cap. 10.* Thomam *supplem. 3. part. quest. 39. art. 5.* Arnisæum *de rep. lib. 2. cap. 3. sect. 13.* Randens. *de Analog. cap. 30. num. 81.* Marsil. *tract. de Bannit.* ad hoc apte dixit Joan. Sarisb. *benè meretur de majoribus quorum sanguinem soboles furtiva non vitiat, benè de liberis quibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum.*

(25) COMMISSIONE PRINCIPIS) Principis nomine non modo complectuntur ii qui Castra, Urbes, aliave loca sub se continent, sed & ipse Imperator: sic titulus digestorum tractans de constitutionibus Principum comprehendit ea quæ de

Imperatorum legibus constitutionibusque in jure sancita sunt. Postquam enim lege primâ dictum fuit quod quidquid Principi placuit legis vigorem habeat, subjungitur: quodcumque igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel Edicto præcepit, legem esse constat. Unde apparet Principis nomen non raro etiam Cæsaribus tribui, quod ubi fit Princeps primum significat. Knobbaert *ad jus Civil. Gand. rub. 1. art. 7. obser. 1.*

(26) Hujus officarii, Regii dicuntur, qui ab officio removeri non possunt Papon. *lib. 4. tit. 11. arr. 2.* idque sine legitima causa, hoc est sine culpâ aut delicto ejus qui possidet. Stockmans *decis. Brab. 91. n. 3.* Bugnyon. *lib. 1. sat. 1. & ibid. D. Christyn.* ratio est quod deceat officium concessum à Principe esse mansurum *Reg. Jur. 16. in 6.* unde Baldus *consil. 327. num. 4. vol. 1.* ait quod maximè Principibus conveniat illud scripturæ, *semel locutus est Deus, & illud quod scripsi scripsi.* Nam Princeps debet habere unum calamum & unam linguam, non plures, quia scriptum est *quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita:* unde Princeps debet esse immobilis sicut lapis angularis & sicut Polus in Cœlo. Gail. *2. observ. 55. num. 3.*

(27) JUS JURANDUM PRÆSTANTES) Summa apud omnes gentes in veneratione jusjurandum semper est habitum; Phryges excipe qui juramentis non utuntur, nec ipsi jurantes nec alios adigentes. Stobæus *serm. 42. ex Nicolao.* forma præstandi varia, Romani enim jurabant per genium Cæsaris. D. Christyn ex Tertull. *in notis ad cap. 83. lib. 3. Philib. Bugnyon. de legib. Abrog. & per Jovem lapidem quod sanctissimum jusjurandum est habitum.* Agell. *lib. 1. cap. 21.* Apulejus *de Deo Socratis.* Arcades per aquam

stygis *Herod. 6.* Græci per terram & amnes & Fontes. Plutarch. *in demost. Ægyptii* per Osiridem. Diod. Sic *lib. 1.* Persæ per Mythram five Solem. Macrobius *lib. 1. cap. 6.* Scytæ per Regis folium, per ventum etiam & acinacem, quia vitæ & mortis Authores ab iis putabantur *Herodot. lib. 4.* Alexand. ab *Alex. lib. 5. cap. 10.* hodie Christiani omnes per numen jurant, cum sit summi Deorum hic honor proprius. Apulejus *in lib. de Deo Socratis. (28)* Romano parentes Pontifici etiam per Sanctos. Knobbaert *ad jus Civ. Gand. Rubr. 1. art. 3. observ. 1. num. 4.* cujus forma accidentalis, in solemnitatibus, ritibus, ac ceremoniis usu receptis consistit, quales sunt tactura Evangelii, erectio digitorum, item ut accensis candelis ac apertis fenestris præstetur. Quæ tamen solennitates recte abesse & adesse posse dicunt Rauchbach. *p. 2. quest. 2. num. 66.* Carpzov. *I. P. R. S. p. 1. constit. 16. def. 6.* quibus etiam omissis juramentum irritum non redditur *arg. Can. si aliqua 22. quest. 1. dissentit tamen Covarruvias in cap. quamvis de pact. in 6. part. 1. §. 1. num. 12. vers. Et igitur.* Sed immerito, dummodo adsint solemnitates verbales, *ita me Deus juvet*, quibus addi solet & hæc *Sancta Evangelia*, vel *Sancti ejus cap. 4. h. t. Can. 1. hocque eod. tit. in clem.* fit itaque hodie juramentum homini Deum in testem invocando *Parlador. rer. quotid. diff. 65. num. 2. post S. Thomam 2. quest. 87. art. 3. Et quest. 89.* quemadmodum olim apud gentiles teste *Cicer. lib. 3. de offic.* ubi monet, cum jurato dicenda sententia fit meminerit Deum se adhibere testem.

Sacrati vertices manu dexterâ pectori admotâ jurare solent. *Loyens in tract. de Curia Brab. cap. 26.*

(29) Moris ergo est ut juramentum ab omnibus ad quævis munia promotis præstetur,

se nimirum neque pecunias, neque munera accepturos, neque promitti passuros ut cujuscumque juri aut profint aut noceant, sese inopi æque ac opulento Justitiam administraturos, & non dedisse se quidpiam directe nec indirecte pro officii adeptione, neque daturus umquam, prout Serenissimorum Brabantiae Ducum inaugurationibus cautum est *art. II.* itaque & hic articulus conformis est præcitis Edictis 10. Decemb. anni 1549. 15. Sept. 1561. & 26. Martii 1576. quibus præscribitur omnibus & singulis in Brabantia officariis aliisque qui Ducis nomine Justitiam administrant, quatenus solenni sese jure jurando obstringant, sese ea quæ pactationibus inauguralibus cæterisque Brabantiorum privilegiis continentur Religiose observaturos: neque ullo modo in contrarium quidpiam molituros, quod identidem jubetur *art. 10.* læti introitus Car. Impp. & Philippi ejus Filii anno 1549. & Edicto 11. Decemb. 1549. Rectè Belizarius ille apud Procopium: turpe est inquit Teutberte cum aliis omnibus quibus vel minima virtus est cordi tum imprimis Principi viro mentiri ac fidem fallere: jurandum autem & pacta etiam scripto sancita violare, ne abjectissimo quidem homini decorum esse arbitror. Istæ etiam pejeratiunculæ ut ait Plautus plane parasiticæ sunt, minimæ vero Regiæ. Clapmarius *de Arcanis Rerumpubl. lib. 5. cap. 8.*

(30) AD MANUS CANCELLARII) Justitiam ut Regni animam cæterasque amplectentem virtutes, imprimis cordi habuit Serenissimorum Archiducum Alberti & Isabellæ par longè Illustrissimum, eique stabiliendæ Cancellarium & Consiliarios, viros trecentis & amplius annis præfixos, ita confirmavit ut non nisi per benevolentiam illorum captationem pleraque Brabantiae

Edicta & Constitutiones exordiri præsumpserit, illosque secum iteratâ repetitione possessivi Nostri unam eandemque personam constituere non immerito judicaverit: tanta quippe Brabantia Cancellarii est dignitas ut primas post Belgii Archistrategum partes ibidem exerceat, in eoque vere sit, vox & custos legum, Justitiæque armarium, non minus quam in quovis alio Europæi Orbis Regno.

IN ANGLIA Cancellarii munus & officium eandem prorsus auctoritatem habet quam Prætor ante Cæsaris ætatem obtinuit. Et actionem in curiâ Cancellariæ exhibenti (enarrato prius quod perpeffus est incommodo) perinde atque in foro solenni succurritur. Quoniam qui omni ope ex præscripto legum municipalium destituitur, Cancellario humilem in modum supplicat, ut secundum quod æquum bonumque videatur ei prospiciat. Ideoque Cancellariæ curia apud vulgus Conscientiæ curia audit. Thomas Smith. *in descript. Angl.*

IN Regno DANIAE ad Regni Cancellarium ex omnibus Provinciis atque Insulis appellari consuevit. Regisque Cancellarius qui plerumque in aulâ Regi adest, habet sibi adjunctos septem vel octo ex Nobilitate ut Secretarios & Scribas. Omniaque per eum Regis nomine negotia quotidie pertractantur. Ei ob summam dignitatem, atque interiorem ad Regiam Majestatem inque negotia Regia admissionem, summus honos tribuitur, & ut plurimum magnus Cancellarius nuncupatur. Pontan. *in descript. Danie.*

IN POLONIA Cancellarius & Vice-Cancellarius nominibus & loco distincti, sed potestate & munere exæquati, diplomatibus, Edictis, mandatis, epistolis, & aliis scripturis Regiis conscribendis atque signandis, quæque ad eum mit-

tuntur accipiendis & legendis præsumunt : itaque in potestate sua habent Signa Regia , Cancellarius quidem majus , Vice-Cancellarius vero minus. Autoritas eorum eo usque patet , ut multa inconsulto Principe signare , quæ vero contra leges esse videntur jubenti illi negare possint : dant etiam responsa Regio nomine , & quibus de rebus Consilium haberi debet in Senatu proponunt : denique Senatusconsulta , Regiæque & Comititalia placita ac decreta litteris mandant & in publicum edunt. Sunt etiam ii cognitores privatarum querimoniarum & provocationum ab urbanis & oppidanis , præfectorumque judiciis , ad Regium tribunal devolutarum. Martin. Cromerus *in descript. Polon.*

IN BOHEMIA Archicancellarius constitutus est scribendis, signandis, subscribendis Regiis diplomatis, Edictis, mandatis, epistolis : accipiendis legendisque quæ ad Regem scribuntur , verbis plerumque nomine Regio faciendis & responsis dandis , cavendo ne quid à Rege contra jus Reip. rescribatur, edicatur, decernatur, custodiendo sanctiori illi , quo publica monumenta & res quævis magnæ signantur , regis signo. Hoc igitur qui fungitur munere os fere Regis est & oculus , Magnus Logotheta , qui aulam sectari semper & circum Regem esse debet : permagna est ejus ad Regem pariter & populum auctoritas. Regium Consilium Cancellaria Regni vocatur , Rex quidem , ne contra ipsum disputetur , abstinet fere ipse à publico hoc Consilio , more Hebræorum Regibus olim usitato , nec deliberationibus , nisi rarissime , solet interesse , quæ tamen res , quo tempore sint tractandæ expediendæque , Archicancellario de more dat in mandatis. Paul. Stransky *in descript. Bohemiæ.*

In Serenissima VENETORUM Republicâ magnus Cancellarius in maximo est honore & pretio ,

nam equestri dignitate insignitur, à quovis Patricio ei loco ceditur, præterquam à Procuratoribus D. Marci, nullum in Rep. ignorat arcanum, magni sunt ei reditus ex ære publico constituti, cumque diem obierit, funebri oratione honestatur, quæ dignitas nulli in Venetâ civitate deferri consuevit præterquam Duci. Ita ut Cancellarius Ducem quasi ex populo referre videatur. Joan. Cotovicus in *synopsi Reip. Venet. cap. 6.* Quin imo post obitum publico funere effertur quod frequentes patres ac Dux ipse de more deducunt: *notæ in Donat. Jannoty. Remp. Venetorum.*

In HUNGARIA ex sanguine Regio nati hac dignitate decorantur. Capzov. *de lege Reg. cap. 10. sect. 1. num. 6.*

In Regno CASTELLÆ Rex Edicto perpetuo Archiepiscopum Toletanum Regni Cancellarium constituit Marian. *de reb. Hispan. lib. 12. estque secundus Officialis Regis. partit. 2. tit. 9. leg. 4. & ibi Gregor. Lopez.*

In Regno ARRAGONIÆ affirmante Pet. de Belluga Cancellarius ad dexteram Regis post primogenitum sedet.

In LUSITANIA Cancellarium proximum à præfecto prætorio Regi assidente locum occupare asserit Ant. de Gamma.

In omnibus GALLIÆ Curiis teste Petr. Gregor. *Syntagm. jur. univers. lib. 47. cap. 29.* Cancellarius proximam à Rege occupat sedem etiam Archiepiscopos præcedens Boer. *lib. 3. de Rep. cap. 6.* Chassanæus. Quibus adde & Budæum affirmantem quod soli Legati Imperatoris & Regum maximorum præcedant Cancellarium quia dominorum suorum personam repræsentant: ita ut major sit Comite stabili, quod munus teste Philippo Cominæo *lib. 2. comment. rer. gest. Ludov. XI. Gall. Reg. est totius Galliar*

maximum & honor ampliffimus, quo tamen superior est Cancellarius: neque Reges eo Inconsulto quidquam exequuntur. Omnis Justitiæ caput est, & in tantum Regis aurem obtinet ut omnia per ipsius manus transeant.

Adeò excrevit illustriffimi muneris hujus dignitas: cujus nomen primitus ab officio profluxit in rescriptis, responsis, mandatisque Principum inspiciendis, male scriptis Cancellandis & benè scriptis obfigillandis. Tametsi alibi ut toto *tit. Cod. de Affessoribus*. scribam notariumque significet, qui intra cancellos chartas observabat, scribebat, cancellabat. *Zypæ. Magistr. lib. I. cap. 12. n. 3.* & cujus cellula à chartarum amittendarum periculis, cancellis esset munita. *Leeuwen cens. for. part. 2. lib. I. cap. 8. num. 3.* olim etiam dicebantur Cancellarii qui cancellos servabant, fores enim veterum erant cancellatæ hoc est ex lignis reticulatim dispositis contextæ: sed paulo post Carini & Vopisci tempora, ut patet ex *Cassiod. in form. Cancellar. lib. II.* non ut olim Ostiarii munus sustinuit, verum ex parte eorum qui hodie in aulis communiter Principibus à secretis & libellis supplicibus sunt, stetit. In constitutione Caroli Magni Cancellarius simpliciter pro scribâ & actuario ponitur. Vide *Goldast. constit. Imper. pag. 269. Crus. de præced. lib. 4. cap. 2. num. 9. Gastel. de statu publ. Europe pag. 404.* hæc ita illis temporibus; hodie summum est honorum fastigium ultra quod nihil sperare licet homini privato & togato: qua propter mirum non est si eo plerumque per gradus deveniatur, ut ita tractu temporis probentur mores, Doctrina, fides illius, qui aliquando futurus est os, pectus, & cor Principis, Dux & Governator omnium Consiliorum, precum arbiter & legum conditor; quales nobis fuere: (31)

1. D. Petrus de Camdonck, ad Cancellarii munus evectus anno 1407.
2. D. Joannes De Bont, Canonicus & Thesaurarius Basilicæ Divæ Gudulæ, obiit anno 1453.
3. D. Joannes Gislain De le Sart, Cancellarius anno 1429.
4. D. Goswinus de Ryt, creatus Cancellarius anno 1445. obiit anno 1465.
5. D. Joannes l'Orfevre, Cancellarius anno 1461. obiit anno 1476.
6. D. Joannes de Groot, Præses Brabantiaë, anno 1467. obiit anno 1505.
7. D. Geldolphus Vander Noot, ad Cancellariatum evectus anno 1477. obiit anno 1492.
8. D. Joannes De la Bouverie, Eques, Toparcha de Bierbeecke & de Wevere, factus Cancellarius anno 1481.
9. D. Carolus de Groot, Cancellarius anno 1483. obiit anno 1485.
10. D. Joannes Baro de Hauthem, S. Margaritæ, Toparcha de Hullenberghe, Ansbeecke, Vissenaecken, Ordinghen, &c. Cancellarius anno 1485. obiit anno 1498.
11. D. Godefridus Raes, Toparcha de Pamele & de Leeteberghe, obiit anno 1499.
12. Guilielmus Stradio, Eques, Toparcha de Maleves, Orbais, &c. fact. Cancellarius anno 1499. obiit anno 1503.
13. D. Ludovicus Roelants, Toparcha de Wilfele & de Putte, fact. Cancellarius anno 1503. obiit 1504.
14. D. Joannes Vander Vorst, Toparcha de Vroonhove, Loonbeeck &c. fact. Cancellarius anno 1504. obiit 1508.
15. D. Joannes Sauvage, Eques, Toparcha d'Escaubeek, Bierbeeck, &c. fact. Can-

- cell. anno 1509. obiit 1518. in Hispania.
16. D. Hieronymus Vander Noot, Eques, Toparcha de Luteaux, fact. Cancellarius anno 1514. obiit anno 1540.
17. D. Adolphus Vander Noot, Eques Auratus, Toparcha d'Ognies, factus Cancell. anno 1531. obiit 1543.
18. D. Engelbertus Van Daele, Eques, Toparcha de Wildre, Leefdael, &c. factus Cancellarius anno 1540. obiit anno 1556.
19. D. Joannes Schyf, Eques, J. V. D. Toparcha de Rode S. Agathæ, Ottenborgh, Netene, &c. fact. Cancellarius anno 1557. obiit anno 1581.
20. D. Desiderius Van Sestigh, Eques, fact. Cancellarius anno 1580. obiit 1585.
21. D. Nicolaus Damant, Eques Auratus, Vice-Comes Bruxellensis, Toparcha d'Ottignies, Bauwel, Olmen &c. fact. Cancellarius anno 1585. obiit 1616.
22. D. Petrus Peckius, Eques, Toparcha de Boeckhout, Borsbeeck &c. fact. Cancell. anno 1616. obiit anno 1625.
23. D. Ferdinandus de Boiffchot, Eques, Ordinis Militaris S. Jacobi, Comes d'Erps, Baro de Saventhem, Nossenheim, Sterrebeeck &c. fact. Cancellarius anno 1626. obiit 1649.
24. D. Franciscus de Kinschot, Eques Ordinis Militaris S. Jacobi, Toparcha de Revieren, Jette, Ganshoren &c. obiit 1651.
25. D. Robertus Affeliers, Eques &c. obiit 1661.
26. D. Philippus Guilielmus de Steenhuis, Baro de Poederlé, Toparcha de Flers, Mourbeeck, &c. obiit anno 1668.
27. D. Simon de Fierlant, Eques, Regi à Consilio Status &c. obiit 1686.

28. D. Joannes Antonius Locquet, Vice-Comes de Hombeeck, Toparcha de Impel. &c. obiit 22. Martii 1687.
29. D. Joannes Baptista Christy, Baro de Meerbeeck In celeberrimo Noviomagenfi congressu, Paci universali componendæ Legatus Regius extraordinarius, Regi à Consiliis Statûs in Hispaniâ & Belgio, Justitiæ Militaris supremus Præfectus &c. obiit mense Octobris 1690.
30. D. Philippus Guilielmus Marchio De Herzelles, anno 1690. obiit 10. Octob. 1698.
31. D. Guilielmus Albertus De Gryspere, Baro de Goyck, & Liberfart, electus 5. Maji 1698. obiit 20. Januarii 1725. Octuagenario major.
32. D. Honorius Henricus Vice-Comes Vander Haeghen, anno 1725. Viennâ redux anno 1726. obiit 1. Junii 1739.
33. D. Joannes Daniel Antonius Schockaert, antea Scabinus 1725., Consiliarius Consilii Brabantini anno 1730. Consiliarius Consilii Privati anno 1735. Cancellarius anno 1739. 25. Decembris ejusdem anni & de Consilio Statûs, præstitit Juramentum 29. Martii 1740. obiit 16. Junii 1756. sepultus in Templo B. M. V. ad Fines - Terræ 18. sequenti.
34. D. Ludovicus Comes de Robiano, Consiliarius Consilii Brabantini anno 1729. anno 1739. 25. Decembris Consiliarius Consilii Privati. Anno 1750. evocatus Viennam, Cancellarius anno 1759. redux 2. Octobris cepit possessionem 9. Novembris ejusdem anni, obiit 25. Februarii 1763. sepultus 27. in Choro VENERABILIS SACRAMENTI MIRACULOSI.

35. D. Ægidius Franciscus Streithagen Lovaniensis, anno 1726. quartus Universitatis, Fiscus & Decanus, J. U. L. 18. Martii 1730. Professor ad Instituta: mense Julio 1741. Consiliarius Magni Consilii Mechliniæ, evocatus ad Consilium Privatum, Enuntiatus Cancellarius Consilii Brabantini 18. Julii 1763. cepit possessionem 8. Novembris sequenti.

(32) BRABANTIÆ) Brabantia quæ antiquitus Brabantum, Brachbantia, & Bratuspantium appellata fuit, unde nomen sit sortita variant Authores, nonnulli à Godefrido Barbato Duce quasi Barbatiam vocatam dicunt: Guicciardinus Brabantiam à Regionis latitudine à vulgari vocabulo (*Breed bandt*) dictam arbitratur, quod (*breed*) linguâ vulgari latum sonat, (*bandt*) antiquitus regionem. Lipsius in *Lovanio lib. 1. cap. 13.* (*bandt*) inquit limitem significat sic (*Oosterbant & Westerbant*) appellata, quæ Austrovantiam & Westrovantiam non bene efferunt aut scribunt. Et fuit sane limitanea hæc regio inter utraque regna (Lotharii ac Caroli ut antea jam exposuerat, ac deinceps Francorum, ac Lothariensium, sive Germanorum) ideoque (*brack*) à crasso fortasse dicta, quia sæpe cessabant ii agri & inculti erant quod nos (*Braecken & Braecklant*) vocamus.

At multo ante regnorum illam partitionem nomen id regioni fuit. S. Bonifacius in vita Sancti Livini, terram Brabantisiam vocat, aut ut alius Codex habet Brabentisiam. Ipse Sanctus Livinus centum ante S. Bonifacium annis, ducentis ante eam divisionem, in carmine ad Sanctum Floribertum Abbatem Gandensem, ita scribit:

*Impia Barbarico gens exagitata tumultu
Hic Brachanta furit, meque cruenta petit.*

Hinc etiamnum quadringentis plus minus ante Goropium Becanum annis, prædones quidam Brabantiones sunt nominati, Gorop. in *Gygan-tomachia lib. 2.* ubi & Brabantiam derivat à Brava banta sive medio sono & gratiore, Brava banda, sed quia (*bant*) primogenium est & (*brave* in *brav*) mutatur, integre dicitur (*Brabant*,) quod quo mollius sit efferendum & in medio minus hiulcum in (*Brabant*) est mutatum, consuetudine linguæ nostræ lenissima quæque & brevissima vocabula semper requirente.

Subjungit longius illos aberrasse qui Brabantensem pagum nominarunt: quia nimirum non priorem modo sillabam, sed posteriorem etiam corruerunt, quæ apud omnes semper (*bant*) non (*bat*) enunciatur. Nos itaque consuetudinem nostratium antiquissimam & veram nominis rationem secuti Brabantum dicimus pro Brabantanto, sive Brabantanto lenitatis causâ vocari eum qui est in bravâ bandâ: Brabant ergo compositam vocem esse vel aliunde saltem derivatam numerus sillabarum docet. Coaluit autem è duobus vocabulis, altero (*brave* altero *bant*.) Quorum illud, quia, duabus etiam sillabis constat, in primogeniorum classe, quæ omnia monosyllaba sunt censerî non debet. E quibus ergo factum dicemus? è (*bar* & *have*) quorum illud in agendi notione idem est quod in lucem & apertum profero: vel etiam ostento & præfero: hinc (*baren*) pro parere & (*open-baren*) pro clare aperire. Alterum vero quod est (*have*) omnia bona mobilia significat: sive omnia illa, quæ sic habemus ut iis confestim uti possimus; quod derivatum est ab (*hau*) quod est teneo. (*Barhave*) igitur & (*brave*) per syncopen idem est ac si dicas, quempiam ostendere omnia sua parata bona. Ostentator igitur rerum suarum demonstratione aliquâ ex-

teriore (*brave*) sive per posterioris vocalis elisionem (*braf*) vocatur. Ex quibus colligitur illos qui in terrâ Brabanticâ habitabant olim fuisse sibi fideles & quodam amicitiae sive alio vinculo obstrictos, magnosque rerum raptarum seu furtivarum ostentatores.

Quidquid sit nomen perantiquum est & Bratuspantii oppidi mentio fit à Julio Cæsare *de bell. Gall. lib. 2.* quod alii, Populi caput putant, nunc *Beauvais*, quod tamen non impedit, quin tota terra ista à loco seu oppido principali nomen desumpserit.

Deinde in vita Sancti Landoaldi dicitur Brachbantum quoque multis erroribus gentilium irretitum à Sancto Huberto ex parte correctum, Bolland. *in vita S. Landoaldi ad 19. Martii cap. 1.* Cujus & meminit Haræus *in Car. Martello.* his verbis: tempore Caroli Martelli S. Hubertus * in Taxandria & Brachbanto fidem Christi mirabiliter ampliavit. Ubi ante *in Pipino 2. herstallo* Brabantiam dixerat. Anno inquit 690. Pipinus duodecim Apostolicos viros recepit, Willibrordum & focios ex Anglia ad lucrum animarum Wiltenburgum, nunc Ultrajectum appulso, qui ejus favore & auctoritate fulti, non solum Ultrajectenses & vicinos Frisones, sed etiam plurimos in Brabantiâ locisque conterminis ad fidem Christianam veramque pietatem deinceps traduxerunt. Hactenus de nomine ejusque antiquitate, nunc de extensione.

Brabantia pars est veteris Regni Austrasiæ & Lotharingiæ, comprehendebatque antiquitus quidquid erat intra Schaldim & Tiliam versus occidentem & ortum, & intra Rupelam & Hanonem versus Septentrionem & meridiem.

* Obiit S. Hubert. anno Christi 735. Chronic. Leodiense ad 3. Novemb. Gramay in præfect. furensi.

Butkens *Troph. Brabant. cap. 5.* & ab Alde-
nardâ , Gandavo , Teneramundâ , Bruxellam
usque & Hallas ulteriusque protenditur. Dein pars
illius in Flandrensiū , pars in Hainoënsium
Comitum jus concessit , pars à Comitibus Lo-
vaniensibus retenta , qui se inferioris Lotharin-
giæ Duces , & Brabantiae (à Brachbanto ducta
nomenclatura) appellarunt : ditione ad Mosam
& Bataviae limites productâ , quos ad limites
Pipini olim fuere possessiones , cum etiam-
num Oppidum exstet Mons S. Gertrudis sive
(*Geertruydenbergh*) cujus Otto I. in diplomate
apud Miræum *in not. Eccles. Belg.* meminit. Bol-
land. *in d. vita Pipini ad 21. Febr. §. 1. num. 6.*

Hodie Provincia est Belgii inter Hollandiam
ad Boream , Geldriam & Leodiensem ditionem
ad ortum , Flandriam & Zelandiam ad occasum
& Hannoniam , Comitatumque Namurci ad
meridiem , ubi alias fuere Menapii Populi ,
& hodie pro majori parte subest dominio Regis
Hispaniae , continetque Marchionatum Sacri Ro-
mani Imperii , ac Dominium Mechliniae. Bau-
dran. *in lexico geograph. verb. Brabantia.* Cui
postmodum annexa est ditio Transmosana.

Tandem Brabantia , quæ tempore Balderici
Comitis , Fundatoris Collegii Canonorum
Bruxellensis anno 1047. etiamnum Comitatus
titulo gaudebat , Miræus *in Cod. donat. cap. 48.*
in Ducatum evasit sub Henrico ejus nominis
tertio anno 1247. Mejerus & Ferreol. *Locr.*
ad annum 1247. Gramay *Histor. Brabant. cap.*
9. eaque comprehendit sex & viginti munitas
vallo ac mœnibus Urbes , inque iis Nobiles
illas Bruxellam , Lovanium , Sylvam Ducis ,
Bredam , Bergam ad Zomam , & (quæ quon-
dam Regni Lothariensis Marca , limetque
Imperii Germanici peculiaris Provinciae titulo
gaudet , quamvis à multis retro seculis cum

Brabantia in leges ac jura eadem sub unius Dominatu Principis coaluerit) divitiis ac magnificentiâ vix ulli reliquarum secundam Antverpianam, Thenas denique Nivellam & alias, prætereaque Oppida nullis cincta muris 17. quæ omnia mosa fere ac scaldi concluduntur.

(33) JURA ET PRIVILEGIA BRABANTICA) Quorum vetustissimum est illud Henrici ejus nominis tertii Lotharingæ & Brabantiae Ducis de anno Christi 1260. quo in hæc verba cavuit: quod ex nunc in antea homines terræ Brabantiae communiter per judicium & sententiam tractabuntur, & quod sint sine talliâ exactione & precariâ: ita quod nihil ab eis capiemus, vel capi procurabimus, nisi in expeditionibus cum exercitu ad terræ nostræ defensionem vel juris nostri conservationem aut injuriarum amotionem, vel in servitium Imperatoris Romanorum, sive Regum Alemanniæ, sive cum filium, sive filiam nuptui tradiderimus, aut cum filium cingulo cinxerimus militari.

Cætera potissimum Brabantinorum privilegia continentur inaugurationibus Principum *in vol. 1. Edictorum Brabantinorum lib. 2.*

(34) NEC NON BRUXELLENSIA) Ultra Privilegia quæ Bruxellenses una cum cæteris Brabantis habent communia, nonnulla ipsis ad exclusionem aliarum Civitatum sunt propria, ut sunt ea quæ laminis aeneis portis Civitatis infixis continentur quoad venationem, piscationem, & similia, quorum conservatio etiam Ammannis ut Civium Patribus sub juramento est commissa.



Articulus II.

Predictus Ammannus eligit sibi Scribam, juramentum prestantem in Camera Rationum Brabantie.

S U M M A R I A.

1. Origo Camere Rationum Brabantie.
2. Magistrorum synonyma in jure & praxi. Et eorum munus.
3. Eorum Officium Nobilitat.

(I) **C**AMERA RATIONUM BRABANTIÆ)
 Quemadmodum omnes exercituum Duces rationes Romæ referebant ad ærarium, ita apud nos qui pecuniam Principis tractant, accepti & expensi rationem omnem hisce rationum Præfectis dispungendam atque expungendam præbere solent. In hunc finem Philippus V. cognomine longus, filius Philippi Pulchri secundo genitus, Rex Gallie, anno 1319. Camera Rationum instituit Parisiis, multas illi addens prærogativas, quin imo absolutam potestatem nec recognoscentem superiorem, cognoscendi & judicandi de omnibus causis Civilibus concernentibus ipsius Domanium sive patrimonium, & ut ei major esset autoritas Camera hanc Supremam Parlamento parem constituit, cui est collateralis tam in Jurisdictione dominicali quam in præminentis ceteris supremis Gallie tribunalibus concessis. Ex hac Parisiensi ortum duxit Camera Rationum Insulensis à Philippo I. Duce Burgundie & Brabantie anno 1385. instituta.

Eundem in modum Antonius Burgundie & Brabantie Dux anno Christi 1404. Camera Rationum Brabantie, cum omnibus, ut supe-

riores, Privilegiis Bruxellis stabilivit, cujus ita sonant archiva. La Chambre des Comptes à Bruxelles fut Institué par le Duc Anthoine de Bourgoigne, le premier de Juillet 1404. Et fit venir un Maistre de la Chambre des Comptes à Lille de sa tres-doutée Dame Et Mere Madame la Duchesse de Bourgoigne Comtesse de Flandres, Artois, Et de Bourgoigne, pour monstrev l'ordre, styl, Et maniere de compter, comme il se faisoit en ladite Chambre des Comptes à Lille (erat is Magister David Boussé, per litteras de data 20. Febr. 1406.) qui fut commis le premier qui oncques fut avec Estienne de Neder-Alphen son Conseillier, Et Guillaume de Gbelisem, Receveur general de sadite Dame Et Mere, en sa Duché de Limbourg, Et Pays d'Outre Meuse. Ayants esté auparavant lesdits comptes renduz à l'entrevenue de madite Dame à ses principaux Conseillers Et Seigneurs comme de Leck, Bouckhaut, Roiselaer, Wicham, Gruyt-buyse, Wesemaele, Berghe, Bougeval, Melin, Chutinck, Lidekercke, Immerseel, Et ce depuis l'an 1385.

In ea hodie sunt Præses & quatuor Consiliarii sive Magistri, nam ante fatalem illam multis familiis reformationem, quæ contigit sub Alexandro Farnesio Duce Parmensi Belgii Governatore anno 1681. ad sedecim excreverat numerus: quos inter parens meus dum in humanis degeret Franciscus Antonius Christyn communem plurimis Ministris Regiis fortunam expertus est.

(2) Vocantur Consiliarii illi in jure Magistri seriniorum, item Comites Sacrarum largitionum, l. unic. Cod. de Magistr. Sacr. Scrin. Et l. unic. Cod. de questor. offic. Et comit. sacr. largit. ubi clarissimi & spectabiles indigitantur.

Curia seu Camera hæc est veluti totius ærarii & domanii Principis memoriale, inventarium

& calculus : ut asserit Petr. Gregor. Tholos. in *syntagm. jur. univers. lib. 47. cap. 38. num. 10.* eoque defertur quidquid ærarium spectat : & qui pecuniam ærarii pertractant huic curiæ obnoxii sunt, quatenus ibidem eorum rationes expungantur aut probentur. In eâ describi solent immunitates à talliis, jura morticinii, feudorum Regionum detentores, hominia & nomenclaturæ. Solent ibi examinari rescripta Regia Nobilitatem conferentia, litteræ seu Codicilli restitutionis natalium seu legitimationis, & reliqua patriæ aliorumque privilegia exhibentur & asservantur. Observat. Eugen. lib. 1. cap. 29.

(3) Hinc omni dubio procul quicumque ad hanc dignitatem evehuntur, licet ante Nobiles non sint, Nobilitatem tacite adipiscuntur, ut & in Gallia testatur Bacquet *du droit de francs fiefs 2. part. num. 5.* Jurisprud. Heroic. art. 1. num. 16. & 17.

Et ab omni tempore in eâ viguere plurimi è claris Nobilibusque familiis oriundi, & Equites Aurati non dedignarunt præclarum hoc munus obire, inter quos aliquos recenset D. Anton. Sanderus in sua *dissertatiuncula de eminentioribus quibusdam Catholici Regis in Belgio Conciliis*, impressa post Brabantiam.

Articulus III.

A Mmannus eligit sibi certum numerum Servientium seu juratorum ministrorum, integre fame, qui similiter deserviunt commissione Principis, sub cautione ab ipsis prestandâ, & jusjurandum prestant coram predictis Cancellario, Camerâ Rationum, & Magistratu Urbis.

S U M M A R I A,

1. *Servientium institutio.*
2. *Varie nomina tum antiqua tum moderna.*
3. *Debent esse integræ famæ.*
4. *Principis commissio quid operetur remissive.*

(1.) **CERTUS NUMERUS SERVIENTIUM**) Fuisse hos Ammanni servientes ad senarium numerum institutos anno 1290. docent archiva Cameræ Rationum Brabantix: & variis nominibus appellantur: antiquis enim Apparitores, Viatores, Liçtores, Accensi, Statores fuere. (2) Media ætas Executores, Officia & Officiales repperit, atque inter hos diversas adjectiones, pro ut cuique Magistratui apparebant; Cæsarianorum, Catholicanorum, Præfectorianorum, Præfectoriorum, Magisterianorum, Augustalitim, Rationalium, Præsidialium, Largitionalium, Opinatorum & talium. Postremo victrix Barbaries, Missas, Massarios, Bajulos, Bidellos, Birvarios, Ostiarios, Nuncios Clientes, & qua hic appellatione utimur SERVIENTES adiecit. Vide Argentrix. *ad Consuet. Britann. art. 15. num. 1. Knobbart. ad jus Civil. Ganden. rubr. 1. art. 2. observ. 2.*

(3) **INTEGRÆ FAMÆ**) Non immerito hoc articulo viri integræ famæ requiruntur, cum si alii ad hoc munus eligantur Ammanno facile mala nota posset inuri & ipsi quasi imputaretur delictum eorum quorum tam necessaria est conditio: qua propter rectè Zypæ. *in Magistrat. lib. 3. cap. 15.* horum Ministrorum necessitatem, tam ex dignitate quam ex negotiis derivans, judicem dicit sine Ministris esse & dignitas & negotia non permittunt.

(4) **COMMISSIONE PRINCIPIS**) pro illustratione horum verborum vide quæ supra diximus

ad art. 1. num. 25. & quæ fuse adducit Knob-
bart. ad jus Civil. Ganden. rubr. 1. art. 2. observ.
3. per tot.

Articulus IV.

I Ministri sunt ad nutum Ammanni &
Magistratus, & casu excessus, sive delicti,
tam ratione muneris quam aliunde, Forum
coram eodem Magistratu sortiuntur.

S U M M A R I A.

1. Servientium improbitas corrigenda.
2. Excessus quomodo puniuntur in Hollandia.
3. In Brabantia.
4. In rebus non concernentibus officium etiam sor-
tiuntur Forum Coram Magistratu.

(1) **E**XCESSUS RATIONE MUNERIS) Probe
ab Impp. hac in re provisum in *l. ne
diu. 21. Cod. de pœnis* ne diu apparitorum prava
admodum venalisque perfidia impune in publica
commoda defæviat: hodie cum sæpe his Offi-
ciariis nihil sit improbius, ut imprimis rapacitate
& animi inclementiâ præditi, si excedant ra-
tione muneris contra eos proceditur per modum
querelæ aut oppositionis: (2) unde Groene-
wegen ad *l. ab executione 5. Cod. quorum appella-
tiones non recipiuntur*, dicit, si modum sententiæ
executor excesserit, moribus Batavicis non an-
pellari, sed injustam executionem inhiberi man-
dato pœnali ejus Curia quæ sententiam dixit.
(3) In Consilio Brabantia si apparitor dolose
seu notabili negligentia terminos commissionis
excedat tenebitur ad restaurationem de præscripto
Senatûs. *Ordinat. d. Consil. Brab. art. 588.*

(4) **AUT ALIUNDE**) Hoc est in causis Ci-

vilibus & Criminalibus ex excessu aut crimine non concernente officium ortum habentibus. Unde consequens, hos servientes, in causis non Privilegiatis, sortiri Forum coram Magistratu sub quo serviunt, ita ut nusquam possint vocari in iudicium nisi coram eodem iudice, ne ab exercitio sui muneris avocentur, nisi causa sit altioris ordinis, & per hoc damnum pateretur Respublica.

Articulus V.

Ammanni ejusque locum tenentis etiam Officium est celsitudinem & dominium Principis conservare, nec non procurare, ut delicta & male facta, quæ ipsis innotuerint, iudicio & sententiâ Magistratûs corrigantur & puniantur, ut mulctæ seu pœna pecuniariæ in Urbe ejusque territorio promerite, & in commodum Principis vergentes, solvantur, & ut requisiti unicuique æquum & justum procurent.

S U M M A R I A.

1. Mulctæ in Principis commodum convertendæ.
2. Omnes Officiarii tenentur Justitiam promovere.
3. Requisitio Justitiarum quid operetur.
4. Requisitio una sufficit de qua debet apparere.

(I) **M**ULCTÆ SEU POENÆ PECUNIARIÆ
 Ammanno præscribit hic articulus curam pœnarum pecuniariarum, ita ut non liceat pœnas has irrogatas in alium usum convertere, nequidem per sententiam, sive aliquo modo diminuere, absque expresso Principis consensu,

ita & in Gallia observari post Pap. testatur Petr. de Brosses au Code des decis. Forens. lib. 12. tit. 6. dec. 7. unde & in statuto Philippi de 4. Julii 1586. art. 62. Consuli & Magistratui Bruxellensi sub poenâ indignationis & correctionis arbitrariæ injungitur, ut Amimanno ejusque locum tenenti, coram ipsis regias multas prosequenti, brevem & inconcussam justitiam administrent. *Quod extat in Edictor. Brab. vol. 4. lib. 3. tit. 2. cap. 2.*

(2) REQUISITUS) Omnes Officiarii vi juramenti sui justitiæ assistunt *Edict. 9. Julii 1570. art. 44. & 45.* omnesque personæ ad idem tenentur requisitæ *ibid. art. 47.* (3) & hæc requisitio facta judici operatur hunc effectum, ut det exercitium jurisdictionis, ubi alias sine requisitione non daretur; requisitio autem una sufficit quæ debet apparere; (4) & sic non sufficit sola scientia ubi requiritur requisitio secundum Bald. in cap. 1. §. ad hæc de pa. jur. fir. idem Bald. in constit. sancimus de jure protom. sic etiam requisitio creditoris constituit debitorem in morâ *DD. in l. semel mora. ff. sol. matrim. & in l. mora. ff. de usuris* item requisitio constituit possessorem in mala fide. *Gl. in l. item si verberatum §. fin. ff. de rei vindic.* patet itaque ex articulo, neque nuncium, neque Ministrum publicum, neque alium quemcumque Officium suum impertiri posse in causis Civilibus nisi ad instantiam partis, quæ præsumitur semper præcessisse, dummodo appareat citationem descriptam ejusque citationis datam esse relationem: licet aliud non constet. Abbas & Felin. in c. 1. de judic. uterque in 3. notab. & Lanfran. in repetit. c. quoniam contra falsam, in verbo citationes versic. numquid autem. Vide etiam Menoch. *presumpt. 24. per tot. lib. 2.*



A D D I T I O N E S.

DE officio Ammanni decretum extare dicit Gramaye de anno 1292. à quo rogati Senatores tenentur jus dicere & reos judicare ex Decreto Ducis de anno 1335.

CELSITUDO PRINCIPIS) *De Hoogheydt van den Prince bestaet hier inne, dat by niemant hooger ofte boven hem heeft als Godt alleen, die over ieder Geslachte gestelt heeft syne Princen numero cap. 1. & 2.*

Dan de Hoogheydt van onse Princen compt oock dat sy hebben Jus Regalium, de quo latè sextinus in suo tractatu de Regalibus.

Ende gaet de Hoogheydt van den Prince sooverre, ut quodammodo sit Deus in terris juxta Bellug. in spec. princip. fol. 28. n. 6.

Van daer compt het, dat onse Souvereyne Princen gebruycken den glorieusen tittel ofte byvoeghsel DEI GRATIA in supremi honoris imperiique symbolum de quo plura vide apud Ansel. ad edict. perp. fol. 6. & Chassan. ad Consuet. Burg. fol. 13.

Articulus VI.

AMmannus etiam habet auctoritatem citandi Officia seu majores Praefecturas de Merchem, Assche, Cappelle op den Bosch, Campenhout & Rode, aliosque Officiarios eis subditos, in causis subsidiorum aliorumque servitiorum in commodum Principis, & Terre Brabanticae.

S U M M A R I A.

1. Subsidia inter regalia numerantur.
2. Subsidiorum varie denominationes.

3. *Ville & Pagi dependent à Civitatibus & Castris sub quibus contribuunt.*
 4. *Authores qui de collectis & contributionibus scripserunt.*

PRÆFECTURÆ MAJORES) Præfecturas hæc nec non Pagos unicuique earum subditos descripsit Gramay in *Bruxell.*

(1) IN CAUSIS SUBSIDIORUM) Inter cætera jus hoc subsidiorum Regale est, quo nimirum subditi Principi contribuunt, ut onera belli & pacis sustineat. Quod in Regno Galliæ, Angliæ, Hispaniæ, Daniæ, Poloniæ, ad voluntatem Procerum seu Ordinum regni est reductum (2) vocanturque Collationes l. *si pendentes* 27. § 3. ff. de usufruct. Gabellæ, Tributa l. ult. §. *divus* 7. ff. de censib. vectigalia, impositiones, collectæ. Heig. *quest.* 17. num. 29. part. 1. Indictiones tot. tit. *Cod. de indict.* fiuntque vel ad felicissimam regalis numinis expeditionem, vel aliam ob necessariam & reip. utilem causam lib. 2. *feudor. tit.* 56.

Et inter ordinaria & extraordinaria dividuntur, quorum illa sunt quæ singulis annis conferuntur sive bellum sit sive pax, hæc autem quæ vel occasione belli, vel nuptiarum Principis vel alterius incidentis causæ Principi persolvuntur.

(3) ET PAGOS EIS SUBDITOS) Villa vel vicus ei Civitati subjicitur cui tributa persolvit. arg. §. *si quis igitur. Authent quib. mod. nat. effic.* per quem text. Bald. *conf.* 61. col. 3. p. 2. docet Civitates esse in possessione & proprietate Villarum & Castrorum, à quibus accipiunt collectionem. Allegans etiam text. in l. *forma.* 4. §. *is vero.* 2. *Cod. de natur. lib.* Zas. *conf.* 16. num. 3. hinc solutio census ordinariam superioritatis jurisdictionem arguit

& probat Villam esse de territorio ejus cui exhibetur, ut multis adstruit Knichen. *de territor. cap. 4. num. 310. & seqq.*

Edicta secundum quæ regulantur subsidia. vide apud Anselm. *in Cod. Belgic. verb. bede.*

(4) Ad hanc materiam vide Bocerum *de collectis Consil. Argentorat. tom. 1. fol. 85. & 220. Consil. Marpurg. vol. 4. conf. 16. Berlich. 1. conclus. 64. num. 104. & seqq. Wesenbec. in pecul. tractat. de contributionibus. Mundium. de muner. & honor.*

Articulus VII.

QUæ Prefectura & pagi eis subditi, & Urbi Bruxellensi, vi cujusdam Privilegii, ita sunt juncti, ut ab eâ in Domanio seu malefactis separari nequeant; tenentur itaque Officarii dictarum Prefectararum & locorum eis subditorum (exceptis iis quæ consensu Statuum sunt infedata) corporis vel membri reos dicto Ammanno tradere una cum informationibus, qui eos, vi illarum, coram Magistratu accuset, ut ita condemnati prædictis Officiariis restituantur, executionem secundum Magistratûs sententiam facturis.

A D D I T I O.

Enen Ingesetenen van Merchtem ende Cappelle delinquerende binnen den Lande van Dermonde sonder aldaer gearresteert oft gecalengiert te syn, wordt geamendeert ende gecorrigeert door synen domiciliairen Rechter. Concordaet tusschen Hertogh Jan den 3. ende den Heere van Dermonde geciteert by Buth. in prob. fol. 15.

Articulus

Articulus VIII.

AD Ammannum ejusque locum tenentem etiam spectat constitutiones, Statuta, & Mandata, Justitiam, Politicem, Gildas, Confraternitates, Collegia opificum, & que eorum negotia concernunt, observationi mandare, quemadmodum & procurare, ut multa ex eorum delictis procedentes colligantur; ut omnes sententia, & littera Scabinales sententiate, intra terminos Civitatis ejusque Territorium, per dictos juratos Ministros executioni mandentur, apprehendendo eorum personam, seu vendendo bona debitorum, obligatorum, vel condemnatorum.

SUMMARI A.

1. Statutum quid ?
2. Justitiæ encomium.
3. Quid per Politicem hic intelligatur.
4. Gilda quid ? & quot sint Bruxellis.
5. Per Confraternitates quid intelligatur ?
6. Collegia Mechanica sive opificum quid sint.

(I) **C**ONSTITUTIONES, STATUTA) Statutum est jus proprium quod quilibet Populus sibi condidit. Alberic. de Rosat. in tract. Statut. lib. 1. quest. 1. num. 2. quare statuta nonnullis etiam leges particulares dicuntur Cæs. Cont. in repet. l. unica Cod. de moment. possess. num. 130. vers. ampliationis, seu quasi.

Dicitur autem Statutum quasi stabiliter ac firmiter ordinatum, vel quasi statum publicum seu Civitatem tuens ac defendens. Alberic. d.

quest. 1. adeoque in locis in quibus confectum est pro lege observandum venit. *l. omnes populis* & *ibi DD. ff. de Justit. & jure Rol. à Valle conf. 72. num. 3. vol. 3. Christin. in prælud. ad ll. municip. Mechlin. ubi & quæstiones multas super Statutis occurrentes resolvit. Richter. part. 4. cap. 14. num. 7. spectatque tam ad incolas quam cives dum politicen concernit, non vero cum de Privilegiis disponit, quibus incolæ non gaudent. vide Richter. vol. 2. conf. 285. num. 9. & si dubium occurrat in statutis, interpretationem accipiunt ex jure communi. Barbof. *l. 17. c. 49. ax. 14. Alex. conf. 138. vol. 2. in 4. col. vers. peccat. & vol. 3. conf. 48. in 2. col. vers. nunc restat. quam à praxi & observantia deducunt Bart. in. l. 1. in pr. num. 2. ad l. falcid. Bald. conf. 267. sub fin. vol. 5. Cravett. conf. 91. num. 7.**

(2) JUSTITIAM) Absque Justitia nullus hominum cætus ut ut exiguus, imo nulla parva domus regi & conservari potest. *Macrob. lib. de somn. Scipion. est enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum gentis, gaudium hominum, cum mali per eam terreantur, & boni conserventur. l. 28. § 15. ff. de pænis l. 15. §. ult. ff. eod. ita pax & tranquillitas conservatur. l. 6. de exhib. & custod. reor l. 1. Cod. ad leg. jul. repetund. unde non sine ratione Imp. Justinianus testatur Rempubli- cam per Justitiam tempore pacis & belli optime gubernari proëm. instit. pr. vander Meulen in proëm. stat. Vianens. §. 5.*

(3) POLITICEN) Non Machiavellisticam Politicen hic insinuat articulus, cujus professores tam sua quam aliorum vitia diffimulare, in Religionis negotio connivere, & aliis præsertim superioribus assentari in omnibus dextere norunt, nullo interim alio sine proposito quam

ut & divitias & honores consequantur, & sic quiete ac delicate vivant; sed illam cujus Ministri tractandæ Reipublicæ vias omnes tenent, ejusdemque naturam ut maximè perspectam habent. Vernulæ. *in proëm. polit. quæst. 4.* ita ut hæc politia consistat in moderatione seu regimine Civitatum atque imperiorum, ut & singularum familiarum, id est tum in publicarum tum in privatarum rerum benè ordinata dispositione, ut scilicet procurentur ea quæ utilia, declinentur vero quæ nocitura sunt.

Quam in rem Magistratui Civitatis concessum est statuta condere, sive ad Politiam spectantia Edicta quæ post annum cum Statuentibus intercidunt nisi nova publicatione reviviscant. *Christinæ vol. 2. dec. 66. num. 3.* addens ex privilegio ab iis communiter non appellari vel reformari.

(4) GILDA) Gildæ, Guldæ, Gildoniæ vel Geldoniæ, quæ omnia significant admissa in Urbe collegia adscriptorum civium, idem exercitium recreationis causa obeuntium, apud Bruxellenses quinque hoc ordine celebrantur.

Prima vocatur Magna Gilda sive Balistæ veterioris anno 1213. instituta.

Secunda à Sancto Georgio nuncupata, sive Balistæ recentioris, è prima nimium excrecente orta anno 1422.

Tertiam Sagittarii constituunt, manique & simplici Arcu telum in scopum dimittunt jam ab anno 1428.

Quarta à Bombardis, quibus utitur, nomen desumpsit vulgo (*Coluvriers*) anno 1477. erecta.

Gladiatores quintam componunt, à Gladio, cujus dexteritatem profitentur, sic dicti ab anno 1480.

Qui plura de his desiderat Puteanum adeat *in Bruxell. septen. heptad. 3. dist. 1.*

(5) CONFRATERNITATES) Sodalitates hæ apud Aristotelem in *Politicis* dicuntur hominum conventus propria sibi sacra & peculiaria habentium. Apud Tertullian. passim accipitur pro Collegiis Christianorum : sæpe etiam per Confraternitates denotatur societas quædam hominum qui invicem dicuntur Fratres certi ordinis vel nomine cujusdam Sancti conscripti, ut Confraternitas S. Jacobi, Antonii, Barbaræ, &c.

Quæ Confraternitates nec non Gildæ omnes ab Ammanno ejusque locum tenente ex præscripto hujus articuli in *Politicis* Gubernantur.

In eoque differunt, quod Gildæ habeant loca sua determinata conventus, nec non quædam Privilegia, Confraternitatibus in Urbe non publicè admissis, non concessa.

(6) COLLEGIA OPIFICUM) nullus quantumvis excellens Magister, in Urbe ad operam exercendam admittitur ut Magister, nisi in Collegium exercitio suo proprium à Coryphæis seu Decanis aliisque ad quos hoc spectat, sit admissus, ante quam admissionem, probam quasi trophæum suæ capacitatis erigere tenetur, idque postquam requisito tempore sub quodam admissio ut vocant Magistro operam dederit. Et si quid in horum opificum Collegiis non rectè fiat ex tenore hujus articuli Ammanno incumbit correctionem procurare.

Opificia in Urbe admissa eorumque nomenclaturam recenset Puteanus in *sine Brux. Sep.*

A D D I T I O.

I Tem volgens den 14. Art. van den staet deser Stadt de dato ult. Feb. 1545. syn die Schepenen gehouden te compareren ter geliefte van den Amman tot alle exploiten van Justitie.

Articulus IX.

Similiter licitum est Ammanno ejusque locum tenenti, nec non juratis Ministris, secundum Privilegia desuper concessa, executioni mandare omnes executiones sententiarum & litterarum Scabinalium sententiatarum: idque ruri, per totam Brabantiam, extra liberas Civitates, in personis, bonis mobilibus & immobilibus condemnatorum vel obligatorum, exceptis feudis: possunt & deducere in fundum eos, quibus fundus est obligatus, modo Vinum Officiario loci persolverint, pro ut latius infra Cap. de executionibus est expressum.

EXCEPTIS FEUDIS) Feuda non alienantur nec onus quoddam eis imponitur, nisi coram Judice Feudali, aliis exclusis, sub poena amittendi Feuda, nec Magistratus cognoscunt de exhæredatione Feudorum, sed id coram Curiis Feudalibus tractandum, ut præscribitur art. 1. 2. Edict. 3. Novembr. 1446. & 10. Febr. 1531. quarum suprema est Curia Feudalis Brabantiae, quæ jam Bruxellis perseveravit ab anno 1494. Gramay in Bruxell.

Articulus X.

Item tenentur ad instantiam partium intra Civitatem ejusque Territorium arrestare seu sistere tam personas quam earum bona: cujus recusatio ipsis libera non est ubi cautio præstita est pro expensis damnis & interesse,

& predicti jurati Ministri, ad instantiam partium, citationes, insinuationes, & inhibitiones facere obligantur tam Civibus quam Incolis, atque à Civitate absentibus: eorumque declarationibus & relationibus quoad predicta fides adhibetur.

S U M M A R I A.

1. Apparitores non possunt suum Officium exercere in suis aut suorum causis.
2. Arrestum quid significet, & ejus effectus.
3. Apparitores non possunt negare operam suam.
4. Citatio præcedit Officium Judicis.
5. Citatio quomodo facienda.
6. Inhibitionum & citationum differentia.
7. Insinuatio quid?
8. Insinuatio quare scriptim per apparitorem fiat.
9. Voce Civium comprehunduntur & incole.
10. Quis dicatur Civis.
11. Quis dicatur Incola.
12. Absentes qui dicantur.
13. Apparitorum relationibus an adhibenda fides & quando.

(1) **A**D INSTANTIAM PARTIUM) Hinc apparitores non possunt citare in causa sua, aut suorum: quia referre debent Judici ea quæ peregerunt, ac de actis actitatibusque suis testimonium dicere: quod nemo idoneè facit in causa sua aut suorum *l. nullus 16. ff. de testibus.*

(2) **ARRESTARE PERSONAS VEL BONA**) In Gallia arrestum passim significat supremarum Curiarum placitum: in Brabantia cæterisque Belgii Provinciis sumitur pro manuum injectione seu impedimento tam in persona, quam in

bonis; adeoque idem est quod inhibere, progressum sistere. Et vi illius inhibitionis Judex ille, in cujus territorio facta est, declinari non potest, & res aut persona loco statute suo moveri nequit Peckius *de Jure sistendi cap. 1.* vide latius ad hæc verba Knobbart *ad jus civ. Gand. rub. 4. art. 1. observ. 1. & 2.*

(3) Cujus RECUSATIO LIBERA NON EST) Cum sint publicæ personæ & ideo semper ad usum & commodum Reipublicæ prompti sint, cum de publico vivant.

(4) CITATIONES) Cum Judex non nisi rogatus Officium suum soleat impertiri, adeoque nisi prius compellatur, neque adversarium in jus vocare possit, neque hic, nisi vocetur, venire teneatur, idcirco Judici imprimis exhibenda est supplicatio sive libellus supplex, continens actionis intentandæ summam ad hoc ut Judex conveniendum citet. Matth. Stephan. *de offic. judic. 5. c. 1. §. 1.* Marant. *part. 6. tit. de libell. oblat. in fine.* ideo etiam actis inferendum est citationem ad instantiam partis factam esse. Bart. *in l. si finita §. Julianus num. 3.* quoniam contra non citatum, utpote qui se defendere nequit, nihil est decernendum.

(5) Fit autem citatio vel ipsi citato, vel ad domum, uxori, liberis &c. *l. 1. §. 1. ff. de lib. agnosc. l. scire oportet §. sufficit. ff. de excus. tut.* Ad quod venia seu litteris citatorialis apud nos opus est in supremis subselliis: sed in inferioribus apparitores sive nuncii nullo speciali Judicis mandato interveniente, ad solam partis petitionem citationem exequentur, id tamen faciunt quasi ex tacito & generali Magistratus mandato Arn. Vinnius *in §. penales 13. num. 5. instit. de action.* Gudelin. *de jur. noviss. lib. 4. cap. 5.* Christin. *vol. 2. dec. 154.* Zyp. *not. jur. Belg. de in jus voc. in pr. Perez*

Cod. eod. tit. D. Christyn in not. ad Philib. Bugn. de legibus Abrog. lib. 1. cap. 112.

(6) INTHIMATIONES) Differentiam inter citationes & inthimationes describit Damhouderus *in praxi Civil. cap. 59. num. 28.* his verbis. Quod citatio simpliciter fiat & inthimatio conditionaliter. Scilicet quatenus sibi actori id sic expedire videatur, & quatenus putabit se ex iis aliquod damnum consecuturum, vide Muscatell. *prax. Civil. part. 2. gl. inthimatio num. 1. Chassanæ. ad consuet. Burgund. tit. 11. de cens. §. 4. ad verb. sera deminé num. 1. & seqq. Leeuwen cens. for. parte 2. lib. 1. cap. 22. n. 8.*

Quibus adde ea quæ adfert Knobbart *ad jus Civ. Gand. rubr. 1. art. 14. observ. 5.* in hæc verba: quod citatio, quæ fit in causis personalibus, ad hoc, ut quis coram Judice citante compareat, contineat aliquam mandati seu præcepti speciem, cujus neglectus citatum contumacem & quasi delicti reum constituit. Hoc extraneo judici sine Prætoris licentia permittere alienum à ratione visum fuit, cum nemo possit extra jurisdictionis suæ limites terrere: terret autem, qui citat. Quare minime mirandum, quod præcedenti articulo inhibuerit consuetudo in causis personalibus aliquem citare. At inthimationes, quæ in causis realibus fiunt, cum ad solam informationem dirigantur, nullumque præceptum contineant, visum est majoribus nostris eas etiam extra Territorium permitti posse. Sic Cynus. Bald. & alii plurimi apud Wamez. *de jur. Pontif. tom. 1. conf. 166. num. 3.* dicunt, quod inter citationes verbales facienda sit distinctio. Aut enim diriguntur, ut certior quis fiat rerum coram Judice tractandarum, aut mandatum aliquod adjunctum habent. Priori, non vero posteriori casu dicunt eas extra Territorium exerceri posse, missis per viatorem litteris,

quia talis actus judicialis non est, sed tantum intimatio quædam.

Ejusdem sententiæ etiam est Ant. Faber in *Cod. lib. 3. tit. 12. defn. 2. num. 7. in allegatis.* ubi dicit, quod actus denunciationis fit extra judicialis, possitque fieri etiam sine requisitione *l. Æmilius 38. ff. de minorib. l. 5. in princip. §. 1. 2. §. 3. ff. quod vi aut clam.* idque ideo quia non fit denuntiatio in vim citationis *l. 4. §. prætor. ait. ff. de damno infecto* sed tantum ad notificandum & certiorandum, *l. item veniunt 20. §. petita ff. de petitione hered. l. 1. §. denunciare ff. de lib. agnosc. l. si rem 29. §. quolibet tempore l. si ab emptore 49. si additum 56. §. si presente §. seq. ff. de evict.* Et rursus idem Auctor *lib. 1. tit. 3. def. 55.* dicit, quod Clericus possit moneri per Judicem sæcularem, quamvis citari non possit, nec si velit & expressim consentiat. Citatio enim arguit monentis superioritatem, monitio non *item gloss. 12. c. cum causam de Off. deleg.* Unde est, quod placuit, valere Edictum Judicis Laici, per quod citantur generaliter omnes prætendentes interesse, ut etiam Clericos comprehendat, tamquam quod non tam citationis vim habeat, quam monitionis. Hæc ille. Hinc etiam est, quod Consuetudo nostra ejusmodi monitiones in Territorio suo permittat fieri, quasi non lædentes auctoritatem Judicis, cum nullam arguant superioritatem.

(7) INSINUATIONES) Insinuatio nihil aliud est, quam testificatio rei gestæ apud acta. *l. donatio 27. in fine l. data 25. Cod. de donat.* differtque à communicatione, quod communicentur acta integra cum eis quæ præcesserunt quemadmodum à parte sunt Judici oblata. Insinuatur autem solum id quod ultimo à Judice peractum est, absque exhibitione præcedentium

V. G. cum Judex oblatum libellum parti communicandum, per apostillam ut vocant, decernit, nisi determinato tempore respondeat, alter offertur libellus, continens brevi quid in priori actum sit, rogaturque ut partem iterato mandato ad respondendum compellat: (8) quod mandatum parti insinuatur, idque per apparitorem scriptum ad evitandas falsitates *d. l. data* quarum periculum multo majus subest cum testium vel privatæ scripturæ fidei committitur, quam cum ex actis publicis & judicialibus veritatis probatio elicitur *arg. l. testium facilitatem 18. in pr. Cod. de testib. l. scripturas 11. Cod. qui potior in pign. hab. l. pen. Cod. si minor se majorem dixerit.*

(9) TAM CIVIBUS QUAM INCOLIS) Incolæ etiam Civium appellatione veniunt. text. *in l. Provinciales ff. de verbor. signif. Alexand. conf. 20. num. 11. vol. 2. incip. viso processu cause. Chassan. rub. 3. tit. des fiefs §. 7. cum seq. & tit. des mains mortes. §. 5. verb. mieux & §. 13. incola enim subjectus est consuetudinibus illius loci ubi incola est. l. incola 1. ff. ad municipalem. Christinæus ad ll. municip. Mechlin. tit. 5. in pr. Knobart ad jus Civil. Gand. rubr. 1. art. 15. obs. 1.*

(10) Civis autem dicitur qui jus Civium emit, vel in Civitate ejusve Territorio natus est è patre vel matre cive per nativitatem seu emptionem ut docet *art. 206. infra & Consuet. Antwerp. tit. 37. art. 1. Consuet. Lyranae tit. 5. art. 1. Consuet. Herentall. tit. 9. art. 1. Consuet. Bergozomiens. tit. 11. art. 2. Consuet. Silvæ Ducens. tit. 7. art. 1. Consuet. Mechlin. tit. 5. art. 1. Consuet. Meghem. art. 30. Consuet. Trajectinæ ad Mosam tit. 2. art. 8.*

(11) Incola autem Bruxellensis dicitur qui anno & die ibidem domicilium foverit: *infra*

art. 225. idque cum animo immutabiliter residendi. Consuet. Antverp. tit. 39. art. 1. quod etiam obtinere apud Herentalios docent eorum consuetudines tit. 9. art. 12. apud Mechlinienses tit. 5. art. 9. ubi & ille habetur pro incola, qui suas in quibus investitus est, ædes inhabitat.

(12) A CIVITATE ABSENTIBUS) Absentes tam incolæ quam cives in favorabilibus pro præsentibus habentur nisi cum animo non redeundi discesserint.

Unde absens dicitur qui extra Civitatem ejusque Territorii limites habitat cum proposito emanandi, ita ut hic requiratur & animus & factum. Knobart *ad jus Civil. Gand. Rubr. 1. art. 10. obs. 2. & art. 11. obs. 12.* Quapropter cum de incolatu quæstio oritur, Judex de animo fixum ibidem domicilium retinendi juramentum deferre solet: cum alias de animo constare ei non possit.

(13) EJUSQUE RELATIONI FIDES ADHIBETUR) Apparitori soli nequaquam esse credendum multi contendunt *per l. ult. Cod. de hon. vacant.* eo quod unius vox nec condemnet nec justificet ut dicitur *in can. admonere 32. quest. 2.* etiamsi præclaræ Curiæ fulgeat honore *l. jurisjurandi. Cod. de testibus.* imo soli judici arbitro nequidem creditur. *l. ne in arbitris §. penult. Cod. de arbitr. can. quoniam. & de probat.* multo minus igitur soli apparitori aut nuncio: cum pro illo præsumptio sit. *l. 2. Cod. de offic. Civil. judicat.* pro hoc vero nequaquam. *l. ne diu Cod. de pœnis. Gloss. ad d. c. quoniam.*

Hinc in Gallia ortum esse ut apparitores duos adhibeant testes refert Rebuff. *ad constit. Reg. tom. 3. art. 1. gl. 2. & art. 2. gl. 4. num. 16. vers. quin imo.* alii ipsi credi volunt, si non fuerit negatum, asseruntque negationem juramento firmatam præferendam esse. Hostiens. *ad d. cap.*

quoniam. Joan. Fab. ad l. ea quidem. Cod. de accusacion. gl. in c. proposuisti dist. 28. nonnulli credendum ei esse putant in rebus modici præjudicii Bald. in l. magis puto §. illud. ff. de reb. eor. Luc. de Penna ad l. 1. Cod. de curial. lib. 12.

Alii id totum iudicis Religioni & arbitrio relinquunt. Alii denique simpliciter asserunt apparitori esse credendum per l. 1. §. cura carnis. vers. quies & ibi Baldus ff. de offic. Præf. Urb. l. magis puto §. ne tamen l. si quis decurio Cod. de fals. & l. apparitores cod. de exact. tribut. quam sententiam communem esse testantur Decius, Imola & Franc. in c. cum parati & de appellat. Tiraquell. de utroq. retract. §. 8. gl. 9. modo tamen apparitor ille sit publicus, juratus & negotium de quo agitur ad officium ejus pertineat vel ex eo dependeat. Chassanæ. ad consuet. Burgun. tit. de Justice §. 6. in gloss. par leur serment. & hoc quoque moribus servatur. Christin. ad consuet. Mecklin. tit. 1. art. 19. Kinschot. resp. 20. num. 6. Peckius de jure sistendi cap. 26. num. 4. Menoch. de arbitr. judic. cap. 112. Consult. J. C. Batavor. par 1. cons. 313. Ant. Fab. Cod. lib. 4. tit. 10. def. 8. Relationi ejus ergo credendum est si scilicet circumstantialiter dicat se citandum legitime citasse vel quomodo citatio executata sit. Gail. 1. observ. 54. numm. 4. 5. & 7. Mynsing. 6. observ. 10. num. 4. & 7. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 40. & seqq. quamvis enim alias uni testi non credatur, quasi quodammodo unus testis sit nullus testis, isto tamen in casu nuncio soli creditur: propterea quod is autoritate publica ad hoc officium sit assumptus, ut tamquam persona publica hoc vel illud agat. Besold. in disput. de process. judic. cap. 4. num. 11. extra officium vero aliquid referenti non creditur. Ant. Fab. d. lib. 4. tit. 15. def. 26. Rebuff. in l. prohibitum Cod. de jure fisci.

Papon. lib. 6. tit. 7. à 8. plura de relationibus vide apud Damhouder. *prax. Civil. cap. 63.*

A D D I T I O N E S.

INTRA CIVITATEM, EJUSQUE TERRITORIUM) Sic & Statuta Urbium extenduntur ad suburbia. Menoch. de arbitr. Judic. *quest. cas. 155.* Carpz. p. 1. *decif. 2. N. 13.* Klock. vol. 3. *Confil. 117. N. 54, 55, 94, 95.* à Sande lib. 2. tit. 5. *def. 5.*

De Civitate ejusque territorio *vid. l. 41. ff. de legat. l. 6. ff. de procurat. l. 5. ff. de serv. export. & qui extra continentia Urbis est, abest, qui usque ad continentia, non abesse videtur. l. 173. ff. de verbor. signif.* Continentia autem ædificia sunt, quæ Urbi juncta. *l. 99. de verbor. signif.*

Articulus XI.

IN prædicta Civitate Justitiam administrant Consul, Septem Scabini, & duo Quæstores ex septem familiis Patriciis electi: quibus ab anno 1589. a additus Principe est Præfectus Aquæ ductui, eligendus ex Magistratu & Quæstoribus qui anno præcedenti inservierunt, sed conjugatus vel viduus, & etatem habens 28. annorum.

S U M M A R I A.

1. Burgimagister an rectè Consul dicatur.
2. Est annuus, nisi continuetur.
3. Scabini unde dicantur.
4. Magistratus ex patriciis familiis eligendus.
5. Familiæ patriciæ Bruxellenses.
6. Aquæ ductus descriptio.
7. Præfectura fosse in matrimonii præmium concessa.

(1) **CONSUL**) Aptiori nomine Burgi-Magister vix effertur. Coler. *in process. execut. part. 2. cap. 3. num. 348.* Carpzov. *part. 2. constit. 6. def. 18. num. 1.* cum quo nomine latine appellandus sit magna quæstio sit, teste Petr. Nannio *de Magistrat. rerumque vocab. difficilior.* addens Erasmus solere illum appellare Tribunum plebis, nec desunt qui ejus Magistratum magna ex parte consentire arbitrentur cum officio defensoris Civitatis: sed ferè obtinuit ut Consul habeatur. (2) Isque populum annuo munere repræsentat, nisi favore Principis continetur, ut quandoque factum observare licet ex fastis consularibus quos exhibet Putean. *Brux. sept.*

(3) **SCABINI SEPTEM**) In plerisque Belgii locis septem dumtaxat Scabini Justitiam administrant, omniumque causarum sunt iudices, quos nonnulli quasi scamminos dictos arbitrantur, eo quod in scamnis sedeant, sed perperam cum potius vox sit Hebrææ originis à Scaphat judicavit Limnæ. *in J. P. lib. 4. cap. 8.* quamvis Guicciardin. *in descript. Belgii*, dicat quæcumque demum commenta in contrarium possint adferri, vocem esse Gallicam, Latine dixeris Senatorem. Meyerus *in annal. Flandr. ad annum 1289.* Scabinos quasi Schaffinos dictos putat à (*Schaffen*) id est intendere vel curare.

De Scabinis tractatum singularem edidit Brummerus.

(4) **EX FAMILIIS PATRICIIS**) Magistratus Bruxellensis privative è familiis Patriciis eligitur. anno quippe 1306. cum gravis fuisset controversia plebem inter & familias Patricias de septemviris eligendis, utrum nimirum ii ex plebe & patriciis simul, an ex Patriciis solis essent eligendi, tandem Joannes Brabantiae Dux plebem à Reip. gubernaculo amovit patriciosque

his & majorum privilegiis restituit Miræus *not. Eccles. Belg. fol. 672.* quæ ab initio septem fuere: nam quemadmodum rerum omnium, ita & Urbis nostræ tenuia fũere principia, familiæ ignobiles, domus lignæ sive ex argilla aut macerie constructæ, inter quas septem erant illustriora domicilia totidem dynastarum qui vulgo præerant, quæ hodie mediocris tantum considerationis, sed illorum temporum paupertati sufficiebant. non de origine, sed de numero constat, cum non tantum manifesta adhuc signa & reliquæ supersint, sed & nomina ipsa memoriam bonâ fide retineant. (5) Quæ hoc disticho exhibet Puteanus

Ecce tibi HUGONES, RODOLPHI, & nomina sumpta

ARIVO, à GLADIO, MONTE, LEONE, VIA. Ubi primo sese offert Hugonis nomen, vulgo (*Serbuyghs*) quasi Heros Hugo, vel (*Serbuyghs kint*) Hugonis puer, quæ familia nomen desumpsit ab Hugone Clutinck, & pro insignibus gestat ternâ argentea in campo ceruleo, trigono situ, pede succiso Lilia, quæ à Silvano clava armato à dextris, nudaque virgine passis capillis à sinistris sustentantur.

Altera est Rudolphina familia quæ à Rudolpho Heroe nomen & initia sibi vindicat. Scutum præfert coccineum, novem plinthis seu laterculis argenteis impressum quod à binis stolatis virginibus sustentatur.

Tertia est familia Rodenbecana quæ à loco quodam suburbano nomen obtinuit ut auctor est *Gramay in Bruxella*, gentilis tessera est parma argentea, per quam coccinea transcurrit undata tania, à muliere puniceo colore stolata ac Leone sustentatur.

Quarto loco veniunt Hospites sive Gladiferi vulgo (*Sweerts.*) Habet hæc familia pro insig-

nibus Scutum argenteum, cum quinque dentibus puniceis oblongis sinistro è latere prominentibus, sustentatum à gemino satyro cujus originem vide in prodrom. Jurisprud. Heroic. §. 86.

Sequitur tribus frigido Montana seu de (*Cou-denbergh*) quam & à loco urbano nomen sump-
fisse testatur Gramay in *Bruxell.* ejus scutum coccineum ternas arces argenteas repræsentans duobus Leonibus sustinetur, olim unicum duntaxat Castrum gestasse observat Author. *prodrom. jurisprud. Her.* §. 97.

Sexta est familia Leonum vulgo (*s'Leeuws*) præfertque Leonem argenteum in scuto coccineo fauno ac læna sustinente.

Ultima à via lapidea dicta est, vulgo (*steenweghe*) quæ in campo coccineo exhibet conchas auritas argenteas quinque in forma Crucis dispositas.

Sitque is ordo tantum ex tenore versus supra citati nam omnes tum splendore tum antiquitate pares habentur.

Palatia vero harum familiarum, quæ vel pro parte, vel in totum etiamnum supersunt, sunt hæc :

Cantersteen.

Maximiliaen-steen.

Platten-steen.

Valcken-bourgh.

'T Pay-buys.

'T Saut-buys.

Serbuyghs-steen.

(6) **AQUÆ DUCTUI**) Stagnum illud vocatur & Fossa Carolina; quia tempore Caroli V. fabricata à Bruxellensibus, ut faciliori negotio vicinis suis consulerent, nec non mercaturæ accomodandæ ergo anno 1550. primum lignem telluri incutiente Joanne de Locquengien Equite ac urbis prætore, sumptu communi decies

decies centenorum millium auri, ex ipsa urbe usque ad Scaldim inceptus effodi; anno 1561. feliciter ad finem deductus: de quo & ante propositio facta sub Rege Philippo anno 1486. Spatium est vel iter quinque ad minus horarum; cujus egregii utilisque operis inventor ac suscitator primarius Joannes de Locquengien, vel ex hoc solum immortalis dignus corona quod opus hoc aggressus sit tempore plane angusto, quo tantum non æraria essent exhausta, & Aquam in ipsa urbe plus quadraginta pedibus altiore quam ubi in scaldim influit, quatuor cataractis seu retinaculis cohibere opus fuerit. Quandoquidem alias navibus vel minimis patiendi fuisset incapax, cum nec hodie navis ex una cataracta in aliam transire queat, nisi expectando illic donec paulatim aqua altior in demiffiorem influens, illam adæquet: quod ad quasilibet cataractas iterandum. Operosus hic urbis labor ab initio non eo quo hodie splendebat nitore, sed renovatus est ac perpolitus ut apparet ex Chronico Ripæ lapidi inciso:

DECIMA SEXTA APRILIS.

Et hinc nonnullas alias Civitates ad simile opus allicuit, inter quos Lovanienses qui Wavriam usque canalem effodere proposuerant, sed more Demetrii Isthmum perfodere cupientis irritò conatu intra Urbis mœnia destitère.

(7) CONJUGATUS) Magna hæc certe conjugatorum prærogativa & quasi in matrimonii præmium concessa, quemadmodum & apud Romanos olim factum in odium cælibatus, quorum tantus erat numerus, ut præmiis & honoribus ad matrimonia homines essent excitandi ut apparet ex fragmentis de lege Papia Poppæa de maritandis ordinibus. Hotman. dans son Antitribonien chap. 4. §. 5.

A D D I T I O.

QUAMVIS antehac sæpius admissi fuerint cælibes ad scabinat, thesaureat & præfectos aquæ ductui, tamen circa 8. & 9. Octobris 1698. nationes Bruxellenses opposuerunt se electioni Maximiliani Electoris & Ducis Bavarie tunc Belgii Gubernatoris, eo quod quatuor cælibes instituti erant, quos arcent privilegia Urbis ab istis muneribus, de nocte autem inter 19. & 20. Octobris Dux Bavarie huic oppositioni se submitit, & alios in cælibum locum substituit.

Articulus XII.

QUÆ persone ad prædicta Officia denominantur & statuuntur à Principe, vel eo absente à Supremo Belgii Gubernatore, ex electione quam septem Tribus (secundum Privilegia desuper concessa) quotannis faciunt undecim diebus ante Vigiliam S. Joannis Baptiste, quæ electio (continens viginti & unam personas, ex qualibet nempe Tribu tres) à Magistratu terminante sigillatur, & ab uno Secretario vel Graphiario subsignata defertur in manus Concellarii Brabantie, ut eam Principi vel Supremo Gubernatori offerat.

A D D I T I O N E S.

IN October 1698. de Magistraet buyten tydts verandert synde, hebben de Natiën de nieuwe Magistraet niet willen herkennen, op pretext van eenige Griefven, onder andere om dat daer onder de Magistraet gestelt waeren eenige Jonghmans.

De Jongmans hebben 't grootelyckx te lyden gebadt, tot dat in Januarii 1700. den Raede van Brabant heeft gelieven te verclaeren, dat de Jongmans habiel waeren tot den Stadts Dienst, soo dat het pretens oudt Privilegie van Maximiliaen ende Maria is caducq gevallen, gelyck oock de dispositie costumier vermelt art. II.

Articulus XIII.

QUæ denominatio à Principe, ejusve supremo Belgii Gubernatore facta, ordinarie dimittitur ad D. Cancellarium, ante meridiem in Vigilia Sancti Joannis Baptista, cum litteris destinatis ad Ammannum & Magistratum precedentis anni, deinde publice prelegitur in parvo atrio Curie in eorum presentia nec non Decanorum seu Furatorum ex Opificum sodalitiis, novem Urbis Nationes representantibus (ad hoc specialiter convocatorum.) Postmodum denominati Consul, Scabini, Receptores & Praefectus fossæ, jusjurandum prestant ad manus Ammanni vel ejus locum tenentis, illo absente.

Articulus XIV.

ITem dictus Decanus & Furati Collegiorum, congregati ut supra, vi privilegiorum suorum, offerunt predicto Consuli & septem Scabinis, ex qualibet Natione tres personas, simul 27. qui numerus, à tempore reconciliationis hujus urbis ex tenore cujusdam constitutionis, ad quintum excrevit: ex quibus

dictus Consul & Scabini eligunt secundum Consulem, duos Receptores urbis, unum Receptorem Aquæ ductus, & sex Consulentes, iurjurandum officii sui prestantes ad manus primi Consulis seu Scabinorum: post quod per annum integrum deserviunt dicti duo Consules Scabini & Consulentes: dicti autem receptores Nationales, duo Urbis & alter Aquæ ductus, secundum annum solent adimplere.

A D D I T I O N E S.

SChepenen ende Raedts-lieden en mogen hun niet absenteren sonder consent van den Borgemeester art. 5. van den voorschreven staet.

Syn schuldigh te compareren in de Raedt-Camer ten gewoonelycken tyde ende ure, op pene van geroyeert te worden van hunne gagien art. 6.

Moeten sitten volgens de ordre van vernieuwinge art. 7. en 8. ende den ouderdom van Eedt, art. 10. van den staet 1619.

Blyft niet te min het voorsitten aen die Borgemeesters geweest syn ende Ridder, al syn die jonger van Eedt, art. 10.

Siet den 24. art. van den staet de anno 1545.
Item den 27. art. van den selven staet.

Siet oock den 4. art. van den staet anno 1619.

Articulus XV.

Consule vel Scabinorum quodam ante annum elapsam moriente, superstites alterum ex ultima electione, in locum defuncti surrogant, quem per litteras suas Principi, vel ejus supremo Gubernatori ratificandi ergo offerunt.

Articulus XVI.

Dicti Consules & Magistratus habent etiam electionem ex personis restantibus, qua ipsis erant presentata per Nationes, surrogandi alium in locum defuncti tam Consulis quam Receptorum & Consulentium Nationalium, absque eo quod opus sit dicta ratificatione.

Articulus XVII.

Item quatuor primi Scabini post jusjurandum prestitum eligunt ac denominant ex sua vel aliorum Tribu quatuor Judices pannarios, eodem anno deservituros, estque confessus separatus, de Pannis & quidquid ad eos spectat dijudicans.

Articulus XVIII.

Primus Decanus dicti confessus ordine eligitur ex septem Tribubus, secundus vero Decanus eligitur & creatur à Consule Nationum. Et quatuor Judices Nationales eliguntur à Questoribus & sex Consulentibus, ex personis ut ante per Nationes oblatis.

Articulus XIX.

Item quintus & sextus Scabinus eligit quisque sibi ex sua vel aliorum tribu Pacificatorem unum, & solus septimus duos alios etiam ex familiis Patriciis: ac predictus Consul Natio-

nalis cum sex Consulentibus eligunt quatuor Pacificatores Nationales, dictusque Pacificatorum confessus separatim cognoscit de offensis, vulneribus, & quod ad ea spectat.

Articulus X.X.

Item sunt in dicta Urbe sex supremi Pupillorum tutores: Patriciales quatuor, & Nationales duo: è quibus sex quotannis mutantur tres: in quorum locum succedunt Consul patricialis, primus Scabinus & Consulens precedentis anni. Qui si munus suum continent vel Civitatem deserant, vel supremum diem obeant, eo casu supremi reliqui Tutores alium ejusdem qualitatis Magistratum ratificaturum offerunt. Quorum Architutorum officium est, bona & pupillos (quorum Parentum domus Mortuarie in Urbe vel ejus Territorio venit) & mente captos protegere ac defendere; habent & judicaturam nec non Statutum cui se conformant.

Articulus XXI.

Regimen dictorum Consulis, Scabinorum & Consulentium sese etiam extendit ad Domus Dei, Sancti Spiritus, & Xenodochia Urbis, qui singulis annis duos, quasi earum Curatores ex Magistratu terminante denominant, exceptis iis quarum Curatores à Fundatoribus stabiliti sunt, respectu quarum Domuum etiam statutus est Rationum Controllarius.

Articulus XXII.

Predicti Officiarii ita ad inferiora subsellia denominati & electi, iusjurandum prestant ad manus primi Consulis vel Scabinorum.

Articulus XXIII.

AD hæc, quatuor sunt in Urbe supremi Eleëmofinarij Patriciales & Nationales duo, per quadriennium deservientes, suntque præfecti Domibus Dei, Sancti Spiritus & Xenodochiis, conformantes sese constitutioni Caroli V. Imperatoris de anno 1538. ejusque additionibus desuper emanatis: iique Eleëmofinarij à Magistratu instituuntur ex tenore 20. articuli dictæ constitutionis, & iusjurandum prestant ad manus Ammanni vel ejus locum tenentis.

Articulus XXIV.

Primus Consul & septem Urbis Scabini sunt immunes ab omnibus servitiis præstandis tam Principi supremo, quam inferioribus Dominis habentibus potestatem tam in ere quam in cute vel membro puniendi, Cameram Uckelensem & Tribunal vectigale excipe, in quibus ut Judices eis considerare licitum est.

Articulus XXV.

Predicti Officiarii tam ex Magistratu, quam subalterni, omnes Brabantii & legittimi sunt.

Articulus XXVI.

Predicti Receptores habent confessum suum separatum, redditusque Urbis, tam Accisiorum, Impositionum, mulctarum, aliorumque emolumentorum administrant, nullis exceptis; quibuscum dicta Urbis onera ac debita persolvunt: ejusque administrationis rationes, tribus Urbis Membris, singulis annis reddere tenentur, seseque conformare constitutioni de anno 1545.

Articulus XXVII.

Hac tamen exceptione, ut per litteras Electorales Magistratus de anno 1588. 22. Junii inter alia sit ordinatum, ut ex tunc impofterum proventus Urbis tam ordinarii quam extraordinarii, ab unico Receptore colligantur, de eis Rationes reddituro, quemadmodum & de eo quod solutum erit sub certo honorario ad hoc applicando: & ex tunc ita observatum.

Articulus XXVIII.

Operum & reparationum in Urbe faciendarum Curam gerant Receptores sub directione Antigraphi sive Controllarii ad hoc commissi.

Articulus XXIX.

Spectat & ad Receptorum Officium procurare, ut ordinationes Politice, edulia aliasque merces concernentes, stricte obser-

ventur, & ut omnia Monopolia inter opifices & mercatores avertantur.

A D D I T I O N E S.

DE la Police, voyez Le Grand sur les Cout. de Troyes art. 2. gloss. 3. où il dit que les Privilegiés ne se peuvent servir de leur Privilege, en ce qui regarde la Police.

L'un des points de Police consiste à mettre le prix aux denrées, comme aux victuailles, & autres commodités nécessaires pour l'usage & l'entretien journalier du peuple, *ibid.*

Le même a lieu pour ce qui est des poids, mesures & adjustes, *ibid.*

Articulus XXX.

IN quem finem singulis annis sub juramento creantur *Æstimatores, Inventores & Censores*, tam *Cerevisiæ, Carnis, Piscium, Lacticiniorum & aliorum eduliorum*, quam *lapidum Calcis, Tegularum & similium*; ad hæc nonnulli *Æstimatores Opificiorum manualium*, aliique similes *Officiarii jusjurandum* respective præstantes coram *Scabinis & Quæstoribus*, & animadvertentes ut constitutiones, quæ opifices concernunt, debite observentur, & ut errores *Ammanno* innotescant, eorum correctionem procuraturo.

S U M M A R I U M.

I. *Esculentorum ratio habenda Magistratui.*

Esculentorum magna ratio à Magistratu est habenda, curandumque ne pro *Pisce* serpens vendatur, aut *venenum* pro alimento.

Nam cum salus populi suprema lex sit, & Reipublicæ intersit Cives habere sanos & incolumes, necesse est, ut quidquid incolumitati Civium contrarium, in perniciem status publici redundet. Hinc apud Romanos, Ædiles non tantum ædium, sed etiam edendorum curam habebant. Ædium, nequid in via positum esset, item ne incenderentur: Edendorum ut morbosa caro non venderetur, vel nimis grandi pretio, vel morbosum animal. In tanta autem dignitate erant, ut deferrentur in curribus, unde currules dicti. Ita Accursius ad l. 1. ff. de Ædilitio edicto.

Articulus XXXI.

Item Status Urbis Bruxellensis è tribus Membris componitur, quorum duo prima creantur tam ex familiis patriciis quam Nationibus: & tertium ex solis Nationibus, secundum distinctionem sequentem.

Articulus XXXII.

Et quoties negotia Principem, Provinciam vel Urbem concernentia proponuntur aut tractantur, id per dicta tria Membra fiat necesse est: quorum primum Membrum, utpote conflatum ex Consulibus, Scabinis, Questoribus & Consilio Urbis, primo ad propositum negotium respondet.

A D D I T I O N E S.

Siet den staet van den jaere 1545. art. 49. waer by oock geordonneert is, dat de respectieve opinien van de dry leden moeten slaen op de propositie, sonder daer mede te mengelen eenige andere

faecken, dan wel sullen appaert mogen remonstreren aen de Weth.

Een iegelyck mach vryelyck syne opinie seggen, sonder geinterrumpeert te mogen worden, ten sy by den Borgemeester oft in synder absentie by den eersten Schepenen, art. 9. van den staet de anno 1545. & art. 12. van den staet de anno 1619.

Articulus XXXIII.

Secundum Membrum, quod vocatur amplum Consilium, efficiunt omnes illi qui anterioribus temporibus tam ex Patriciis quam ex Nationibus deservierunt ut Consules, Scabini, Quaestores Urbis, vel ut Decani Pannarii nec non sex Consulentes precedentis anni, qui votum dumtaxat habent anno uno post defunctum munus: alii autem omnes ad praedicta Officia semel promoti votum retinent in dicto amplo Consilio quamdiu vixerint, & eorum secunda est opinio.

A D D I T I O N E S.

Vide art. 3. ordinat. 4. Julii 1586. deinde juxta art. 4. secundum Civitatis membrum vulgo latum Consilium convocari nequit nisi in causis momenti propositis ex parte Principis vel in quibus ex resolutione primi membri sive Magistratus cum Ammanno propter bonum & utilitatem Urbis id requiri judicabitur.

Siet voorders den 49. 50. ende 51. art. van den staet van den jaere 1619. waer by onder andere geordonneert is dat die van den Wyden Raedt hunne opinie op het alderspoedighste souden geven sonder excusie te maecken op d'absentie van eenige, naer dien sy twee reysen ontboden syn geweest ende dat de tegenwoordighe sterck syn over de helft.

Articulus XXXIV.

Tertium Membrum constituunt Nationes Novem, sub quibus continentur omnia Urbis opificia: & sunt Natio Divæ Virginis, Sancti Aegidii, Sancti Laurentii, Sancti Gaugerici, Sancti Joannis, Sancti Christophori, Sancti Jacobi, Sancti Petri, & Sancti Nicolai, singula habentes certum numerum opificiorum, & singula opificia duos, tres vel quatuor, pro exigentia vel magnitudine, Decanos seu Juratos, ita ut nullus alius Decanorum seu Juratorum ad congregationem tertii Membri possit admitti.

Articulus XXXV.

Qui Decani seu Jurati annuò creantur à Magistratu ex personis per Decanos præcedentis anni præsentatos, juratos excipe Nationum Sancti Laurentii & Sancti Christophori, qui a prædictis Decanis & Judicibus Pannariis creantur; habentque prædicti Decani seu jurati administrationem bonorum qua ad opificia sua spectant.

A D D I T I O N E S.

Decani & Præfecti Collegiorum Artificum habent authoritatem judicandi de rebus artis suæ ex diplomate anno 1326.

Volghens desen art. pretenderen die van de Laecken Halle te staen in gelycken graet met die Wetbouderen van Brusjel, ende daer uyt hebben

sy verfocht, dat alswanneer aen hun door den Raede worden overgesonden Requesten ten eynde van advis, dat 't selve moet geschieden by beslotene brieven, gelyck aen die Wethouderen, volgens den 13. art. van d'Ordonnantie van den Raede, dan 't selve is hun afgeslaegen den 30. Meert 1718. ende is alsdan oock 't selve verstaen tegens de voornoemde Momboiren Caemer, om dat sy onder den voorschreven 13. art. niet en syn begrepen.

Articulus XXXVI.

Item cum tertio Membro negotium quoddam, ad Principem, Provinciam, vel Urbem spectans proponitur, id scripto fit una cum opinionibus primi & secundi Membri, ut infra praescriptum diem pariter respondeant.

A D D I T I O N E S.

Siet den staet van den jaere 1545. art. 50.
ende van den jaere 1619. art. 51.

Item by den 13. art. van den voorschreven staet de anno 1619. is wel expresselyck verboden, terwylen gedaen wordt eene propositie ofte raport oft resolutie genomen over eenige saecken, dat men niet en sal moghen schryven, lesen, couden oft iet anders het gene soude beletsel doen.

Articulus XXXVII.

Quam propositionem cum Opinionibus dicti Furati communicant Furatis precedentis anni ut Consultoribus suis, qui vocantur seniores opificii, ita tamen ut eorum numerus numerum juratorum non excedat.

A D D I T I O.

*S*iet den staet de anno 1545. art. 54. ende art. 5. ordinat. anno 1586. ende den staet van den jaere 1619. art. 52.

Articulus XXXVIII.

*C*Umque ita Opinati fuerint, Furati prescripto die congregantur in Curia, quisque sub sua Natione, & ex collatis resolutionibus Opinionem formant, qua à Consule, Questore, vel Consulente uniuscujusque Nationis ad Magistratum defertur. Et si quatuor dictarum Nationum sese conforment Opinionibus primi & secundi Membri, vel si quinque Nationes uni dictorum Membrorum correspondeant, ei tamquam plenario consensui & resolutioni generali trium Membrorum adheretur.

A D D I T I O N E S.

*S*iet den voorschreven staet art. 51. ende van den jaere 1619. art. 54, 55, 56, 57 ende 58. ende wordt aen die van de Natien wel expresselyck verboden te stellen oft committeren een twee oft meer gedeputeerde, om wat oorsaecke ofte decksel sulckx soude mogen wesen op de pene van den ban van 20. jaeren.

Voorders en mogen van Stadt-buys niet scheyden sonder gelicentieert te zyn by de Weth, alswanneer

sy gehouden zyn terstont te vertrecken, sonder te mogen blyven sitten, op wat pretext dat soude mogen wesen, op pene van den Prince indignatie ende exemplaire straffe.

Quod à majore parte ordinis seu consilii constitutum, absque particularium subditorum consensu, ratum ac firmiter judicatur Leon. Consil. 50.

Paucorum absentia non debilitat quod à majore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, & duæ partes ordinis in Urbe positæ totius curiæ instar exhibent l. 46. cod. de decurion. duæ partes sunt duæ tertiæ vide in notis ad d. l.

Præterea adverte quod juxta art. 6. ordinat. anni 1586. nemo in deliberationibus intervenire possit, nisi qui est in officio & juramento Urbis, exceptis negotiis litigiosis requirantibus consultationem jurisperitorum, ad quæ vocari poterunt Advocati & Practici. vide art. 5. ordinat. anno 1586.

Voorts dat alle resolutien van het Magistraet in saecken van importantie moeten genomen worden by pluraliteydt van voisen, by ordre de opinie genomen zynde, sonder interruptie, ende het gene by pluraliteydt van voisen sal gearresteert zyn sal ter selver ure geregistreert worden sonder herraepen als in de tegenwoordigheydt van de presenten in de eerste resolutie volgens den 3. art. van de voorschreve Ordonnantie, ende nopende de resolutie ende geadviseerde van de Rentmeesters siet den 34. art. van den staet anni 1545.



TITULUS SECUNDUS.

De Administratione Justitiæ.

Articulus XXXIX.



*I*mprimis predicti Consules, Scabini & Consulentes (consentiente vel interveniente Ammanno ejusve locum tenente, vel defectu eorum, absentia aut recusationis causâ, cum consensu jurati Ministri Ammannalis, post hunc in finem apud Magistratum prestitum iusjurandum) auctoritatem habent condendi Statuta, & decernendi Constitutiones, Ediçta, Statuta, & Mandata, tam administrationem Justitiæ quam Politicæ ejusque regimen intra Urbem & Territorium, concernentia: pariter & quæ spectant ad Collegia, Gildarum Rythmicorum, Confraternitatum, Opificum, Domus Dei & Sancti Spiritus, quæ ab ipsis dependent, & similia. Licetque eis tales constitutiones Ediçta vel Statuta munire pœnis, mulctis & correctionibus, quales ex dispositione rei convenire fuerint arbitrati, ad quarum observationem Urbis ac Territorii incole, nec non absentes, post publicationem factam tenentur, absque ulla contradictione, sub pœnis & mulctis iisdem comprehensis, vi Privilegiorum desuper concessorum. Si quis autem ex iisdem Constitutionibus & Statutis gravamen senserit is desuper Ammanno & Magistratui conqueratur.

SUMMARIA.

S U M M A R I A.

1. Magistratus quis & quando habeat potestatem condendi Statuta.
2. Quæ Statuta possit condere.
3. Magistratus Antverpiensis auctoritas quoad Statuta.
4. Quid nomine Civitatis veniat.
5. Territorium quo usque extendatur.
6. Statuta ante publicationem non ligant.
7. Quæ leges dicantur Sanctæ, quæ non?

(1) **A**UTHORITAS CONDENDI STATUTA &c.) Civitates sive Magistratus municipales posse Statuta condere communis est Doctorum opinio in *l. omnes populi. 10. ff. de justit. & jure. ut Bart. Jason. & Castrenf. Carpann. ad Consuet. & Statut. Mediolan. in prælud. num. 16. & seqq. Choppin. ad Consuetud. Paris. lib. 2. tit. 8. num. 5.* quod tamen restringunt nonnulli ad civitates quæ habuerunt Jurisdictionem immediate ex Privilegio Regis vel Imperatoris per *l. formam. Cod. de Offic. Præfect. prætor. & l. 1. §. omnia Cod. de veteri. jur. enucl.* item ad illas Civitates quæ hoc habuerunt ex consuetudine tanti temporis in cujus contrarium memoria hominum non existit. *l. 1. Cod. de emancip. liber.* & tunc habentur ac si ipse Princeps concessisset. ut in *c. super quibusdam §. 1. de verb. signif. Matt. de Afflict. ad Constit. Neapolit. prælud. quæst. 6. num. 1.* & sic quilibet Magistratus habet potestatem gladii & animadvertendi in facinorosos homines Franc. Marcus *decis. Delphin. 292. num. 3. lib. 1.* dummodo Statuta talem poenam annexam contineant. Quod & verum est in omni universitate sive aliquam sive nullam jurisdictionem adeptâ. Jason. in *d. l. omnes populi num. 6.*

§ 7. Natta *conf.* 12. in *pr.* Nicolaus Losæus *tractat. de jure universit. part. 3. cap. 15. num. 2.* § 3. Deckher. *dissert. 5. lib. 2. num. 10.* si tamen nihil statuant in præjudicium Principis ; (2) quod non possunt *c. venientes de jure jurando.* & ita tradit Paul. de Castro in *d. l. omnes populi. in 2. col.* & Jason. *ibid. in. 2. col.* Christinæus *ad ll. municip. Mechlin. tit. 1. art. 1. itum. 13.* & quatenus legibus generalibus non contradicunt *l. 3. §. divus de sepulchro violato.* Befoldus in *dissertatione de regalib. cap. 1.* & hanc potestatem Principes nostri hoc modo semper beneficio indulgentiæ suæ confirmarunt, ut merito municipales in partem supremæ potentiæ dignitatisque ascivisse dici possint.

(3) Ita & apud Antverpienses in usu esse dicunt eorum Consuetudines *tit. 20. art. 8.* hoc sensu, ut Civitas Antverpiensis sit privilegiata ejusque Magistratus una cum Sculteto possit ordinare, statuere, & publicare quidquid in commune bonum fuerint arbitrati, idque minuere, augere, vel immutare quoties eis visum fuerit, ita re & bono publico exigente, sic & olim diversa Statuta emanarunt abusus ac delicta concernentia, nec non policiam ejusdem Urbis quo ad Vina, Cerevias, Carnes, Pisces, Butirum, Caseum, Panem, coctionem Panis, Braxinas, Ligna, Cespites, Lapides, Calcem, promontoriola, fluvialia, Operarios, item quoad incendia, ædificia, opifices Urbis, pondera, mensuras siccas & humidas, eæque constitutiones statuta & publicationes ab omnibus debent observari.

(4) INTRA URBEM) Urbs sive civitas muris & continentibus ædificiis finitur *l. 2. ff. de verb. signific. & ibi Cujac. Par de Put. in verbo Civitas de verb. signific.* aliquando ponitur pro muris, loco, suburbiis, habitationibus ;

& perinde est ac si omnia illa nominata fuissent : & aliquando murorum ambitu terminatur *c. si Civitas de sentent. excom. in 6. Et c. statutum §. 1. de rescript. eod. lib. vel secundum Baldum l. ex hoc jure. versic. Et nota quod in terris num. 15. ff. de justit. Et jure. Civitas dicitur quæ muris est cincta veterum autoritate.*

Aliquando civitas largius accipitur ubi tractatur de muneribus subeundis & jurisdictione exercenda & sub ejus appellatione continentur casalia, vicus, territorium, districtus & habitatores eorum. *l. mediterraneæ Cod. de annon. Et tribut. lib. 10. Et l. qui ex vice. ff. ad municip. Et l. fin. ff. de jurisdic. omn. judic.*

(5) EJUSQUE TERRITORIUM) Territorium ut habetur in *l. pupillus 139. §. si Territorium ff. de verbor. signific. dicitur agrorum universitas intra fines cujusque universitatis, & à terrendo vocatur Bald. autem in rub. num. 2. quæ sint regal. in usib. feud. & Felin. c. Rodolphus num. 13. Et 28. de rescript. Boer. decis. 227. num. 7. in 2. parte. dicunt territorium nil aliud esse quam terræ spacium jurisdictione munitum & armatum. Vide Knichen de jure territorii.*

(6) POST PUBLICATIONEM) Statutorum quemadmodum & omnium constitutionum sive edictorum necessaria est publicatio. *l. 9. Cod. de legib. cum per eam solam possint innotescere.*

(7) POENIS, MULCTIS VEL CORRECTIONE) Leges sanctæ sunt, non quidem omnes, sed quæ pœna aliqua sancitæ sunt, idque non tam à sanctitate quam à sanctione, illatione, & vinculo Pœnæ. *l. sacra §. pen. de rer. divis. l. sanctio ff. de pœnis ut sanctæ leges sunt, quibus adjicitur sanctio in novissima parte earum : quæ quid adversus eas fecerit capitalem vel pecuniariam pœnam subeat. vel, ut legitur d. l. sacra §. pœn. ut qui in id aliquid commisit, capite puniatur.*

leges non sanctæ sunt quæ permittunt, Etenim in permissione libera potestas non poena, & illæ quæ jubent aut vetant, nec puniunt eum qui contra fecerit. Cujac. ad l. i. pen. § ult. ff. de just. § jure.

A D D I T I O N E S.

QUÆ SPECTANT AD COLLEGIA GILDARUM)

Daer syn vyf Gulden tot Brussel.

1. De Groote, begonst anno 1381.
2. St. Jooris, anno 1388.
3. Den Handt-boge, anno 1422.
4. De Coloveniers, anno 1477.
5. De Schermers, anno 1480.

By den 17. ende 18. art. van den staet, de dato ult. Feb. 1545. is geprescribeert sekere forme tot het maecken van politiecke Ordonnantien ende Statuyten, eerst soo daer iet gevonden wordt, noodigh tot welvaert ende voorderinge van de Stadt, wordt gedient den Borgemeester, die daer op doet vergaederen den Amptman, Schepenen, Raedtslieden ende Rentmeesters, aen de welcke by het selve is proponerende, die daer op delibereren ende hun goetduncken seggen ende maecken dry opinien ende het ghene met twee opinien ende consent van den Amptman gesloten is, moet gepubliceert worden.

Nota voorders volgens de Artieckelen alhier vermelt, dat de Publicatie van politiecke Ordonnantie ende Statuyten maer en magh geschieden s'anderdaeghs naer genome conclusie.

Articulus XL.

Possunt & Consules, Scabini, Quaestores, & Consulentes, in rebus concernentibus Collegium Judicum Pannariorum, cum Deca-

nis & iisdem iudicibus simul ordinare & statuere quidquid è re & utilitate est opificiorum illic forum sortientium, nec non quidquid melioris Policia ergo ipsis æquum videbitur, idque vi Privilegiorum desuper concessorum.

Articulus XLI.

Item quinque prædictæ Gilde, Collegia, Rythmici, Opifices intra Urbem, vel eorum directores, Decani seu iurati, non possunt ordinare nec statuere absque consensu Consulum, Scabinorum, Quæstorum & Consulentium Urbis, quemadmodum nec possunt alia Collegia vel subalterni iudices, sub pœna præscripta, & ad ita constitutorum observantiam nemo tenebitur.

Articulus XLII.

Prædicti Consules, Scabini & Consulentes, sunt ordinarii iudices, cognoscentes de Civibus intra Urbem ejusque Territorium, & quod ad illos spectat, nec non in Provincia Brabantia extra liberas Civitates: cognoscunt & de incolis non Privilegiatis tam in Criminalibus, & Civilibus quam Personalibus & Realibus, quorum iudicium spectat ad Iudices ordinarios: causas excipe quæ in prima instantia Coram Iudicibus pannariis, Pacificatoribus, vel supremis Tutelarum præfectis sunt terminandæ.

A D D I T I O.

ORDINARIJ JUDICES) Volgens den 19. art. van den staet van den 25. October 1619. moeten alle Processen oversien worden, ten minsten by vyf Schepenen, daer onder begrepen den Borgemeester, op pene van nulliteyt.

Articulus XLIII.

Item pradiicti Consules, Scabini & Consultants cognoscunt & judicant de causis spectantibus ad constitutiones & Edicta Principis, jura, Privilegia, Statuta, Mandata & Constitutiones, tam Urbis quam Gildarum, Faculorum, Rythmicorum, Collegiorum, Confraternitatum, Opificiorum & similium: item de mulctis ex eis proficiscentibus, nec non de Policia ejusdem Urbis: de Censoribus, Pratoribus luto, de terminis & divisione fundorum, de Captivis, Executionibus sententiarum, & Litterarum Scabinalium sententiarum, de venditionibus Mobilium que fiunt per Ministros Civitatis, de materia inductionis in fundum, de Arrestis & questionibus inde oriundis, tam incolas quam absentes concernentibus. Item de Revisionibus sententiarum Consularium & Commissariorum ex Magistratu, nec non de appellationibus a sententiis Praefecti excubiis Civicis. Que cause omnes disceptantur coram Magistratu, nisi re ita exigente ad Rotam dimittantur,

quod licitum est casu longeva litis, Captivis seu Arrestatis sub cautione, promissione, aut alias dimissis, aut casu quo Officiarii seu Servientes è bonis discesserint.

S U M M A R I A.

1. Quomodo Magistratus cognoscat de Edictis Principum.
2. Optima Edictorum interpretatio fit ab ipso statuente.
3. Edicta quomodo interpretanda.
4. In pœnalibus non est recedendum à proprietate verborum.
5. Rythmicorum Collegia, vulgo (Rethorycken) quales.
6. Qualia statuta possint condere Collegia?
7. Et an contra jus commune?
8. Collegæ possunt venire contra sua statuta jurata: Et quando?
9. An Confraternitates dicantur loca pia?
10. Resolvitur ex jure Et consuetudine.
11. Confraternitati relicta, censentur ad pios usus relicta.
12. Vox (Belyde) quid significet.

(1) **M**agistratum cognoscere de causis spectantibus ad Constitutiones & Edicta Principis, non ita est intelligendum ut ei liceat Constitutiones & Edicta interpretari, sed ita tantum ut eorundem observantiam procuret, & ut quidquid eisdem statuitur executioni mandetur: (2) quia nulla est melior interpretatio, quam illa quæ provenit ab ipso met statuente, argumento l. ex facto 43. in pr. versic. beneficia quidem ff. de vulgari. cap. si Papa. 10. de Privileg. in 6. Decius conf. 51. num. 3. Et conf. 114. num. 5. Angel.

cons. 51. num. 2. Menoch. cons. 202. num. 173. & cons. 244. num. 17. Rimin. jun. cons. 481. num. 67. Bursat. cons. 345. num. 12.

(3) Quoties vero ab altero quam à statuente talis declaratio seu interpretatio fit, ea sic facienda est ne Princeps voluerit tertio præjudicare l. 2. §. merito & si quis à Principe ff. ne quid in loco publico Surdus cons. 203. num. 28. ubi subdit quod verba debeant potius impropriari, quam quod Princeps videatur voluisse tertio præjudicare: & ordinationes suas quantum fieri possit reduci ac restringi ad terminos juris. cap. causam quest. 18. ubi Felinus num. 6. de Rescript. cap. super. 15. de offic. deleg. Roman. cons. 334. num. 1. Menoch. lib. 2. præsumpt. 9. num. 6. Bursat. cons. 74. num. 164. Surdus decis. 39. num. 11. & decis. 43. num. 6. cum omnia mandata Principum debeant intelligi secundum Justitiam. Bald. in l. 1. num. 4. ff. de constit. Princip. ubi sub num. 13. inquit quod Principi non præsumitur placere nisi justum & verum, & quod Princeps vult omnes actus suos regulari à Justitia, Poli & Fori, & ubi etiam vult excedere Justitiam partis numquam præsumitur velle excedere nisi in modico.

Pro cujus intelligentia præsupponendum est quod debeat evitari contrarietas & correctio immediata statuentium. l. 1. Cod. de inoff. dotib. l. non ad ea. §. quod si pure. ff. de condit. & demonstrat. hæc in Civilibus.

(4) In pœnalibus autem, hoc est si Constitutiones vel Edicta pœnâ quadam sancita sint, stricta debet fieri interpretatio & à proprietate verborum non est recedendum l. si præses 32. & l. interpretatione. 42. ff. de pœnis. Cap. Odia. 15. de reg. jur. in 6.

JACULATORUM) Vocem (Schutteryen) sic

latine reddidi, quamvis minus proprie, cum vox hæc sit ambigua, denotetque tam exercitia quæ fiunt Arcu ac telo, quam ea quæ fiunt Bombardarum explosione.

(5) RYTHMICORUM) Sunt congregationes civium, ea mente, ut semel aut iterum in anno comediam publicæ recreationis ergo, in loco ab iis ad hoc electo, exhibeant; nomenque congregationi tribuunt à flore ut à Rosa, Lilio, Viola & similibus. Quæ omnes suas habent ordinationes quibus dum congregantur sese conformant. Et ubi quoad eas sive earum interpretationem lis orta fuerit, ad Magistratum ex tenore hujus articuli spectat decisio.

(6) COLLEGIORUM) Valent constitutiones, cum Collegium, à quo sunt conditæ, sit Collegium licitum. *l. 1. ff. de Colleg. illicit. gl. in l. 1. in princ. in verbo aliorum. versic. item causa Religionis ff. quod cujusque universitatis.* præsertim cum tolerando quasi sint approbata. Idque cum respiciunt ipsius Collegii administrationem, circa res suas, pro interesse privato, etiam sine consensu & approbatione superioris. Bartol. *in l. omnes populi 9. num. 3. versic. si vero quæris de his.* & *ibidem Jason. in prima lectura. num. 28. ff. de Justit. & Jur. Bart. Bald. & Salicet. in l. fin. Cod. de Jurisdic. omn. Judic. Bald. conf. 372. num. 2. versic. si vero quæris de his vol. 5.* Felin, *in cap. cum omnes 6. num. 13. & 14. de Constitutionib. Ancharan. in repetit. cap. Canonum Statuta. 1. num. 91. d. tit. de Constitut. Castrens. conf. 256. num. 4. vol. 2. Roland. conf. 99. num. 14. vol. 2. Losæus in tractat. de Jure Universitat. part. 3. cap. 15. num. 3. Gratian. disceptat. forens. 469. num. 14. part. 3.* (7) Etiam si discrepent à jure communi,

quod sequi, in rebus spectantibus ad Collegium suum, non tenentur. Franc. Nigri Cyriaci *controvers. forens.* 404. num. 38. tom. 3. ipsæque constitutiones & Regulæ in dicto Collegio servandæ sunt; & prævalent juri communi *l. semper. 5. in princ. ff. de jure immunit.* Alex. *cons.* 148. num. 1. vol. 6. Surdus *cons.* 8. num. 14. & *cons.* 58. num. 1. vol. 1. & *cons.* 100. num. 12. vol. 1. Losæus *de jure universit. part.* 3. *cap.* 15. num. 3. quamvis eorum Collegiorum seu corporum statuta concernant plerumque suam professionem vel artem ac disponant de modo congregandi, de imponenda collecta, solvenda pœna, arte exercenda & similibus *l. final. ff. de Colleg. illicit.* Bartol. *in d. l. omnes populi.* 9. num. & ibi Baldus num. 32. & 33. *ff. de Justit. & Jure*, Bald. *cons.* 372. num. 2. vol. 5. Losæus *de jure univers. part.* 1. *cap.* 2. num. 66. & 67. Gratian. *disceptat. forens.* 721. num. 22. *part.* 4. (8) In quibus illi, qui sunt de Collegio, possunt venire contra statuta jurata ab ipsis condita, quando respiciunt tantum eorum commodum, quia videntur tacite illud remittere. Ant. de Butrio *in cap.* 1. *col. penult. versic. hoc puto verum quando juramentum; de his quæ fiunt à majori part. cap. fol.* 67. *col.* 2. *dicti fol.* Gratian. *disceptat. forens.* 302. num. 27.

(9) CONFRATERNITATUM) Etsi dubium sit an hujusmodi corpora societatum viventium sub quadam regula Catholica, & ad pias operas destinata, non fundata autoritate Episcopali, dicantur loca pia nec ne, aliis affirmantibus, plerisque negantibus, ut videre est apud Gabriel. *de pia causa concl.* 1. Guttierrez. *lib.* 1. *quest. Canon. cap.* 35. (10) Attamen fere omnes conveniunt quod dicantur loca sæcularia non vero Ecclesiastica, & in politicis à judice laico dependere, quod & hac nostra consuetu-

dine confirmatur, uti & ante *artic. 8. num. 9.* dictum est. Et pluribus edocet Covarruv. *pract. quest. cap. 36. vers. 7.* Guttier. *commun. quest. lib. 1. cap. 3. num. 19.* (11) quamvis eis relicta censeantur relicta ad pias causas. Abbas *conf. 31. num. 3. vers. substitutio verò part. 2.* Castrenf. *conf. 167. vol. 2.* Alexand. *conf. 102. vol. 7.* quia censentur facta legata non loco aut personis confratrum sed usui seu distributioni piæ. Bald. *in l. id quod pauperibus 24. num. 34. Cod. de Episc. & Cleric.* Bertachin. *de Gabell. part. 8. memb. 5. num. 8.* ubi inquit quod inspicitur causa, non autem persona. Baldus *in l. deberi 6. circa fin. Cod. de fidecommiffar. libert* ubi ait quod legatum factum loco putative religioso, qui tamen non erat, valet: quia censetur relictum, ut dispensetur in usus pios.

(12) INDUCTIONIS IN FUNDUM)
Etymologia vocis (*Belydinghe*) videtur indicare hoc ipsum esse quod est Judicem in rem præsentem deducere; quod olim apud Romanos in Evictione, apud Mechlinienses in additione, cum pignus prætorium constituitur, observari solet. Petr. Nannius *de Magistrat. rerumque vocab. difficil.* & Christin. *in præf. ad consuet. Mechlin. de qua vide Cuypers in tract. van Grondt-proceduren.*

A D D I T I O.

ITEM DE MULCTIS) *Siet den 15. art. van den staet de anno 1545. ende sullen sommierelyck ende sonder geschrifte tenminste by provisie doen betaelen d'amende ende mulcten.*

Articulus XLIV.

AD hæc cognoscunt & judicant de omnibus questionibus ortis in heredationum, hereditatum, familiae exerci-

eunde, promissionum, contractuum, obligationum, & adstrictionum Scabinalium, nempe de validitate vel invaliditate illarum, nec non in materia fundorum, intra Urbem ejusque Territorium, Urbisque jurisdictioni subjeutorum, item de causis omnibus realibus ad ipsorum notitiam spectantibus, quæ causæ omnes, aliæque actiones personales & civiles, hæctenus non expressæ, in Rota ordinaria discontiuntur.

S U M M A R I A.

1. Unde inheredandi facultas competat Brabantiæ præcipuis Oppidis.
2. Princeps concedendo privilegium, non occludit sibi manus.
3. Quid sit inheredatio.

(1) **I**NHÆREDATIONUM) Facultatem inheredandi præcipuis Brabantiæ Oppidis competere, & processisse ex inveterato subditorum inter se usu aut consuetudine, putat D. Kinschot in tract. de Author. Senat. Brabant. cap. 5. num. 7. quæ tamen Principem non ligat, Tiraq. ad l. connub. in V. de son mary gl. 8. num. 175. cum aliis ibid. allegat. Boss. de homicid. num. 76. notissima est enim ea, quam capitales Brabantiæ Civitates oppidulis & aliis locis in finibus illarum fitis, aliquando excitarunt, tragedia: adeo ut ipse Princeps huic malo moderare vix potuerit, vel certe connivere debuerit. (2) Verum si ex Privilegio id habeant, non censetur eo Princeps manus sibi occlusisse, ut in simili ait Præses Everard. conf. 8. num. 11. in fine, addens ibidem quod non

credat inveniri aliquem tam stolidum, ineptem, vel dementem, qui existimaret Ducem Brabantiae non posse aliquem de feudo in Brabantia sito effectualiter investire, sed quod hoc debeat fieri per homines suae Curiae feudalis quos ad hoc deputavit *per l. iudicium solvitur 58. ff. de Judic.* in omni enim concessione, superioris auctoritas exempta est *l. qui jurato ult. & ibi DD. qui satisfacere cogant.* (3) vocatur haec Inhereditatio, Gallis *adheritance*, & contrarium ipsius *desheritance*, ad quod verbum Fr. Ragueau ait: *c'est saisir, advestir, desaisir, devestir, deposseder: saisine, possession, desaisine: lesquels actes s'expedient par les Seigneurs ou Officiers de la basse Justice en cas de vente & achapt d'heritages, ou de charges sur iceux, tellement que le vendeur est reputé desaisi & l'Achaptéur saisi.*

ALIAEQUE ACTIONES) *Vide infra art. 91.*

Articulus XLV.

I*Nsuper & de causis Civis extraneos concernentibus, qui & coram Magistratu Urbis forum sortiuntur: causas excipe infra articulis 213. 217. & 218. expressas.*

C*ASUS EXCIPE) art. 213. permittit civibus extraneis posse prorogare jurisdictionem suam, priusquam coram Magistratu Bruxellensi sint citati, sed post eam citationem non amplius: idque modo contribuant tales cives in oneribus quae habent communia cum vicinis: ut ibidem latius: nisi tamen antequam in civem esset admissus delictum perpetrasset ut art. 217. vel casu quo Juribus civium renunciasset. ut art. 218.*

Articulus XLVI.

HAbent & predicti Consules, Scabini & Consules judicaturam de promissionibus per absentes cives aut incolas factis, de inheredando & exuendo cives & incolas bonis, de questionibus concernentibus solutionem reddituum, debitorum, prestationum à predictis absentibus ipsorumque authoribus, coram Scabinis Urbis promissam, & casu quo debitores intra Ammanniam Urbis resideant, licitum est Magistratui, nec non Ammanno respectively vi supremæ Jurisdictionis, dictos debitores vel obligatos ad instantiam civium per litteras Edictales citare, qui & coram Magistratu Justitiam administraturo tenentur comparere: idque vi privilegiorum desuper concessorum.

SUMMARI A.

1. Reditus annuus quid?
2. Olim usurarius.
3. Hodie passim receptus.
4. Quomodo differat ab usura.
5. Præstationis sive (Waerschap) definitio.
6. Dicitio, & aliter comprehendit casus similes & dissimiles.

(1) **R**editus est pensio licita, stipulata, & annue solvenda in considerationem summæ alicujus receptæ, eadem integrâ & quasi alienata permanente. (2) Quod annum lus

erum dudum cum usuræ nota pugnabit, à qua per Calixtum III. Martinum V. & Pium V. exemptum est. Vide Zypæ. *not. jur. Belgic. lib. 4. tit. de redivib.* (3) unde generali passim consuetudine receptum est valere annui redditus constitutionem tam super incertis quam certis fundis factam. Gail. 2. *observ. 7. num. 11. & seqq.* Gamma. *dec. 42.* Gutierrez. 1. *quest. 70. & 2. quest. 107.* Gomez. *ad l. Tauri 68.* Rebuff. *ad Constit. Reg. de constit. rediv. art. 1. gl. 17.* Christin. *vol. 1. dec. 303. num. 33.* Argentæ. *ad consuet. Britan. art. 266. gl. 4.* (4) ubi adducit hanc differentiam inter redditum constitutum & usuram. Quod in usura formali fors suo tempore restituenda est, in redditu vero constituto perpetuo alienatur, nec creditor legem dicere potest restitutioni, alioquin in formalem usuram reciditur. Rursum redditus constituendi infiniti fines non sunt, nec cuique quolibet pretio redimere licuerit. Cætera discrimina, & substantialia usuræ & contractus redditus constituti prorsus diligenter & considerate descripsit Molin. *quest. 69. & num. 442.*

(5) PRÆSTATIONUM) Præstatio quæ nostratibus (*Waerschap & Guarand*) dicitur, est promissio serviens ad securitatem & corroborationem contractuum, recognitionum, conventionum aliorumque munimentorum, quæ coram Scabinis Urbis & aliter fiunt, tenenturque hæredes supplere defectum qui postmodum quoad illa posset occurrere. Ita desiniente *art. 193. infra.* (6) ubi nota dictionem *& aliter (ende andersints)* comprehendere casus similes & dissimiles. Menoch. *conf. 282. num. 14. & 15.* Ruin. *conf. 98. num. 11. lib. 2.* Deckher. *dissert. 1. lib. 2. num. 9.* neque ista facultas ad casus necessitatis restringenda est, sed valet in omni & quolibet casu. text. *in Authent. contra rogatus. Cod. ad Trebell.*

Articulus XLVII.

I*nsuper & de omnibus appellationibus & sententiis Scabinorum in Assche, Braeckenevghen, Drooghen-bossche, Evere, & Bortmeerbeecke, qui tenentur Urbis Magistratum consulere, quibusque Magistratus, in causis ambiguis coram ipsis ventilantibus, consulit.*

S U M M A R I A.

1. (Hooft-leeringhe) quid sit, & quomodo fiat.
2. *Advisores qui dicantur, & quomodo decernantur.*
3. *Questiones communes in hac materia remissive.*

(1) **C**ONSULERE) Præcipuæ Brabantia civitates de moribus & consuetudine, inferiorum subselliorum sub ipsarum districtu, quasi præsides & Magistri sunt, ubi nempe res est ambigua ac difficilioris resolutionis, tumque eorum subselliorum Scabini, Magistratum proximæ Civitatis consulunt, qualis in tali causa sententia sit ferenda, qui omnibus actis & actitatis perspectis Consilium suum scriptim eis tradit, quod vulgo (*hooft-leeringhe*) nominatur, ut de Lovaniensium consuetudine apparet *cap. 1. art. 11. Thenens. cap. 1. art. 16. Antverp. tit. 71. art. 12. Grav. tit. 4. art. 6. & 7. Mechl. tit. 1. art. 37.* neque licitum est dictis inferioribus Scabinis consilium illud immutare, sed ut sententiam pronunciare tenentur, id quod citati articuli edocent. (2) Quod & locum habet respectu illustrissimi Brabantia Cancellarii cui partium alterutra libellum supplicem offert, ut in causa indecisa coram ruralibus Scabinis pendente consultores seu *advisores* tres vel plures decernat, ex quorum Consilio dictis Scabinis sententia est pronuncianda. (3) Pro cuius

ius articuli, qui quotidianus est & in praxi frequens, resolutione considerandum est quod multoties sententia impugnetur, ex eo quod non fuit petitum aut requisitum Consilium sapientis, quandoque si fuit petitum quod non fuit expectatum aliquamdiu, & si expectatum fuerit quod sententia juxta illius tenorem dicta non fuerit, quibus casibus sese offerentibus, consule Sebast. Vantium tract. de nullitate sentent. rubr. de nullit. ex defect. jurisdict. ordin. num. 146. & seqq.

Articulus XLVIII.

QUæ causæ omnes coram predicto Magistratu ventilantur & oretenus discutuntur (secundum constitutionem desuper factam anno 1573. 13. Aprilis ante Passcha & alias eam subsequens) sententiaque desuper decreta absque præmonitione Ammanni ejusve locum Tenentis pronunciantur, causas Criminales, litterasque Scabinales sententiandas excipe, quæ præmonitionem Ammanni ejusve locum Tenentis requirunt.

S U M M A R I A.

1. Judicium aliud ordinarium, aliud summarium.
2. Summarium judicium quando obtineat.
3. 8. In judicio summario quænam observanda.
4. 5. An in summaris judiciis sit offerendus libellus.
6. In notoriis proceditur summarie.
7. Item in causis pauperum.
9. Ammannus Principem representat.
10. Nullam habet jurisdictionem in sententiando.
11. Sed tantum admonet Scabinos ut sententiam ferant.
12. Quid sit admonitio Ammanni, vulgo manisse.

(1) **O**RETENUS) Judicium aliud ordinarium, aliud summarium indigitatur à Marant. *in specul. part. 4. dist. 9.* summarium illud appellare solemus, in quo proceditur de plano, sine strepitu & figura judicii, levato ut loquuntur velo, aut sola facti veritate inspecta: ita ut in flagranti possit dijudicari, in eoque differt à processu ordinario & scriptim ventilante. Ragueau *en son Indice des droits Royaux verb. appellation verbale.* Quæ differentia etiam invenitur *art. 610. ordinat. Cur. Brabant.* nam quædam sunt in quibus plenaria, quædam vero in quibus summaria requiritur cognitio: de quibus *in clement. dispendiosam de judic. & in clement. sepe de verb. signif. Berber. prax. aur. part. 4. rub. 2. num. 146. & 147.* (2) ut si in jure consistat causæ deductio, neque altioris sit indaginis, argumenta viva voce judici exponantur. *Leeuwen cens. for. part. 2. lib. 1. cap. 28. num. 1.* alium casum in quo proceditur summarie habes *in l. de submersis Cod. de naufrag. lib. 11.* in iis-que judiciis non exigitur formalis litiscontestatio, quia sufficit quæcumque judicialis contradictio ut *in c. quoniam frequenter ut lit. non contest. & per lec. & not. per DD. in l. si fundus §. in vendicatione ff. de pignor. & in l. instrumenta. Cod. de probat. & in l. sancimus. §. cum autem Cod. ad Trebell.* (3) at quamvis summarie procedatur, nihilominus & judicii requisita observari debent, quæ vel ex jure naturali vel gentium descendunt, sicque etiam in summario judicio citatio *arg. clement. Pastoralis de re judic. probationes item necessariæ omitti non possunt, c. novit. & de judic.* (4) an autem in causis istis summaris debeat dari libellus, tangitur *in d. clement. sepe. & in l. 4. §. hoc autem judicium ff. de damn. infec. & in extravaganti ad reprimendam in verb. summarie & Bald. in authent. offe-*

vatur. *Cod. de litiscont. & in Speculat. de libel. concept. §. nunc dicendum.* Ant. de Butr. in *cap. 1. de libel. oblat.* ubi negat: addens quærelam habere vim petitionis & libelli, cum requiritur celeritas expeditionis. (5) In quo tamen alii distinguunt, requirentes libellum in summa vel re alicujus momenti, non vero in re nullius aut minimæ considerationis, ut in *authent. ut Judices sine quoquo suffragio §. necessitatem, in authent. nisi breviores Cod. de sentent. ex brev. rec. & in authent. de man. princ. §. fit tibi.* Matthæ. de Afflict. ad *consit. Neapol. lib. 1. rub. 76. num. 1. & 2.* (6) item in notoriis *c. ad nostram 3. & de jure jur. c. manifesta & duob. seqq. 2. quest. 1. vide c. vestra & c. tua & de cohab. cleric. & mul. adde Gail. lib. 2. de Pace publ. cap. 3. num. 23.* ubi plura de notoriis. (7) Item in causis pauperum & minoris præjudiciæ *text. in c. nihil & de præscript.*

(8) Per summarium tamen hunc processum solemnis judiciorum observatio multis vigiliis excogitata & inventa, non evertitur. *l. si quando. in princ. Cod. de inoff. testam. Can. Ecclesia vestra 2. & de elect. Can. causam quæ ubi gl. verb. inferenda. & de rescript. tollunt autem hujusmodi verba omnes solemnitates juris positivi.* Marant. *part. 4. distinct. 9. à num. 87.* vide *Asin. in praxi judic. §. 3. cap. 32.*

(9) ABSQUE PRÆMONITIONE AMMANNI)
 Ammannus Principem repræsentat, & in omnibus quæ ad Principis Majestatem pertinent suam auctoritatem interponit, ac proinde illum *supra art. 1. verbo Ammannus præfectum Urbi nominavimus*, quia ei jus est ex privilegio principali apprehendendi & in vincula conjiciendi omnes facinorosos facinorisve suspectos, eosque accusandi, poenasque ex damnatis sumendi, exceptis iis qui Officiales sunt Principis, ejus-

que servitii causa deliquerunt. (10) Attamen apud nos, quemadmodum apud Mechlinienses Scultetus nullam habet Jurisdictionem in absolvendo, condemnando, seu cognoscendo de meritis alicujus causæ, aut dijudicatione delicti, sed tantum Judices admonet, ut sententiam dicant, (11) quod vulgo (*manen*) dicitur, Gallis *semoncer*, *semondre*, *conjurer*, Latinis *monere*, *commonere*, *conjurare*, *præjurare*, *interpellare*, *requirere*, quæ conjuratio obtinet & de consuetudine Lovaniensi *cap. 1. art. 8. Antwerp. tit. 3. art. 3.* in tantum, ut nisi hæc persona adsit quæ Judicem ad jus dicendum moneat, nec pares Curiæ, vulgariter homines feudales, nec ipsi Scabini, vellent aut possent jus facere aut dicere *Damhouder. prax. Civil. cap. 1. 2. & cap. 10. num. 3.*

(12) Hac itaque interpellatione Ammannus nomine Principis admonet Scabinos ut justitiam administrent, quam ex dictamine conscientiæ & causæ dispositione convenire fuerint arbitrati, qua de re plerumque fit mentio in sententiis hac clausula: (*dat de Schepenen ter beboorelycke manisse recht doende, verclaeren &c.*) id est: quod Scabini ad debitam iuterpellationem Justitiam administrantes, declarent &c. de hac ulterius vide *Cuypers tract. van Grondt-proced. quest. 29. & 30. per tot.*

Articulus XLIX.

Item ab hinc aliquot annis emanavit certa constitutio seu forma *Processus Verbalis ad accelerandam Justitiam & tollendas difficultates Collegii Scabinorum*, quoad debita privilegiata, ut sunt pretium locationis, conductionis, oris expensæ, liquida obligationes, ratio-

cinia & similia, que una aut altera comparitione summarie discutuntur, isque processus fit coram primo Consule, assistentibus duobus Scabinis, Consulente & Secretario seu Graphiario uno, idque tertio in hebdomada: ubi partes tenentur personaliter comparere, causamque suam verbotenus & summarie tractare, absque assistentia Advocati aut Procuratoris, que casu difficultatis ad Rotam seu Cameram Consilii remittitur partesque gravate possunt desuper in Collegio Magistratus intra limitatum tempus revisionem intentare.

AD ACCELERANDAM JUSTITIAM) Vide Damhouder. in prax. Civil. cap. 114. & annotat. D. Thulden.

DEBITA PRIVILEGIATA) Vide præced. art. de process. summar. & inf. art. 50.

SUMMARIE) Summarie in judiciis proceditur, quando non per omnia membra proceditur, sed quando Princeps ex causa suis diplomatibus aut rescripto ordinat, aut mandat judici, ut ita procedatur brevitatis causa, sic DD. in clement. sæpe de verbor. signif. quandoque autem & in quibus summarie ille processus interveniat vide late apud Damhouder. prax. Civil. cap. 22. & alios Authores ibid. à D. Thuldano citatos. & quæ præcedenti art. num. 2. adduximus.

PERSONALITER COMPARERE) Quod si agere vel defendere personaliter non possint, licebit procuratorem constituere l. 1. ff. §. de divers. & temp. præscript. aut si personæ sint illustres. l. 25. cum authent. seq. & ibi DD. Cod. de procur. major enim videtur status ipsius excellentia quam ut in propria persona

litigare possit vel debeat. Quæ personæ autem non debeant ratione dignitatis personaliter in iudicio comparere, vide in *l. quicumque Cod. de procurator.* & ibi Cyn. Accurs. post Jason. ad *l. 1. in princ. Cod. de offic. ejus Duaren. 2. disp. 1. Cujac. ad l. 1. Cod. de dignit. Menoch. cas. 68. Tiraq. de nobilit. cap. 2. num. 13. Masuer. pract. Civil. tit. de contumac. num. 12.*

ABSQUE ASSISTENTIA ADVOCATI) Præscribit hic articulus partes debere comparere absque assistentia cujusdam tertii, ubi aliquando imbecillis contra potentiolem agens se defendere non posset, & nonnulli coram iudice comparentes ob novitatem facti præ stupore obmutescerent, adeoque terrentur ad nomen iudicis ut sibi compotes non essent. Et idcirco Advocatum non habentibus à iudice dari oportere docet Langlæjus in *semestrib. lib. 1. cap. 1.* unde & Romano jure prætor surdis & mutis cæterisque qui vel propter ætatem, vel aliam ob causam, in totum apud se postulare prohibentur, Advocatum si non habuerint, se daturum pollicetur. Nec solum his personis inquit Ulpianus, hanc humanitatem solet prætor exhibere, verum etiam si quis alius sit qui certis ex causis, vel ambitione adversarii vel metu patronum non invenerit. *l. 1. §. ait prætor ff. de postul.* & Advocatos petentibus debere tam præsidem quam proconsulem indulgere, plerumque fæminis vel pupillis, vel alias debilibus, aut qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat, vel si nemo sit qui petat, ultro eis dare debere. Idem statuitur *l. 7. Cod. de postul.*

INTRA LIMITATUM TEMPUS) Hoc est intra 24. horas, alias opus est restitutione in integrum à Consilio Brabantiaë obtinenda ut possit revideri.

Articulus L.

Coram predicto Magistratu seu Consule & Commissariis legalibus possunt & in jus vocari omnes incole, licet cives non sint, cujuscumque qualitatis, sive privilegiati sint sive non, idque pro pretio conductionis, Migratione, Mercede servorum, & oris expensis; ita ut, licet privilegiati, judicium hoc nequeant declinare, aut se eodem eximere, pretextendo qualitatem aut aliud simile.

PRIVILEGIATI SIVE NON) Vide preced. art. & Hubert. de Bonacurso in praxi sua rub. 2. num. 219.

IDQUE PRO PRETIO CONDUCTIONIS)
Vide preced. art. 49.

Articulus LI.

ET quantum spectat ad questiones que concernunt Judices Pannarios, & res ab eis dependentes, ut Lanai & Linei Panni, eorumque opifices, ut Pannorum Textores, Fullones, Tonsores, alique talibus sese immiscentes, Tapetes, Pictura Patronorum, Culcita, omnesque manufactura de Lineo filo fabricate, ea omnes coram Decanis & Judicibus Pannariis in prima instantia disceptantur, idque tam respectu incolarum quam absentium per universam terram Brabantie, dummodo illic per litteras citatorias in jus vocati fuerint: habent & vi sententiarum.

suarum jus immittendi in fundum, tam in Urbe quam in Territorio ejus situm, eumque dividendi & alios inheredandi, qua de re Decani prestationem vovent autoritate Principis, & ulterius se conformant in rebus Pannariis ordinationi suae.

JUS IMMITTENDI) *Vide art. 43. num. 12.*
 — INHEREDANDI) *Vide art. 44. num. 1.*

Articulus LII.

Quemadmodum & praedicti Pacificatores cognoscunt & judicant de offensis in quibus effusio sanguinis intervenit, & aliis; secundum ordinationes & jura Pacificatorum, à Magistratu Urbis olim exstructa.

OFFENSÆ) Offensas hic etiam pro injuriis sumi insinuat Articulus in verbo *alias*, hoc est Pacificatores etiam esse Judices competentes tam in materia injuriarum & contusionum quam vulnerum ubi sanguinis effusio intervenit, de quibus Knobart ad Jus Civ. Gandens. Rub. 1. art. 9. observ. 4. & rubr. 3. art. 5. obs. 4. & rubr. 3. art. 16. obs. 4. qui materiam Pacificationis fere ex usu esse tradit d. rubr. 3. art. 13. obs. unic.

Articulus LIII.

ET praedicti supremi Pupillorum Tutores cognoscant ac judicant de causis spectantibus ad Pupillos & Innocentes, nec non de eorum persona, & bonis administrandis, & quod hinc dependet, secundum Statuta & instructionem desuper facta.

Articulus LIV.

Coram his tribus subselliis dissertando etiam observatur predicta ordinatio super processibus emanata 13. Aprilis 1573. & alie eam insecuta: deque sententiis ab illis latis, casu gravaminis ad Magistratum appellatur, & appellatio intentata in Rota tractatur, ubi partes seposita omni spe declinationis forum sortiri tenentur.

Articulus LV.

Predictas omnes causas cuilibet (nisi coram Consule & Commissariis legalibus) licet dirigere, modo Procuratore, debite à Magistratu admissio, fuerit munitus, tam in eorum Camera Consilii, quam Rota, aut coram dictis Judicibus subalternis.

PRÆDICTAS CAUSAS) Id est Pupillares, offensionales, aliasque præcedentibus tribus articulis enarratas quilibet coram Judicibus inferioris subsellii potest disceptare, coram Consule vero & Commissariis è Magistratu nemo potest comparere, nisi Procuratore munitus, eoque à Magistratu admissio, ad exclusionem procuratorum in supremo Brabantiae Concilio admissorum.





TITULUS TERTIUS
De Tribunali seu Vierschario.

Articulus LVI.

Predicti septem Scabini antiquitus soli ad interpellationem Ammanni ejusve locum Tenentis, causas ad Tribunal spectantes dijudicare & terminare solebant: idque tam in Criminalibus quam Civilibus judiciis; quod immutatum est per Statutum 4. Octobris 1483. quo ordinatum est, ut cause Civiles, ibidem latius expresse tractentur ac decendantur à Scabinis & Consiliariis Urbis in eorum Camera Consilii; quod hucusque observatum est.

TRIBUNAL) (*Vierschaere*) tam Romanorum quam Gallorum aliarumque Nationum judiciis ignota vox est, illudque iudicium quatuor requirit personas, actorem, reum, iudicem, & monitorem de quo ante art. 48. num. 9. ubi jure Romano tres tantum personæ requiruntur, Judex, actor, reus. *c. forus §. in omni. de verb. signif. l. inter litigantes. l. Julianus. ff. de judiciis*, in Vierschariis autem quartam addendam docet Damhouder. *prax. Civil. cap. 1. num. 2. & cap. 10.* & inde veluti Quatriturbas vocari Tribunalia. Marchant. *in comment. Flandr. lib. 1. cap. de Bailliu. post princ. ubi itidem in initio de Etymo Baillivi & Sculteti, & paulo post de Ammanno. de Senescalli itidem Etymo Forcat. in neciom. dialog. 61. num. 1. & seqq.*

A D D I T I O.

Vide art. 12. status anni 1545. by den welcken het bouden van Vierschaere bevolen wordt alle Weken des Woonfdaeghs, & fi cadat in Festum, die fequenti. Siet oock den 15. art. van den staet, de anno 1619.

Articulus LVII.

CAUSE Criminales etiam discutiuntur in Camera Consilii, nec non, quamvis raro, in predicto Tribunali, idque quoties Captivus seu Accusatus, ante litiscontestationem jus Tribunalis requirit, & ubi Consules, Scabini, ac Consulentes rem ad hoc dispositam judicant: qua in causa proceditur de triduo in triduum, & quando causa in eodem Tribunali disceptatur, testes sunt publici & producendi in presentia partis, quæ eis proponit interrogatoria qualia cause sue convenire judicat.

ANTE LITISCONTESTATIONEM) In quo consistat litiscontestatio tradit Bugnion. de legib. Abrog. lib. 2. sect. 185. & lib. 3. sintagm. 121. ad quem D. Christyn. Jure Civili inquit res in judicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit. l. 1. Cod. de litiscontest. aliud tamen obtinet jure Canonum, modo tamen in citatione talia sunt expressa per quæ reus plene possit instrui de quibus in judicio conveniatur. cap. fin. is ut lite pender. nih.

innov. Joannes Fab. *ad d. l. 1. Mornac. ad l. 7. de judiciis.* inde autem litiscontestatio dicitur quod utraque pars, ordinato iudicio, dicere *soleret testes estote*, ut auctor est Sext. Pompejus Festus. Litis itaque contestatio est assertio vel petitio proponentis cum responsione rei, coram iudice, voce vel scripto facta ut colligitur ex *d. l. 1. Vide Gail. 1. observ. 73. 74. Minsing. 4. observ. 49. Franc. Vivium dec. 310.* in Gallia lis contestata dicitur, non tantum si petitio & responsio facta fuerit coram Iudice, sed etiam si quidpiam de illa interlocutus est Iudex, ut si quando aliquid statuit ut edant seu producant, aut si dicatur litem haberi pro contestata. Imbert. *Instit. for. lib. 3. cap. 9. Duaren. comment. ad tit. de probat. cap. 4. circa finem. Petr. Gregor. Tholos. syntag. jur. lib. 48. cap. 6. num. 2.*


Post litem itaque contestatam jus Tribunalis amplius requirere reo liberum non est, nec si expensas instantiæ obtulerit, in quo processus Criminalis differt à Civili, ubi liti & actioni renunciari potest ab actore in quavis iudicii parte. *l. postquam liti 4. Cod. de pactis l. 19. ff. de judiciis. D. Stockmans decis. Brab. 129.*

DE TRIDUO (IN TRIDUUM) Res Criminales tam in consistorio Scabinali quam coram Tribunali de triduo in triduum procedere satius est quam Captivos diuturna detentione emacerare, ne bis crimen suum quasi luere videantur.

INTERROGATORIA) Sunt autem interrogatoria quæstiones, partim super ipsa testium persona, partim super ipsa lite, veritatis eliciendæ causa propositæ. Eaque his verbis describit à *Leeuwen cens. for. part. 2. lib. 2. tit. 28. num. 17.* Commissario, die Serviente, ab eo qui testes examinare velit, exhibetur scedula, continens nomina testium, & articulos super quibus examinari velit, quæ *interrogatorie vocari*

solent. Et juri incognita fuisse notat Farinac. cap. presertim. § de test. sed hodie adeo in usu sunt, ut testium examinatio plane non valeat, quando super interrogatoriis non examinentur. Farin. quæst. 73. num. 3. & seqq. Menoch. conf. 711. num. 26. & DD. comm. neque testes tunc quidquam probent. Si enim depositio absque elogio facta non valet, necessario sequitur, interrogatoriis intermissis, illam non valere, utpote sine quibus dictis testium elogium accedere non potest, certe non solet. Proinde si volumus ut testes producti probent, necessum est eos repeti & simul super interrogatoriis examinari. Farin. d. quæst. 73. num. 6. & seqq.

An autem copia interrogatoriorum parti exhibenda sit, controversum est. Quod negat Schurf. 2. conf. 86. num. 1. ubi ita Doctores communiter tenere ait, ne testes instruantur ad veritatem invertendam. Marant. de interrogatoriis. num. ult. Damhouder. in praxi Civ. cap. 168. num. ult. Rosbach. in process. tit. 55. num. 10. quamvis dissentiat Innocent. ad cap. per tuas. 48. num. 2. § de test. Speculat. de testib. §. 6. num. 3. quorum opinio admitti potest si pars in copiam illius communicationem consentiat. Pacian. 1. de probat. 65. num. 116. ad hanc quæstionem vide Joan. Bapt. Asinium in praxi judicior. §. 24. cap. 7. ubi illam ample tractat, aliasque conciliationes adducit. Quomodo autem interrogatoria testium fieri debeant tractat Berberius in aurea practica. part. 4. de probationib. rubr. 3. num. 6. & seqq.






TITULUS QUARTUS

De Captivis.

Articulus LVIII.

 *Redictus Ammannus, ejusve locum Tenens, solent Captivos suos accusare coram Consulibus, Scabinis, & Consulentibus in sua Camera Consilii, vel in predicto Tribunali, ubi tractantur usque ad sententiam inclusive, ut supra.*

SUMMARI A.

1. Captivus quis dicatur.
2. Reus non potest condemnari, nisi coram pleno consistorio.

(1) CAPTIVOS) Carceratus, seu Captivus non solum existimatur is, qui loco arcto detinetur, sed & qui custodem habet, neque quo vult, abire potest, etiamsi relaxatus sic ut contrahat. *l. qui neque 48. ff. de verbor. signif.* & ibi Jacob. de Aretio, Bartol. Fulgos. Cujac. & Angelus *in l. qui carcerem 22. ff. de eo quod met. cau.* Franc. Kinschot. *respons. 16. num. 14.*

(2) CONSULIBUS, SCABINIS, &c.) Non posse accusatum condemnari nisi præsente Consule, Scabinis & Consulentibus in tantum obtinet, ut Annæus Robertus *lib. I. rer. judicat. cap. 4.* dicat si minor quam septem Judices su-

per sententia condemnatoria steterint, nulla sit, & executio sisti & inhiberi debeat; idque arresto confirmatum 26. Septemb. 1592. affirmet. Cui convenit antiqua illa lex de qua apud Gell. lib. 9. cap. 15. qua dicitur: *de reo septem Judices cognoscant, eaque sententia sit rata, quam plures ex eo numero dixerunt.*

Articulus LIX.

Ammannus ejusve locum Tenens, tenentur Captivos accusare intra triduum post apprehensionem, nisi Scabini, ob legitimas rationes dictum Ammannum ejusve locum Tenentem, si ad hoc requirantur, integros relinquunt.

S U M M A R I A.

1. Carceres odiosi.
2. Carcer diuturnus equiparatur pœnæ capitali & morti.
3. Captivi intra triduum accusandi.
4. Carceres in custodiam non in pœnam inventi sunt.
5. Incarceratorum cause sunt summarie in Brabantia.
6. Quenam excusationes sint legitime differendæ accusationem Captivorum.

(1) **S**Umme odio ab omni tempore carcer est habitus, & in l. si hominem 7. in pr. juncta gl. in verbo extensum ff. depositi. appellatur mala mansio, & dicitur Squallor l. 2. Cod. de custod. reor. species servitutis l. 1. § 2. ff. de liber. hom. exhib. Cardinal. conf. 137. in princ. inquit diuturnum carcerem æquiparari pœnæ capitali uti & Roland. conf. 57. num. 4. vol. 3.

(2) amplius carcer dicitur Quæstio seu Tortura l. item apud Labeonem 15. §. Questionis ver-

bo ff. de injur. Bald. in l. 2. num. 6. Cod. de Episc. audien. ubi quod est species tormenti. Marfil. in l. 1. num. 29. ff. de Question. quin imo carcer perpetuus æquiparatur morti. Bald. in l. 3. num. 1. ff. quod metus caus. Marfil. d. l. 1. Scaccia de Judic. lib. 1. cap. 86. num. 7. vers. Et maxime attende c. qualiter Et quando de accusat. Panorm. in cap. tuæ discretionis de pœnis, quæ cum ita sint, (3) permissum non est Ammanno captivos dudum illic detinere inaccusatos, cum secundum præcedentia, quasi forent condemnati ante accusationem factam seu conclusionem sumptam; sed infra triduum post apprehensionem contra captivum concludere tenetur. (4) Quandoquidem custodiæ istæ Civili jure conservandis, neutiquam vero puniendis corporibus inventæ sive exstructæ sunt. l. 1. Et fin. Cod. de custod. reor. l. aut damnum §. solent. ff. de pœnis l. incredibile Cod. de pœnis. l. verum est ff. de verbor. signif. & carceratorum causa est summaria, (5) sicut causa miserabilium personarum D. Cynus in l. fin. Cod. si quis alteri vel sibi & ita per universam Brabantiam observatur ut constat ex Consuet. Lovan. tit. 1. art. 27. Thenens. tit. 3. art. 1. Hanut. tit. 1. art. 18. Furensi art. 6. Antverp. tit. 15. art. 8. Lyran. tit. 2. art. 50. Santhov. art. 33. Herental. tit. 19. art. 3. Ghelensi tit. 20. art. 2. Bergozom. tit. 6. art. 3. Sylvæ Duc. tit. 2. art. 15. Ultraject. tit. 22. art. 1. Deurnens. art. 9. Limburg. art. 138. Mechlin. tit. 1. art. 5. summa etiam diligentia in processu Criminali requiritur in Concilio Brabantiæ ordinat. cons. Brab. art. 120. Et cap. 14. de processib. Crimin. & Edict. Perpet. art. 40.

(6) EXCUSATIONES LEGITIMAS) Puta si valetudinarius sit incarceratus, quod tamen non de omni morbo admittitur, quoniam multi comparere

comparere jussi callidè morbum simulant, præfertim si Criminale sit judicium: sed observandæ ea quæ docte tradit Paul. Sacchias *quæstion. medicolegalium lib. 3. tit. 2.* ubi tractat de morborum simulatione.

Vel si incarceratus sit tantæ dignitatis, ut majori reverentia opus sit.

Vel ex parte Ammanni, si rebus urgentioribus sit implicatus in utilitatem publicam, vel si tempus non sufficiat colligendi informationes aut alia ejusce naturæ.

Articulus LX.

Postquam Captivus Accusatus, ac in defensionibus suis admissus est, & Magistratus judicaverit eum nec Corporis, nec Membri reum, poterit ordinare ut Captivus solvatur sub cautione de satisfaciendo requisitioni Ammanni ejusve locum Tenentis, vel de solvendo illud in quod fuerit condemnatus.

S U M M A R I A.

1. Defensio omni jure licita est.
2. Defensio non potest negari reo.
3. In Criminalibus reo datur Advocatus.
4. Non potest fieri præceptum ne reus defendatur.
5. Nec per Principem.
6. Nec per Statutum.
7. Reus non tenetur edere instrumenta contra se.
8. Captivi in Civilibus relaxantur sub cautione.
9. Qualis cautio requiratur.

(I) **I**N DEFENSIONIBUS) Cum defensio sit omni jure permessa, civili, naturali, gentium & divino, Farin. *quæst. 125. num. 10.*

& II. (2) illam reo negare nemo potest,

eujuscumque criminis accusetur, & tanta esse læsio non audire allegationes partis, ut minor ob illas omissas possit petere restitutionem in integrum. *l. minor. viginti quinque. ff. de minorib.* Franc. Marcus *part. 2. quest. 53. num. 4.* unde dicebat Baldus, quod Judex debet audire, examinare & non fulminare. *in l. Judex. 5. Cod. commination. epist. (3)* & hunc in finem à judice dari solet accusato Advocatus, quo carere est carere magna parte defensionis, per quem reus ad sententiam usque defendi debet. *Accurs. ad l. 3. Cod. de accusation. vide Carpzov. prax. Criminal. part. 3. quest. 105. num. 17. Leeuwen cens. for. part. 2. lib. 2. cap. 2. num. 4.*

(4) Neque fieri potest præceptum, ne ipse reus possit se juste defendere, & præmeditare suas defensiones, atque super eis consulere Advocatum, quia esset injustum, defensio enim tolli non potest in Criminalibus causis, (5) nec à Principe. Emanuel Soarez *in suo Thesaur. comm. opinion. verb. defensio. num. 24.* Bonacoss. *de communi in suis commun. conclus. verb. defensio in causis Crimin. (6)* nec à Statuto. Bald. *in l. ut vim. ff. de justit. & jur. Alex. cons. 105. num. 8. vol. 5. Ruin. cons. 147. num. 6. vol. 5.* præcepto autem injusto judicis nemo obedire tenetur, sed ad libitum spernere potest sine metu pœnæ. Farinac. *quest. 18. num. 45.* & late de similibus præceptis agens Bajard. *ad Clarum quest. 31. num. 14. & seqq. Purpur. cons. 128. num. 19.* (7) nec in causis Criminalibus quis tenetur edere instrumenta. Boss. *de Fisc. & Priv. ejus. num. 11. Christin. vol. 5. dec. 7. num. 9.*

(8) SUB CAUTIONE) Conformis est hic articulus consuetudinis, articulo 52. inaugurationis Philippi IV. Hispaniarum Regis & Brabantiae Ducis, de 1. April. 1623. quæ exstat Edictor. Brab. *vol. 4. lib. 4. tit. 1. cap. 15.*

ubi statuitur captivos elargiendos in Civilibus causis, mediante cautione de iudicio fisci & iudicatum solvi, modo & loco præscriptis: nisi pro re iudicata, debito, aut nummis Principis incarcerati sint.

(9) An autem, casu quo relaxandus non inveniatur fideiussorem, cautio juratoria sufficiat vide Hippol. de Marsil. *in repet. rub. de fideiuss.* quest. 210. Christin. *ad tit. 1. art. 5. num. 8. & 9. consuet. Mechlin.* ubi dicit non videri: quia consuetudo illic requirit cautionem sufficientem, quæ excludit juratoriam, & in iure accipitur pro ea quæ fit fideiussoribus sufficientibus, vel pignoribus. Gail. 1. *obs. 26. num. 6. & lib. 2. obs. 47. num. 4. & tractat. de arrest. imper. cap. 3. num. 4.* Rebuff. *ad ordinat. Reg. tom. 1. tract. de sent. execut. art. 1. gl. 16. num. 12.*

Articulus LXI.

Item omnes Vagabundi ac Delinquentes in ius ducuntur mediante sola confessione quantum coram Ammanno ejusve locum tenente, & Scriba jurato, Officii in carcere, pede ligato, præstant: sique ibidem Confessionem suam judicialiter agnoscunt, à Magistratu condemnantur, quemadmodum ex rei dispositione convenire iudicabit: si vero Confessionem revocent, & jus Tribunalis nec non assistentiam Advocati & Procuratoris requirant, id eis conceditur, si Magistratui necessarium videatur.

VAGABUNDI) Vagabundus est qui per mundum vagatur, nec habet alicubi certum domicilium in quo habitet. Gloss. *in l. ejus qui manumissit. §. fin. ff. ad municip.* & Bartol.

in l. dies cautioni §. prætor ait. de damno infecti.
 Hippol. de Marfil. cons. 86. Damhouder. præ.
 Crim. cap. 33. §. 15. Gail. 1. obs. 1. num. 34.
 Mascard. de probat. conclus. 1396. Guid. Pap.
 dec. 202. licet domicilium originis habeat.
 Gail. d. obs. 1. num. 33. ubi autem talis
 conveniri possit dissentiunt Authores: quidam
 remittendum sentiunt ad locum ubi delictum
 commisit. Panorm. in cap. ult. de foro compet. Co-
 varruv. præct. quest. cap. 11. num. 7. Berlich. part.
 2. dec. 162. num. 10. alii eum posse puniri
 de delicto in quolibet loco ubi invenitur,
 & Edictaliter citari posse. Carpsov. de process.
 t. 3. a. 1. num. 63. & seqq. & l. 2. resp.
 25. num. 7. & seqq. Clarus in præct. Crimin.
 quest. 3. vers. ceterum. Christin. ad consuetud.
 Meoblin. tit. 6. art. 11. num. 2. quod &
 variis Edictis Principum nostrorum confirma-
 tum est: quæ recensentur ab Anselmo in Cod.
 Belgic. verbo Vagabunden. uti & in Gallia ex ordi-
 natione Caroli Octavi de anno 1493. art. 55.
 & Francisci I. de anno 1540. adde Mornac.
 ad l. quis sit. 17. §. erroneam. ff. de Ædilit. edict.
 Fachin. controv. lib. 9. cap. 24.

PEDE LIGATO) Modus ille respondendi
 pede ligato obtinet & in magno Consilio, post
 petitionem exhibitam, atque post delictorum
 rei informationem inspectam, quo receptum est,
 citatum illico per arrestum personaliter sistere
 judici, ipsumque urgere ad respondendum
 articulis per procuratorem exhibitis, pede
 ligato; hoc est, uti captivum, ubi si in
 respondendo nihil fateatur, nihilque affirmet
 sibi contrarium, causæve suæ damnosum, neque
 item admodum gravetur ipsa informatione præ-
 via, recipitur tum ad processum ordinarium
 in quo admittitur occupaturus per procuratorem,
 & ut defensiones suas peragat scripto: deinde ut

informatio recognoscatur, & accuratius habeatur ad onus ipsius citati. Tandem concludunt per omnia ordinarie procedendum esse in causa siue processu uti æquum est ac oportet: verum si idem citatus interrogatus pede ligato coeperit quidpiam confiteri sibi damnosum ac onerosum, aut si inter respondendum, variet dubiisve sententiis fluctuet aut hæsitet præbens hac similive occasione sese suspectum undeque evidentia iudiciorum aut suspicionum adversus ipsum nascantur argumenta, decernit tum curia eundem citatum debere recipi in carceris custodiam ut ibi processus ipsius agatur & tractetur.

MEDIANTE SOLA CONFESIONE) Si reus interrogatus, universum crimen libens, aperte & non coacte fatetur, ab omni ulteriori quæstione & disceptatione prorsus superfedendum erit, nam in causis per se libenter aperte planeque universim confessis sola opus est iudicis condemnatione & sententia. Hinc vulgo dicimus, quod in confessum nullæ partes iudicis sint, nisi in condemnando. *l. proinde ff. ad leg. Aquil. l. fin. ff. de custod. reor. l. cum reus. Cod. de pœnis. Bald. in tractat. de quæst. & torment. cap. 2. § num. 2. Angel. Aret. in tract. maleficior. in gl. in verb. fama publica præcedente Bartol. in l. 1. §. divus in pr. ff. de quæst.*

Hodie quippe nemo potest capitaliter puniri nisi confessus sit delictum, & sic ipsi adimatur via appellationis: confessus enim non appellat *l. 2. Cod. quor. appel. non recip. Neostad. dec. 147. Zypæ. de appel. vers. in Crimen. à Leeuwen censur. for. part. 1. cap. 16. num. 8. Wassenaer process. cap. 27. num. 18. quod & observatur in Concilio Brabantia. ord. Brab. art. 456. & statuitur art. 27. læti introitus*

Caroli V. & Philippi II. § art. 7. Privil. Mariæ 3. Junii 1477.

An capite damnari possit captivus qui facinus inficiatur? ita si reperiatur in flagranti delicto, vel convictus sit per testes omni exceptione majores. Edict. 1570. art. 61. quod est juri scripto conforme. Faber. *Cod. lib. 9. tit. 21. def. 9. § 12.* à Sande *lib. 5. tit. 9. def. Fris. 14.* Christin. *vol. 4. dec. 109.* Neostad. *dec. 47.* alias confessio facta in tortura non præjudicat confitenti, nisi illam solutus & liber agnoscat. *Consuet. Antverp. tit. 15. art. 4.*

In Curia Brabantiaë autem si confessio haberi non possit per torturam aut aliter, procedendum est ad accusati absolutionem, reservata ipsi actione injuriarum. *art. 465. ordin. Cur. Brab.*

Articulus LXII.

URbis Cives & Incolæ incarcerati, non possunt questioni applicari, sin prævie ad hanc à Magistratu fuerint condemnati.

PRÆVIE) Neminem absque prævio decreto Scabinorum quæstioni subjiciendum Edictis Principum expresse cavetur. Uti in læto introitu Caroli V. de anno 1549. item Alberti & Isabellæ, Philippi IV. de anno 1623. *art. 55.* & ita passim in Brabantia observatur, ut constat de consuetudine Antverp. *tit. 15. art. 6.* Bergozom. *tit. 7. art. 2.* Sylvæ Duc. *tit. 2. art. 17.* Deurnensi *art. 14.* Mechlin. *tit. 1. art. 7.* Sed Ordinatio 9. Junii 1570. Torturæ usum hic non permittit, nisi ubi probatio tam clara est, ut non videatur residuum quidpiam, nisi rei confessio. Semiplenæ probationi aliquid deferri videtur, verumtamen non simpliciter illud, sed

secundum juris terminos exaudiendum existimat Zypæus *not. jur. Belg. lib. 9. tit. de questionib.* atque secundum lætos introitus Ducum Brabantiae *anni 1549. art. 51. Alberti art. 55. Philippi IV. anni 1623. art. 55.* atque hæc eo scrupulosius in Brabantia servanda sunt, quod à decreto Torturæ appellari nequeat. *Edict. 14. May 1530.* nec appellatio interponi possit, nisi informationibus accurate captis, & diligenter expensis ut habet *Edict. anni 1611. ubi art. 38. & seqq.* de processu Criminali statuitur.

Articulus LXIII.

SI Captivus aut Delinquens, per sententiam Magistratus, ad questionem fuerit condemnatus, id fieri nequit, nisi presentibus binis Scabinis ad hoc commissis, ne reus diutius questioni applicetur quam iidem Scabini jusserint.

IN PRÆSENTIA DUORUM SCABINORUM)
 Idque ne reus torqueatur quantum desideraverit accusator, sine modo & ratione. *l. questionis 7. & l. de minore. 10. §. tormenta ff. de questionibus.* sed id totum dependet à iudice, torquendi vires considerante Angel. *in tract. malefic. §. quod fa. pub. preced. versic. septimo quero cum quo moderamine num. 103.* & Jacob. *de Belvis. in tit. de q. col. 24.* ita tamen ut Iudicis discreti arbitrio hic opus sit. August. *de Arim. in addit. ad Angel. allegans Baldum in l. 1. c. de confessis in 6. col.* si enim Iudex modum excessit in torquendo, sic ut tortus defecerit in tortura, vel quia membrum perdidit, vel eo debilitatus est, tenetur Iudex actione injuriarum *l. item apud Labeonem §. questionis verbo ff. de*

injur. l. usufructuario. ff. de usufr. l. quemadmodum §. Magistratus ff. ad l. Aquiliam. si nimirum inordinate Judex processerit & terminos licitæ torturæ fuerit egressus. Bonifac. in tit. de perseverat. post torment. versic. talis constitutus. plerique enim in tormentis solent deficere l. aut damnum §. 1. ff. de pœnis.

NE REUS DIUTIUS) Unde pii & clementis Judicis fuerit hic erga patientem semper commiseratione moveri, & prudenter expendere, canitiem, senectutem, confectam ætatem aut juventutem, virile robur, valetudinem tum imbecillem tum validam, denique inspicere quid ipsius valeant vires, ut hac in re verum prudentemque Judicem agat, non tyrannum: ita ut sensim & gradatim & leniter pœnam irroget, mox fortius torqueat, deinde iterum plectat pressius, atque iterum durius, mox cruciatum intendat, pœnamque omnem infligat pro qualitate & quantitate criminis & delicti, proque Judiciis, argumentis, præsumptionibus ac suspicionibus, quas de patrato crimine novit, denique pro constantia aut vacillatione sui responsi. Damhouder. *prax. Crim. cap. 37. num. 2.* quænam autem debeant esse judicia ad torturam, vide apud Wassenæ *cap. 27. num. 17. Consuetud. Antwerp. tit. 14. art. 3.*

Articulus LXIV.

N*Ec Ammanno, nec ejus locum Tenenti, nec juratis Ministris licitum est Cives residentes in Criminalibus apprehendere sine debita informatione, nec in Civilibus, nisi casu fuga, latitationis, vel defectu designationis Bonorum.*

S U M M A R I A.

1. Arrestorum finis præcipuus est fundare Jurisdictionem.
2. Ratio cur Civis alium Civem non possit arrestare.
3. Exceptiones.
4. Debitorem fugientem, etiam Civem, non impetrata Judicis auctoritate apprehendere licet.
5. Latitatio quid sit.
6. Latitantibus annumerantur illi qui non nisi de nocte exeunt.

(1) CIVES RESIDENTES) Arresto fundatur Jurisdictio Groeneweg. ad l. unic. Cod. ubi de hered. Mornac. in l. unic. Cod. ubi fideicom. Christin. vol. 2. dec. 165. num. 2. Wassenaer in praxi cap. I. §. 5. cum vero respectu Civium residentium nova jurisdictionis fundatio non requiratur, quæ tamen arrestorum finis præcipuus est, consequens est Civem non posse alterum sistere. (2) Ratio autem hujus consuetudinis est generalis ad vitandum sumptus & expensas quæ fieri possent ad prosequendum debitorem, alibi commorantem, nempe quod aliquando plus in persecutionem solutionis debiti expenderetur quam valeret: contra l. mediterraneæ Cod. de annon. & trib. lib. 10. & difficultas longinquum adeundi Judicem de summa modica, quam præstaret perdere, quam prosequi, actionem subvertit. arg. l. nam is ff. de dol. gl. ad l. hæres absens §. at si quis in verbo debet ff. de judic. Peck. de jure sistendi cap. 2. num. 6. quod privilegium Brabantis concessum est læto introitu Caroli V. & Philippi II. art. 55. & secunda additione d. læt. introit. art. 10. (3) nisi quis in flagranti delicto reperiat, vel nisi Judices sententia decreverint ut apprehendatur, aut personaliter compareat, vel

cum accusatur ad formalem partis instantiam, ubi sic usus obtinet. *art. 39. Edict. perpet. vel nisi suspectus sit de fuga let. introit. Caroli V. art. 24. vel casu latitationis, vel defectu designationis bonorum uti permittit hic artic. 64.*

(4) CASU FUGÆ) An fugientem debitorem creditores propria autoritate, non impetrato assensu Judicis apprehendere possint variant auctores vide Costal. *ad l. 10. ff. qui satisfacere cog. Peckium de jure sistendi cap. 2. num. 1. & cap. 10. num. 1. Andr. Gail. 1. obs. 48. alii juxta l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred. fact. sint. & gl. ibid. l. generali Cod. de decurionib. Mensing. 4. obs. 69. num. 10. & lib. 2. obs. 65. sine hæsitatione id licere affirmant etiam civi respectu alterius civis casu suspicionis fugæ. Bart. & DD. *ad l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. Roman cons. 241. Alex. cons. 101. Peck. de jure sist. cap. 16. num. 1. quod mores Belgii observant: ut constat de consuetudine Lovan. cap. 3. art. 1. & 4. Antwerp. tit. 27. art. 1. 4. 32. Mechlin. tit. 3. art. 4. Bruxell. art. 86. vide Christin. *ad satir. 187. lib. 1. Bugnion. de leg. abrog.***

(5) LATITATIONIS) Ut absentia tam in bonam quam in malam partem potest accipi. Mascard. *concl. 6. vol. 1. ita quoque potest esse cum & sine culpa latitatio. Hic in malam partem sumitur: eo scilicet sensu quo dicitur esse turpis occultatio sui, fraudandi creditoris causa. l. fulcinius §. quid sit latitare. ff. ex quib. causis in possess. eatur. Rom. cons. 44. in representanti num. 17. ubi apostil. in verbo Creditoris. Signorol. *cas. 589. in hoc consului.**

(6) Latitantibus annuera qui totos dies sese domi continent, nec nisi sero vespere aut inchoata nocte vespertilionum aut noctuarum

more è nido suo avolant. Knobbart. *ad jus Civile Gand. rubr. I. art. II. obs. 15.*

AUT DEFECTU DESIGNATIONIS BONORUM)
 Id quod potissimum locum habet in bancæ
 ruptoribus. De quibus vide Knobbart *ad jus
 Civ. Gand. rub. 4. art. 13. obs. 5.*

Articulus LXV.

Quemadmodum nec eis licet in civilibus
 apprehendere extraneos in domo alicujus
 Civis, nisi presentibus duobus Scabinis. Publi-
 cas Tabernas excipe, vel inhonestas domos,
 in quibus presentia Scabinorum necessaria
 non est.

S U M M A R I A.

1. Domus cuius tutissimum refugium.
2. In domo sua civis arrestari non potest.
3. Privilegium hoc etiam competit minime domus parti.
4. Hoc privilegium competit & incolis.
5. Nisi debitum sit fiscale.
6. Popinæ sunt loca inhonesta.

(I) **E**XTRANEOS IN DOMO CIVIS) Idque
 quia domus sua non tantum sibi, sed
 & cuilibet tutissimum debet esse refugium, &
 asylum hoc commune habet cum monasteriis
 Alex. *cons. 145. lib. 7. Hospitalibus. Archid. ad
 c. diffiniunt. 14. quest. 4. Bald. in l. si quis ad
 declinandam 16. col. Cod. de Episc. & Cleric. do-
 mibus Canonicorum, intra ambitum Ecclesiæ*

sitis. Barbat. *cons.* 33. col. 2. lib. 4. & similibus, nam ut in domo propria aut aliena contradicente domino capi debitor non potest. (2) *l. nemo ex domo ff. de reg. jur.* & si captus fuerit statim relaxari debeat Roman. & Jason. *ad l. plerique. ff. de in jus voc.* ita & usus & identitas rationis probat fisci & arrestari eum ibi non posse. (3) Ideoque & in minimo vilissimoque tuguriolo & in stabulo juncto domui, & in horto ad quem ex domo aditus est, & in molendino, quantumvis debitum magnum sit, locum habet. Bald. *ad authent. ei qui Cod. de bon. author. judic. possid.* & *ad l. I. §. I. ff. naut. caup. stabular. l. hoc jure. §. stabula. ff. quibus modis pignor. tac. contrab. l. fin.* & ibi Bald. *ff. de servit. urban. præd.* & Jason. *latè ad d. l. plerique.* (4) ita ut etiam incola tam tutus sit in suis ædibus, quam civis: unde non minus illi quam huic actio injuriarum competit si domus ejus vi introita fuerit. *per. l. lex Cornelia. ff. de injuriis Knobart. ad jus Civile Gandense. rubr. 4. art. 13. observ. I. num. 5.* Ripa *ad l. quominus num. 25. ff. de flumin.* (5) Quæ tamen in debito Fiscali locum non habent Bald. *in lect. antiq.* & Jason. *num. 28. d. l. plerique.* Peckius *de jure fist. cap. 6. num. 3. & 8.*

(6) PUBLICAS POPINAS) Concilio Africano Tabernas frequentare prohibentur Monachi & Sacerdotes ut loca inhonesta nec congrua ipsorum conditioni. Quapropter *in l. quid tamen 21. §. II. ff. de receptis, qui arbitr. recep.* Popina dicitur locus inhonestus, & lupanari æquiparatur, item *in l. si quis 26. ff. de injuriis*, qui filium vel servum in popinam duxit, actione servi corrupti tenetur.

De contractibus in popinis celebratis vide Argentoræ. *ad Consuet. Brit. cap. 16. titre des appropriances de l'ancienne Coustume.*

Articulus LXVI.

Predicti cives & incole hujus Urbis apprehensi tum ob Criminales tum Civiles causas ordinarie incarcerantur in Urunta non vero in Porta Lapidea, qui carcer inservit extraneis Delinquentibus & Vagabundis.

INCARCERANTUR ORDINARIE) Conformis
Est hic articulus inaugurationi Caroli V, & Philippi II. qua Principes artic. 51. spondent se non permiffuros ut subditi Brabantini aut transmosani pro causis Civilibus alibi incarcerentur, quam in Uruntis locorum in quibus apprehendentur: loca excipe quæ Uruntis destituta sunt; è quibus tamen in causis Civilibus relaxari debent sub cautione judicio fisti & judicatum solvi. Quod & statuitur læto introit. Alberti & Isabellæ art. 52.

URUNTA) Est carcer civibus delinquentibus aut ære alieno gravatis proprius, ubi porta lapidea omnes exteros delinquentes etiam Vagabundos comprehendit.

Articulus LXVII.

CUm quis incarceratur ob Civiles causas, tenetur Commentariensis annotare nomen & agnomen incarcerati, nec non illius cujus mandato incarceratur, quam ob causam, quo die & anno inductus sit, ad hæc gravamina ipsi imposta.

S U M M A R I A.

1. In causis commentariensium rigoroſe procedendum;
2. Quales admittendi ad carcerum custodiam.
3. Commentarienses non poſſunt Tabernas fovere.
4. Debent regiftrum tenere incarcerationum.
5. Commiſſarii deputati ad renovationem Magiftratus debent curare ut carceres evacuentur.

(1) **C**OMMENTARIENSIS) Cum negligentia Judicum quandoque mali caufam præbuerit carcerum custodibus, ordinatum est *art. 80. Edicti anno 1570. 9. Julii*, ut iudices rigoroſe procederent in causis horum custodum non admittendo ipſorum excuſationes, niſi extra omnem culpam aut negligentiam reperiantur;

(2) qua propter cautum est ut nullus ad hoc officium admittatur niſi fidus & diligens audiat, & ad hoc onus qualificatus ſit, cautionemque conſtituat, jurans ſeſe obſervaturum inſtructionem deſuper erectam. Quin imo & eorum famuli Officiariis & Judicibus præſentandi ſunt, ut de eorum capacitate iudicent etiam juſjurandum præſtituri, & ut omnia incommoda melius avertantur, (3) prohibentur Tabernas erigere, aut inhoneſtas converſationes nutrire, & in diligentiaæ teſtimonium tenentur ſcriptim obſervare nomina & agnomina incarcerationum, tempus & cauſam incarcerationis, (4) item quæ attulerint, quæ extulerint in nummis, veſtibus & ſimilibus, particulari inventario complecti: uti ample tractatum eſt in ipſorum inſtructione quæ exiſtat *Edictor. Brab. vol. 2. lib. 2. tit. 3. cap. 1. de 9. Julii anni 1570.*

(5) Quæ ut melius obſervarentur *art. 32. Edicti Criminalis de eodem anno 1570* mandatur omnibus iudicibus ut antequam Magiſtratum

deserant, carceres evacuent à malefactoribus & delinquentibus quantum fieri potest: & injungatur Commissariis qui ad renovandos Magistratus deputantur, ut Catalogum exigant incarcerationum sub isto Magistratu: & cujus criminis rei arguantur, quantoque tempore illic fuerint detenti diligenter inquirant. Plura vide apud Damhouder. *prax. Crim. cap. 17.*

Articulus LXVIII.

I*Ncarceratus ob delictum vel debitum, aliis delictis ac debitis, in carcere potest aggravari.*


I*Ncarceratum aliis oneribus posse gravari quam propter quæ carcere detinetur consuetudine nostra extra dubium est, & observatio hujus articuli quandoque turbatim probata est. Sed an ille cujus diligentia est in carcerem detrusus, nullum jus præferentiæ haberet in bonis quæ sine tali apprehensione creditoribus non innotuissent, Vide Peckium.*

Articulus LXIX.

N*onnullæ causæ Criminales multantur secundum Urbis Statuta & alias Ordinationes, vel Ediçta desuper facta, & aliter secundum prædicta jura.*


V*ide quæ de Statutis Urbium dicta sunt art. 39.*




 TITULUS QUINTUS

De Arrestis.

Articulus LXX.


 Civitas Bruxellensis est civitas Arresti, in eaque & ejus Territorio licet Creditori debitorem suum, cujuscumque qualitatis, conditionis aut status sit, dummodo civis non sit, nec fixum illic domicilium foveat, per Ammannum, ejus locum tenentem aut juratos Ministros sistere, ut illum coram Magistratu Urbis in jus vocet in solutionem debitorum aut pretensionum suarum: non obstante quod Arrestatus sit exempta qualitatis vel privilegiata Jurisdictionis, vel subditus Aula, clero, aut alicui Curiae Spirituali, vel Universitati Lovaniensi, aut Vir Sancti Petri, aut Vir Messenarius, alieve similis qualitatis, ita ut predictus Arrestatus sub pretextu suae qualitatis judicium Magistratus nequeat declinare, vel se Arresto eximere, nisi sub cautione de satisfaciendo actioni Arrestantis.

SUMMARI A.

1. Brabantia est Provincia Arresti.
2. Civis non potest arrestari, nisi suspectus sit de fuga, &c.
3. Magistratus

3. Magistratus Bruxellensis non cognoscit de Militaribus per viam arresti.
4. In Hollandia Magistratus non cognoscit de Advocatis, Procuratoribus, &c.
5. Clerici possunt arrestari.
6. Arrestatus relaxari debet sub cautione.
7. Qui negat, tenetur actione injuriarum.
8. Nisi debitum sit liquidum & confessatum, quo casu non admittitur cautio.

(1) CIVITAS ARRESTI) Per Brabantiam universam arrestorum usus variis supremorum Tribunalium sententiis confirmatus est, ac turbatim observantia illius probata est. Eoque magis Bruxella Brabantiae hodie Metropolis eodem jure gaudet; in qua quilibet debitor ex qualibet justa causa arrestari potest. Masuer. *pract. tit. de execut.* Peckius *de jure sist. cap. 4.*

(2) DUMMODO CIVIS NON SIT) Hinc iterum patet quod supra *art. 64. num. 2.* dictum est, nimirum quod extraneus tantum possit arrestari, non Civis ejusdem Civitatis: nisi sit suspectus dilapidationis vel fugae. Peckius *de jure sisten. cap. 16.* Minsing. *2. obs. 65.* & ita passim sonant aliarum Civitatum Consuetudines uti & infra *Bruxell. art. 220. 222.* *Lyranae tit. 1. art. 29. item tit. 5. art. 8.* *Bergozom. tit. 3. art. 1. & 9.* *Sylvæ Duc. tit. 5. art. 1.* *Nivell. tit. 1. art. 22.* *Mechlin. tit. 3. art. 1.* ubi vide *Christin. & Choppin. de morib. Parisiens. lib. 3. cap. 3. num. 2.*

(3) EXEMPTÆ QUALITATIS) Magistratus tamen Bruxellensis non potest via arresti cognoscere de militarium personis aut bonis, quemadmodum nec de aliis ejusmodi qualitatis. *Edict. 18. Novemb. 1622. vol. 4. Edictor. Brab.*

(4) sic & in Hollandia Advocati, Procurato-

res, aliique Curiaë suppositi via arresti coram aliis iudicibus non possunt conveniri quattu Consilio, uti tradit Bort. *tract. de arrest. part. 4. num. 35.*

(5) CLERICUS) Clericos propter debita etiam arrestari posse, existimat Peckius *de iure fist. cap. 4. num. 14.* nam in his quæ pertinent ad processum etiam in foro Ecclesiastico servatur consuetudo Laicorum *c. cum venisset in verbo vellent procedere de eo qui mitt. in possess.* & cum eiusmodi statutum vel consuetudo nihil turpitudinis habeat, pertineatque ad abbreviandas lites bono publico, etiam à Clericis servari convenit. *c. constitutus de in integr. restit. gl. in l. ex ea ff. de postul.*

(6) NISI SUB CAUTIONE) Si arrestatus sponforem offerat idoneum, debitive æris expromissorem, tunc ipsius bonis injecta manus tolli debet: talia enim cautionibus explicanda innuit Ulpian. *l. si fidejussor. §. si satisfdatum l. inter omnes ff. qui satisfacere cog. l. si creditores ff. de privil. credit. vel cautionem offerat de se iudicio sistendo & iudicato solvendo Berlich. I. conclus. 74. à Sande lib. 1. tit. II. defin. Fris. 2. Wassenaer cap. 1. num. 20.* si nimirum debitor arrestatus vel rerum detentorum Dominus ab initio neget debitum, Peckius *de iur. fist. cap. 45. num. 4.* D. Præses Nicol. Everard. *conf. 102. incip. venerabilis Domine.* Felin. *ad c. legabatur de major. & obed.* Joan. de Anania *conf. 21.* Anchar. *conf. 85. incip. ex Theoricis.* Rebuff. *ad ordin. Reg. tom. 1. art. 6. gl. 3. num. 54.* facit etiam ad hoc *l. si pecuniæ ff. ut in possess. leg. l. si creditores. ff. de privil. credit.*

(7) Teneturque actione injuriarum, qui oblata & præstita idonea cautione non relaxat debitorem. Panorm. & Felin. *ad d. c. legabatur.*

(8) Cautionem vero interponere de solvendo

debito quod nunc liquidum & confessatum est, non sufficit. l. 4. §. ait prætor. ff. de re judic. l. quod si non solvere ff. de pignor. action. l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. l. promissor. §. ult. ff. de constit. pec. Bald. ad l. si rem §. omnis ff. de pign. act. & Tiraq. de utroque retractu §. 3. ad verb. à payer. g. 3. num. 14. cum seq. & ita observari in Brabantia ait Peck. d. cap. 45. n. 2. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 3. art. 6. num. 10. & passim dictant mores Brabantinorum, uti Consuetudines Antwerp. tit. 27. art. 37. item tit. 28. art. 15. Consuet. Herentall. tit. 8. art. 9. Bergozom. tit. 3. art. 24. Bladell. art. 25. Trajectinæ ad Mosam tit. 21. art. 12. &c.

A D D I T I O.

Die gene syn versien van speciale privilegie, volgens de welcke sy sustineren binnen Brussel niet arrestabel te syn, moeten 't selve op de redenen van arrest by exceptie declinatoire proponeeren voor die Wethouderen, ende aldaer vonnis verwachten, ende en vermogen niet te gaen in den Raede by weghe van cassatie: ita judicatum in causa Clementis Stoefs, incolæ de Terhulpen, contra Viduam Laurentii de Lé, Relatore Domino Blanche, vide l. 5. ff. de judiciis, Peck. de jure sistendi, cap. 14. Bort in synz Tractaet van Arresten, sevenste deel n. 14.

Articulus LXXI.

Licet & Creditori sistere mobilia Bona, Proventus, Fumenta, Fundos, Reditus, Debita, Actiones, Credita, Munimenta & Titulos Debitoris in consecutionem debiti aut pretensionum suarum.

SISTERE MOBILIA) Quamvis debitor debitoris mei à me arrestari nequeat, cum mihi nulla ex causa obligatus sit, tamen quod Titius debitori meo debet per judicem inhibere possum ne debitori meo solvatur sine mea vel judicis voluntate. De quo arresto debitorem meum certiosem facere debeo, eique diem dicere, quo si compareat, nec justam causam alleget ob quam arrestum relaxari debeat, vel si non compareat, Judex ex pecunia arrestata mihi solvendum decernet. Hanc praxim post Rebuff. & Masuerium tradit Peckius *de jure sist. cap. 4. num. II.* quam Frisiae Curia secuta est: teste à Sande *decis. Fris. lib. I. tit. 17. def. I.*

Articulus LXXII.

QUæ arresta fieri possunt & diebus feriatis, annoque durant: intra quod tempus arrestans actionem suam coram Magistratu instituere tenetur: alias post annum elapsum tale Arrestum censetur desertum.

DIEBUS DOMINICIS ET FESTIS) Debitorem in feriis arrestari posse si periculum sit in mora, moribus nostris receptum videri tradit Peckius *de jure sist. cap. 10. num. I.* qui etiam solam facilitatem conveniendi debitorem, quantumvis divitem, considerant, & in omnibus penè locis arrestationem, nulla habita feriarum ratione, permittunt. Quia feriæ possunt quidem differre solutionem, sed rem alterius auferre non debent ut eleganter annotavit Baldus in *l. si ut proponis I. Cod. quomodo & quando jud. num.*

2. per text, l. ait prætor. §. si debitorem. gl. in l. cum fundum §. emptorem. ff. de vi & vi armata. in verbo postea. juncta Apostill. Jason. in d. §. 1. num. 77. cum seqq. Alexand. & communiter DD. in l. bona. §. de illo ff. de damn. infec. gl. singularis & communiter approbata in l. fin. Cod. de feriis in verbo fidejussionis, quæ dicit debitorem de fuga suspectum capi posse etiam die feriata in honorem dei, ad illum effectum ut det fidejussorem de solvendo vel stando juri. Bart. & DD. ibi Gail. 2. obs. 44. num. 1. à Sande lib. 1. tit. 17. def. 2. Berlich. 1. prac. concl. 74. Wassenaer. prax. cap. 1. §. 20. Leeuwen. censur. for. part. 2. lib. 1. cap. 15. num. 37. cum fere semper ex necessitate & causa, nullam dilationem ferente, fiat arrestum l. 3. Cod. de feriis. Christianæ. vol. 2. dec. 158. & ad ll. Mechlin. tit. 3. art. 4. num. 3. Zypæ. not. jur. Belg. lib. 2. tit. de feriis & festis n. 7.

Articulus LXXIII.

Aresta que personis injiciuntur non debent fieri coram Civibus aut testibus: sed, cum sepe Arrestati violent arrestum in præjudicium Creditorum, Officiarius arrestandus tenetur arrestatum cogere, ut juret se non absuturum, nec discessurum invito Arrestante, vel donec pro ejus prætensionibus cautionem dederit coram Magistratu convenibilem, vel donec aliter arresto solutus fuerit. Si vero Arrestatus neglectis hisce promissionibus sese subtrahat, præter multam trium Realium ut perjurus punietur.

S U M M A R I A.

1. Violator arresti comparatur carceris effractori.
2. Pœna violati arresti de jure & moribus.
3. Officiarius recusans vel negligens arrestum facere quomodo puniendus.

(1) **A**RRESTUM VIOLENT) Carceris effractori assimilandus est is, cui arrestum factum est, seu præceptum ne domo vel Civitate exeat. Menoch. *de arbitrar. judic. casu.* 301. num. 11. is enim inquit, carceris effractor dicitur si exiverit, citans Oldrad. *conf.* 65. hic agitur de duobus 1. dubio Boer. *quest.* 215. num. 21. (2) Talisque arresti violatio pro arbitrio judicis punitur l. 1. ff. *de effract.* & expilat. vide Knobart *ad jus Civile Gandense Rubr.* 4. art. 10. *obs.* 1. Peck. *de jure sistendi cap.* 28. & 29. & *Consuet. Antverp. tit.* 20. art. 5. item *tit.* 27. art. 36. Steenberg. *tit.* 7. art. 4. Bergozom. *tit.* 9. art. 10. Traject. *ad Mos. tit.* 21. art. 5. Deurn. *art.* 459. & *process. Urb. Bruxell. art.* 5. & 7.

(3) **OFFICIARIUS TENETUR**) Si judex negligens vel corruptus & parti requirenti Justitiam non administrans, tam graviter coerceatur & puniatur uti l. 1. *Cod. de desert. l. fin. Cod. publ. letit.* habetur, traditque latè Paris. *de put. in tract. de syndic. ad verb. negligentia.* c. 1. aliisque multis locis, non mirum est tanto magis hoc genus hominum ignobile & vile puniri, qualescumque sunt apparitores: qui si quando arrestum facere nolunt, aut, ne faciant, latitant & se subducunt, poterit pars quæ aliquem arrestari postulat, in eum casum contra eos protestari: quo facto condemnabuntur eidem parti, executionem seu arrestum requi-

renti, ad expensas, damna & id quod interest, ut ait Rebuff. ad constit. Reg. tom. 1. tract. de sentent. execut. art. 8. gl. 5. & tom. 3. in tract. de citat. in præfat. num. 8. Christin. ad LL. municip. Mechlin. tit. 3. art. 3. in pr. & ita per universam Brabantiam obtinere testantur Consuetud. Lovanienses tit. 3. art. 3. Bruxell. art. 81. & in process. art. 286. 290. Antverp. tit. 27. art. 31. Lyranæ. tit. 3. art. 3. Herentall. tit. 8. art. 2. Ghelenses tit. 4. art. 5. Bergozom. tit. 3. art. 20. Sylvæ Duc. tit. 5. art. 4. Mol. art. 113. Deurnens. art. 52. & ulterius secundum dispositionem Divorum Principum Gratiani, Valentiniani & Theodosii l. 1. Cod. de sportulis. hujusmodi executores qui officium suum facere cessaverunt, vel neglexerunt, ab executione removendi, alique in eorum locum supponendi sunt, ut sciant causas à se non esse deludendas, nec lucri gratiâ aliquod eis vitium imponendum. Christin. d. tit. 3. art. 4. num. 6.

Articulus LXXIV.

Predictus Officiarius arrestum injiciens tenetur arrestato diem juridicam præfigere, in primam congregationem Magistratus; tumque Arrestans actionem suam contra Arrestatum debet instituere & concludere; ne Arrestato accordetur comparuit, & venia à Curia cum expensis, & consequenter indemnis Arresto relaxabitur, nisi ob considerationes quasdam causa differatur in proximum congressum Magistratus, vel casu quo Arrestatus Arrestanti diem proroget.

S U M M A R I A.

1. Arrestatus relaxandus est si arrestans prima die Juridica rationes arresti non proponat.
2. Arrestans intra annum tenetur actionem instituere.
3. Cur arresta sint tantum annua.
4. In Curiis supremis sunt perpetua.
5. Rationes Arresti possunt differri ob causas.

1. **P**RÆFIGERE DIEM) Multarum Civitatum Statuta etiam disponunt quod Arrestans prima die juridica quæ arrestum factum sequitur, causas arresti in judicio proponere & allegare debeat. Peckius *de jure sist. cap. 38.* quærens an si id non fecerit arrestans, videatur arrestatus ideo esse relaxatus, vel relaxandus? prima quidem facie videtur dicendum quod sic, propterea quod terminus à lege vel à statuto præfixus, in dubio censetur esse peremptorius. *l. statu liber §. styckum & ibi Bart. & alii ff. de leg. 2. & in l. ob commissa de adul. idem Bartol. in l. mancipiorum. Bald. ad l. si ea. Cod. de usur. & in sua praxi Crimin. de appell. quest. 3.* ubi tamen hoc verum non credit, nisi eadem illa die juridica arrestatus causas ejusmodi arresti proponi & allegari petierit, & in defectum allegationis earundem se ab arresto relaxari postulaverit id quod nominatim expriment statuta Oppidi Lovaniensis. *tit. de arrestamentis cap. 8.*

(2) Quare autem arrestans intra annum teneatur actionem suam proponere, est quia arrestum assimilatur pignori prætorio. Groeneweg. *Cod. lib. 8. tit. 22. Peck. cap. 35. num. 5. & cap. 40. num. 2. Molinæ ad Consuet. Paris. tit.*

2. de censive §. 74. gl. 1. in verbo arrest. num. 11.
 (3) Cui anno præscribatur. Ratio autem cur pignus prætorium anno tantum duraret, erat quia prætoris authoritas anno extinguebatur & prætores tantum erant annales. Unde & intra annum inchoandum est iudicium; at vero si arrestum anno integro fuerit otiosum, plane evanescit, peritque rei arrestatæ affectatio, atque hoc est quod ait Nicol. Burgundus ad *Consuet. Flandr. tract. 9. num. 38. in verbis*, & si repetita non fuerit denunciatio, annali spacio perimitur: non aliter quam cætera Edicta aut iussa prætoria &c.

(4) Indeque arresta in curiis subalternis fiunt sine permissione Judicis & annuo debent renovari, in suprema vero Brabantia curia requiritur permissio Judicis, nec debent renovari, sed sunt perpetua, bonum tamen est, ac certius si renoventur.

(5) NISI OB CONSIDERATIONES) Judex ex justa & legitima causa terminum istum prorogare potest, veluti si Arrestans in morbum inciderit: si à Principe vocatus fuerit, nec procuratorem mittere possit, aut si Judex ipse absuturus sit, vel alius casus inciderit; quia cum non stat per arrestantem quo minus causas arresti proposuerit, hoc ei imputari non debet. *c. imputari c. cum non stat. de regul. jur. in 6. Peck. de jure sist. cap. 38. num. 6.*

Articulus LXXV.

IN prædicta materia Arresti proceditur de triduo in triduum, vel aliter secundum exigentiam cause, donec pro pretensione vel debito Arrestantis constituatur cautio.

S U M M A R I A.

1. *Processus de triduo in triduum est introductus in favorem Arrestati.*
2. *Arrestatus potest huic favori renunciare.*
3. *Et terminum ordinarium assumere.*

(1) **D**E TRIDUO AD TRIDUUM) Brevis hic terminus in favorem arrestati constitutus est. *l. cum tempus ff. de regul. juris*, videlicet ne is diu ab uxore, à liberis, à negociis suis in extero loco, ingenti suo incommodo atque tædio detineretur; non etiam in favorem Arrestantis, cui satis esse debet, quod in loco habitationis suæ propriæ, debitorem suum extraneum quiete & commode detinere & convenire possit, etiamsi eum non privet ordinaria ratione procedendi, quam ipse cogeretur observare, si eundem suum debitorem in loco domicilii illius convenisset & forum illius secutus fuisset: plura enim specialia simul concurrere aut peti non debent *l. si quando C. de inoff. testam. l. 1. Cod. de dot. promis.* (2) Et proinde nihil vetat quo minus debitor arrestatus huic favori pro se introducto renunciare possit. *l. pen. Cod. de pact.* nemo enim cogitur invitus beneficio pro se introducto uti *l. in invitum ff. de reg. jur.* & alioqui quod favore arrestati introductum est in odium ipsius retorqueretur. *contra l. quod favore Cod. de legib.* quo loco eleganter notat Baldus *versicul. incip. tertio exemplificatur.* (3) Quod dilatio ordinata favore alicujus, potest ab eo sperni, si expedit sibi non differre. Peckius *de jure fist. cap. 37. num. 2.*

Articulus LXXVI.

Arresta super Bonis Mobilibus, Debitis, Actionibus, Creditis, Fundis, Proventibus, Titulis ac Munimentis, ut ante, debent fieri coram duobus Civibus aut Urbis Incolis, teneturque Officiarius Arrestum injiciens sese certiorare de rebus Arrestatis, vel mediante inventario vel aliter.

SUMMARI A.

1. Apparitores non possunt executionem facere nisi coram duobus testibus.
2. Isti testes non possunt esse apparitores.
3. Testium non requiritur subscriptio.
4. Arrestum Bonorum Bruxellis requirit testes duos, & personæ unum tantum.

IN PRÆSENTIA DUORUM CIVIUM) Dubitari potest utrum soli apparitori credendum sit, qui se debitorem ipsum vel res ejus arrestasse affirmat. Rebuff. ad constit. Reg. tom. 3. art. 1. glos. 2. (1) & moribus & legibus Gallorum receptum esse testatur, ne apparitores executionem faciant, nisi duos testes adhibeant, qui testificari de illo actu possunt: quia cum ipsi regulariter viles sint, l. prohibitum l. defensionis Cod. de jure fisc. lib. 10. falsasque relationes facere ut not. Doct. ad c. quoniam contra de probat. & pro modico vini dolio sæpe dejerare soleant, teste Hostiens. in sua summa Rubr. de contum. §. qualiter vers. contra. ideo duos debent adhibere testes, nam in ore duorum aut trium stat omne verbum c. cum esses c. relatum de testament. (2) & isti testes non possunt esse

apparitores, quia ut ille idem ait, unus pro altero etiam falsum deponere posset; nam ut vetus habet adagium muli mutuo se scabiunt. (3) Non tamen requiritur subscriptio testium, sed sufficit apparitorem referre se arrestasse talem in praesentia Joannis & Petri testium. idem Rebuff. d. tom. 3. art. 2. gl. 4. num. 16. vers. quin imo requiritur. Peck. de jure sist. cap. 26. num. 1. & 2. (4) In quo distinguunt Consuetudines Bruxellenses in processu art. 4. requirunt praesentiam duorum testium in arrestatione Bonorum, & unum tantum testem in arrestatione personae.

Articulus LXXVII.

Personae vel res Arrestatae manent usque ad decisionem materiae Arresti, vel donec Arrestanti cautio statuatur de iudicio sistendo & iudicato solvendo, vel aliter donec pecuniarum consignatio vel bonorum affectatio facta sit, in securitatem & satisfactionem Arrestantis: ita tamen ut Arrestatus nequeat relaxari sub cautione juratoria vel mediante suo iuramento.

S U M M A R I A.

1. Arresta civilia mediante cautione cessant.
2. Suspectus de fuga duplicem cautionem praestat.
3. Alias sufficit unica cautio.
4. In debito liquido & agnito Arrestum non solvitur sub cautione.
5. Mores nostri indistincte duplicem cautionem requirunt.
6. Et respiciunt cautionem juratoriam.

(1) STATUATUR CAUTIO) Civilia Arresta
 mediante cautione cessare dicitur art.
 51. læti introitus, nisi quis pro re judicata aut
 debito Principis sit arrestatus. Uti ante art. 70.
 num. 6. latius demonstratum est. (2) Si autem de
 fuga suspectus sit debitor, duplicem cautionem
 præstet necesse est, scilicet & de iudicio sistendo
 & de iudicato solvendo. Jacobus Schultes *in*
addit. ad quæst. modest. Pistoris part. 3. quæst.
II. & complures alii citati à Math. Berlich.
part. 1. præct. conclus. 50. num. 93. & ita Sena-
tui Frisixæ visum. (3) Si vero non sit de
 fuga suspectus, vel vagabundus, sufficit cautio
 iudicio sisti, uti tradunt Peckius *de jure sist.*
cap. 45. & Modest. Pistor. dic. loc. ac ibi
 Schultes, quos & Senatus Frisixæ secutus est.
 à Sande *lib. 1. decis. Fris. tit. 17. def. 2.*
 nisi debitum liquidum sit, vel ex sententia,
 vel ex confessione aut instrumento agnito: (4)
 Tunc enim arrestatus non relaxatur donec sol-
 verit, quamvis offerat non tantum cautionem
 iudicio sisti, sed & iudicatum solvi. *l. si hæres*
jussus 73. ff. de leg. 3. l. si se non obtulit 4.
§. ait prætor. ff. de re judicata. l. quod si non
solvere 10. ff. de pignor. act. l. item liberatur
6. §. qui paratus. 1. ff. quib. modis pignor. vel
hypoth. Schultes d. loco num. 35. & alii quos
 congeffit Berlich. *d. concl. 50. num. 99. (5)*
 Prædicta distinctio tamen inter debitorem sus-
 pectum de fuga, vel non suspectum, in arti-
 culo hoc non invenitur, quemadmodum nec
 in *dic. art. 51. læti introitus*, ubi indistincte
 requiritur (*cautie van te recht te staen, ende*
't gbewysde te voldoen.) id est: Cautio de se
 iudicio sistendo & iudicato solvendo: conjunctim,
 non vero alternative, quoties vero plura con-
 junctim requiruntur, non sufficit alterum esse.
 Leonin. *cap. 56.*

(6) CAUTIONE JURATORIA) Sed datis fidejussoribus aut pignoribus : quia juratoria cautio non dicitur sufficiens : *gl. in c. qua fronte. de appellat. & c. ex parte de verbor. signif. & clement. 1. de pœnis. Curt. in tract. de sequestr. quæst. 14. Ang. ad l. postquam. §. imperat. ff. ut leg. nom. cave. Socin. ad l. 1. ff. qui satisfacere cog. ideoque ad impediendum vel revocandum arrestum minime sufficit. Specul. de seqq. poss. §. 1. versic. sed pone DD. ad l. fin. Cod. de ord. cognit. & ad l. si constante §. quoties ff. solut. matrim. & l. 2. Cod. de debit. civit. lib. 10. Peck. de jure fist. cap. 45. num. 8. addens num. 11. usum forensem ad relaxationem arresti ulterius postulare quod etiam nominatim in cautionem data bona obligentur & hypothecæ subjiciantur, quo facilius meliusque creditori sit prospectum, & quia non solum ad securitatem debiti, sed & ad facilitatem conveniendi arrestum moribus nostris pertinet.*

Articulus LXXVIII.

QUando Proprietarius rerum Arrestatarum ut Mobilium, Frumenti, Mercium, Fumentorum, aut similium, eas Arresto fidei, tum sequestrantur, vel sub lege consignantur ad onus & expensas succumbentis. Si vero res Arrestata servando servari nequit, Magistratus, requirente parte, decernit ut plus offerenti vendatur, nummique inde provenientes deponantur sub Questoribus Urbis, vel lege, ad opus jus habentis.

RES CORRUPCIONI OBNOXIA) Si res ar-
 resto intricata, tempore sit peritura, vel
 talis quæ servando servari non potest, periculum
 est ne iudicium fiat elusorium contra text. in l.
 si prætor ff. de iudiciis & in l. ne arbitris. Cod.
 de recept. arbitr. & ne executio reddatur inanis
 text. in l. imperat. §. fin. ff. de appellat. Gl.
 ibid. in verb. apud sequestrum text. in l. ab execu-
 tione Cod. quor. appellat. non recip. & in l. si
 cum dotem. §. si vero dotem ff. solut. matrim. text.
 notab. in l. si fidejussor §. fin. ff. qui satisfac.
 cog. ideoque ne fiat deterior, vel ne omnino
 pereat, iudicis implorato officio, res vendi &
 pretium loco rei sequestrari potest uti notat
 Ferrar. in forma sequestri seu saximenti num. 3.
 Panormit. in cap. 2. de sequestr. poss. & fruct.
 num. 27. per text. notab. in l. litibus Cod. de
 agric. & censit. lib. II. & in l. Divus §. fin.
 ff. de petit. hered. & l. fin. ff. de requir. reis.
 facit. text. in l. 1. §. sed excipiuntur ff. de feriis
 & in l. fin. §. fin. Cod. de administ. tut. Bart.
 in l. interesse num. 3. ff. de acquir. possess. Gail.
 I. observ. 148. & de arrestis Imperii cap. 4.
 num. 17. & cap. 10. num. 22. Jul. Clarus in
 practica Criminali §. fin. quest. 44. num. 3.

Articulus LXXIX.

PER Arrestum super Mobilia, Immobi-
 lia, Debita, Actiones, Credita, ea-
 dem Arrestanti affectantur & oppignorantur
 pro debito ac prætensionibus suis, ita ut non
 amplius possint obligari, gravari, vel alie-
 nari in præjudicium talis arresti, nisi provi-
 sionaliter, quemadmodum ante dictum est,
 bona Arrestata vendantur, & nummi inde

procedentes consignentur sub lege : qui tum etiam Creditoribus affectantur usque ad decisionem causæ. Casu vero plurium Arrestorum, primum præfertur posterioribus.

S U M M A R I A.

1. Arrestum tribuit jus pignoris jure Saxonie.
2. Et moribus nostris.
3. Edictum Caroli V. quoad Arresta bancæ ruptorum.
4. Primus Arrestans præfertur posterioribus.

(1) **A**FFECTATA ET OPPIGNORATA)
 Apud nonnullos arrestum tribuit jus pignoris , ut apud Saxones Coler. *decif.* 137. § 209. § 1. *process. execut.* 2. num. 19. Zobel. 1. *differ.* 43. num. 8. Moller. *ad constit.* Saxon. *part.* 1. *constit.* 28. num. 78. § *seq.* Berlich. 1. *conclus.* 69. num. 2. verum aliorum moribus arrestum non tribuit tale jus pignoris ut ait Matthæus de Auctionib. *lib.* 1. *cap.* 19. num. 63. ubi id rationi consentaneum dicit. Quippe cum fiat judicii tantum auspiciandi gratia , & absurdum sit jus pignoris statim tribuere petitori, antequam constet deberi. (2) Sed his non obstantibus hocce articulo jus pignoris arrestanti conceditur quemadmodum & pluribus Flandriæ moribus ostendit Knobbart *ad jus Civile Gandense rubr.* 4. *art.* 9. ita ut arrestans præferendus sit, si arrestum suum in bona debitoris injecerit illo tempore quo integra & illæsa constabat ejus res quo ad vulgi æstimationem , quamvis forte ignoto laboraret vulnere & si inventarium debuisset conficere , plus æris alieni , quam proprii habuisset. (3) Quod tamen non obtinet respectu Bancæ ruptorum , quapropter hic necessario inferendum est Edictum 7. Octobris

bris 1531. ubi Imperator Carolus V. loquitur in hunc modum.

Præterea declaramus omnes contractus simulatos & fraudulentos, tales denique quos supra descripsimus, nullos & nullius effectus. Volumusque ut omnes Bancæ ruptorum, & qui eorum sunt complices, aliorumque fugitivorum Creditores concurrant, & hac ratione debitorum suorum solutionem ex eorum bonis consequantur, pro magnitudine eorundem debitorum, sine ullo jure prælationis: tametsi eorum aliqui cæteros prævenissent in arrestandis bonis prædictorum Bancæ ruptorum, aliorumque fugitivorum, eorumque qui cum iis sunt complices. Idque etiam si arresta fiant in locis privilegiatis, ubi leges municipales, aut specialia locorum privilegia contrarium disponunt: quibus omnibus in prædictis casibus, quatenus opus est derogatum esse volumus, & derogamus.

(4) PRIMUS ARRESTANS) Cum etiam in pignoribus, ad quorum naturam respicit arrestationis materia, vulgata juris regula locum habeat, quæ est quod qui prior est tempore, potior est jure *cap. qui prior. de reg. jur. in 6.* ut patet *ex l. 2, 3. § 10. Cod. qui potior. in pign. hab.* quod is prævalet qui prævenit. *l. licet eod. tit.* quod vigilantibus jura scripta sunt *l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit.* & quod inter concurrentes melior est occupantis conditio *l. inter eos ff. de re judic.* videri posset quod qui arresto prior est, aut prior ad sententiam pervenit, aliis anteferri debeat. Et ita dicat hic articulus, quamvis de jure omnium arrestantium causa par sit, ut sustinet Peckius *de jure fist. cap. 40. num. 7.* per text. in *l. si is qui §. prior. ff. ut in possess. leg.*

Articulus LXXX.

Persona Extranea seu Ecclesiastica aliam Extraneum, exemptum seu privilegiatum, ejusve Bona in Urbe, ejusve Territorio desiderans sistere, apprehendere, vel illum in jus vocare, coram Magistratu, tenetur in securitatem Officiarii & Partis sufficientem cautionem prestare secundum exigentiam & valorem causæ, nec non pro expensis, damnis, & interesse ejusdem partis.

SUMMARI A.

1. Cur Cautio requiratur in extraneo vel Ecclesiastico, privilegiatum Arrestante.
2. Moribus nonnullis aliqualis fides facienda Judici antequam arrestum permittatur.
3. Alii solum juramentum sufficere dicunt.
4. Juramentum sufficit ubi in mora periculum est.
5. Moribus nostris arrestum conceditur periculo Arrestantis.

(1) **C**AUTIONEM) Cautio hæc in persona Extranea vel Ecclesiastica aliam personam exemptæ vel privilegiatæ Jurisdictionis arrestante, tantum requiritur, ne Judex vel Officiarius, defuncti officio suo, expensas per arrestum factas coram alio Judice persequi cogentur, & per id publicum incommodum posset oriri, cum Judex, ejusque Ministri rebus suis attenti quandoque aliorum negotia negligerent. Deinde talis Judicis autoritas eludetur cum non haberet medium cogendi arrestatum ad reditum vel arrestantem ad se submitendum jurisdictioni, qua sunt exempti, vel per privilegium, vel ex eo quod sint Extranei.

(2) Ideoque nonnulli requirunt aliqualem

fidem Judici faciendam de debito, vel per
 ostensionem instrumenti obligationis ut censuit
 Barbatins *conf.* 9. *col.* 10. *lib.* 2. vel per testes
 si forte syngrapha ad manum non sit, vel de-
 nique alia aliqua legitima & summaria probatio-
 ne, per quam Judex aliquo modo credere
 potest verum esse quod asseritur. Rebuff. *ad*
constit. *Reg.* *tom.* 1. *art.* 6. *gl.* 3. *num.* 43.
 (3) Sed & solum juramentum sufficere dixit
 Angel. *ad l. nemo carcerem. Cod. de exact. tri-*
buti. & Angelum imitatus Imola *ad l. 2. ff.*
solut. matrim. (4) propter periculum quod
 est in mora, quia ubicumque periculum est in
 mora ad probationem sufficit juramentum Gl.
 & Innoc. *ad c. quoniam* & *ut lite non contest.*
juxta l. eorum ff. de damno infect. l. qui bona §.
si quis eod. tit. quam opinionem quidem Castrensis
 per totum mundum servari ait, sequiturque eam
 Paul. Paris. *conf.* 107. *num.* 45. *lib.* 3. quia
 non fit plenum præjudicium debitori qui sola
 cautione arrestum dissolvere potest. Sed aliud
 visum fuit Baldo *ad l. apertissimi num.* 9. *Cod.*
de Judiciis & *conf.* 375. *num.* 3. & 4. *lib.* 1.
 Alexand. sibi contrario *in d. l. 2.* Jafoni etiam
 sibi adversanti *in §. 1. instit. de action.* alii vero
 multa simul requirunt, scilicet quod de debito
 aliquo modo constet, & quod præterea Cre-
 ditoris juramentum accedat: quod juramentum
 non quidem servienti seu apparitori qui arreat
 sed apud Judicem præstetur, teste Rebuff. *d.*
loc. art. 6. *gl.* 3. *num.* 61. (5) Sed ut eo-
 dem loco subdit *num.* 43. in multis locis, etiamsi
 nihil Judici ostendatur, nihilque juretur, ad
 solam Partis & Creditoris assertionem concedi-
 tur arrestum à la charge (ut dicunt pragmatici)
 & *despens dommages* & *interests de la partie qui*
fait arrester, quod & in hac patria observari
 testatur Peckius *de jure sistendi cap.* 16. *num.* 5.

Articulus LXXXI.

A Mannus ejusve locum Tenens vel Jurati Ministri requisiti ad injectionem Arresti vel apprehensionem tam personarum quam bonorum, tenentur (habita predicta asssecuratione) partibus mox adesse. Quod si recusent vel differant, & persona Arrestanda vel apprehendenda interim evadat, vel bona designata amoveantur, talis Officiarius pari manet obligatus in expensas damna & interesse.

CASU RECUSATIONIS AUT DILATIONIS)
Vide supra art. 70. num. 7.

EVADAT) Etsi secundum communem regulam unaquæque res pereat suo domino l. pignus Cod. de pig. act. l. damnum. Cod. locati & Cond. tamen si quis vel dolo malo vel culpa atque ignavia circa res alterius versatus sit, periculum in eum transit. Suoque jumento proprio malum sibi adfert, ex quo non nisi damni illati refusione & præstatione sese extricat l. contractus ff. de reg. jur. & hinc facile intelligi potest, quantam curam & diligentiam apparitor seu serviens adhibere debet circa res arrestatas, fideique ipsius creditas ac commissas, utpote qui de dolo, culpa, & negligentia tenetur. Peck. de jure fistendi cap. 44. num. 1. & 2. vide Francisc. Kinschot resp. 37. num. 13. & 26. Ordinat. Curia Brab. art. 407. & 588.

Articulus LXXXII.

QUicumque rem Arrestatam in domo sua detinet, vel in custodiam assumpsit, cum onere eam conservandi, tenetur in solu-

*tionem debiti, si postmodum, invito aut in-
scio Arrestante, auferatur vel abscondatur.*

REI CUSTODIAM ASSUMPSIT) Cum ille qui rei custodiam in se sumpsit pro illa respondeat tacite, ita ut, si culpa vel negligentia illius amoveatur, pro valore illius maneat obligatus arrestanti: res quippe arrestata arrestanti affecta est, nec ultra in præjudicium arresti obligari, vendi aut alienari potest, non magis quam si pignus, primò obligatum uni, postea alteri obligetur. *c. qui prior. de reg. jur. in 6. l. qui prior. ff. qui pot. in pign. aut si res alteri obligata in causam judicati vel pignus judiciale acceptum sit l. à Divo Pio §. si super rebus ff. de re judic. idque introductum ne adversarius fatigetur diversis judiciis. l. nulli Cod. de judic. Peck. de jure sistendi cap. 35. num. 7.*

Sed hic notandum, quod multa aut poena si parti sit applicanda, debeat regulari secundum interesse & damnum partis adversæ. *l. 2. ff. si quis in jus vocatus non ierit. Joan. Constantinus ad constitut. Reg. art. 121. Peck. de jure sist. cap. 29. in fin.*

Articulus LXXXIII.

OMnia arresta & apprehensiones personarum pro sententiis judicatis, fieri possunt in securitatem Arrestantis, non obstante aliqua appellatione aut reformatione, nisi concedatur interstitium, vel clausula Status, & inhibitio.

S U M M A R I A.

1. 3. *An liceat appellare ab arrestatione?*
2. *Appellatio à decreto judicis interposita an & quando executionem suspendat.*

4. Statutum Bruxellense conforme est aliarum gentium moribus.

NONOBSTANTE ALIQUA APPELLATIONE) Sunt nonnulli moribus mitiores, qui tamen se injuste arrestari sentiunt, appellare potius ab arrestatione, quam apparitori arrestanti resistere, aut vim inferre malunt, sed an in ea appellatione audiendi sint, & quatenus ea illis profit, dubitari posset: movetque illam quæstionem Guido Pap. *sing. suo* 32. sed non solvit, & licet speculatorem ad hoc alleget in §. 1. *in pr. de appell.* is tamen nullam illius quæstionis mentionem facit, (1) appellari tamen ab Arresto posse arbitror per ea quæ notat Baldus *ad l. si Clericis Cod. de Episcop. audien.* ubi dicit in simili, quod à captura, quæ est realis citatio, appellari potest, cum sit gravamen cohærens personæ, quod per expectationem sententiæ diffinitivæ (maximè si non res sed persona arrestata sit) reparari non potest. Arg. *l. 2. Cod. de abolit.* non tamen Judex, inquit, appellantem ideo statim dimittet, sed expectabit donec per superiorem sibi mandetur: (2) quia ubi appellatur à Decreto Judicis, quod respicit Decretum apprehensionis vel arrestationis, non prohibetur aliquid innovari contra appellationem, donec superior inhibeat. *c. non solum. de appel. in 6.* maximè ubi periculum est in mora vel fugæ, ut hic, ubi omnis utilitas arresti, ex relaxatione dissolveretur, quia tum appellatio interim non suspendit executionem *l. fin. ff. de appel. recip.* Specul. *in tit. de appell. §. in quibus DD. in c. qua fronte de appel.* quam sententiam confirmavit quoque Ludovicus Carerius *in tract. de Crimin. post princ. c. inci. decimus quartus*, ubi dicit quod licet citatio verbalis non admittat appellationem, ci-

tatio tamen realis bene admittit : allegans Bald. *d. loco*, cum eodem subjiciens quod captus aut detentus, potest appellare etiam si jam diu captus esset, quia quotidie sustinet novum gravamen dum detinetur, in successivo gravamine, sicut est istud, semper & quodcumque appellare licet *c. ex parte de appell.* & ibi DD. & pulchrè Philip. Franc. *in d. c. ex parte versic. quinto* & ultimo *infertur. Jason ad l. pretor. §. fin. ff. de no. op. nunciat.* & excipere. Archidiaconus *in c. hortamni 3. quest. 9.* & de ejusmodi appellatione ab arresto videtur loqui Dominus Præses Nic. Everardus *cons. 21. incip. visis scripturis.* (3) Sed hanc appellationis rationem mores nostri ignorare videntur, quibus receptum est, ut arrestatus, coram Judice, cujus autoritate arrestatio est facta, proponat causas gravaminis per arrestum sibi illati, seu nullitatis ejusdem, & si Judex aliter contra eum pronunciet, appellatur ad superiorem illius, sicut in aliis causis fieri solet. Peckius *de jure sistendi cap. 34.* (4) Quod statutum nostrum usibus aliarum gentium est conforme, ut ait David Mævius, qui *tractatu de arrestis cap. 21. num. 8.* ita loquitur. Moribus derogatum juri communi (qui fere ubique invaluerunt) ut ab arresto appellans non audiatur, sed teneatur coram Judice, à quo facta fuit arrestatio, proponere causas gravaminis, per arrestum sibi delati, seu nullitates ejusdem, & interim manere aut res suas relinquere sub arresto, si enim aliud observaretur, & appellando liceret evadere arrestorum remedia & beneficia, nullius forent momenti, & inutiliter imponerentur. Secus atque intentio ea pro citiori Justitiæ executione introduxit & determinavit. Addens se reperire non potuisse, aliter umquam fuisse observatum, aut appellationem attentatam. Vide

Groeneweg. ad l. ab executione 5. Cod. quor. appel. non rec. Wassenauer in praxi judic. cap. 24. num. 37. Bugnion. lib. 1. sat. 175. & ibi D. Christyn.

Articulus LXXXIV.

Arestans, defectu cautionis, potest Arrestatum ad sui securitatem omni tempore apprehendere, & carceri includere, quamvis contra eum stet in iudicio.

S U M M A R I A.

1. Cautio an indistincte in omnibus obtineat.
2. Nobiles bello capti verbali cautione dimittuntur.
3. Arrestum est magis honorificum quam carcer.
4. Vulgares defectu cautionis ob debitum incarcerantur.
5. Cautio requiritur tam pro expensis quam principali debito.

(1) **D**EFFECTU CAUTIONIS) Cautio hic & alibi requisita, indistincte in quovis locum habere non videtur, præsertim si vir gravis & dives sit: hæc enim circumstantia multum in hac materia est attendenda. Tum quia de jure carceribus non debet detineri Doctor aut honorata persona. l. medicos. Cod. de profess. & medic. tum etiam quia minus periculi est fugæ, si persona sit gravis & dives, quam si sit levis & egens. Quibus enim honor cordi est, ii longe ægrius fidem sunt falsuri, (2) sic videmus quod in bello capti, Nobiles aut primæ notæ Duces, data verbali dumtaxat

cautione dimittantur. (3) Ita ut de facili ad carcerem non sit deveniendum, nam quamvis arrestatio similis sit capturae vel incarcerationi debitoris, carceris enim species habetur prohiberi à loco discedere l. 2. ff. de lib. hom. exhib. l. succurritur ff. ex quibus caus. major. l. quineque sequuntur ff. de verb. sign. haud tamen per omnia æquiparari debent: est enim arrestatio detentio magis Civilis & honorifica, minus onerosa & ignominiosa, quam incarcerationio. Joan. Navisan. conf. 22. num. 2. Col. tract. de process. execut. part. 1. cap. 7. num. 4. § 9. illa tantum impedit discessum ex loco, liberam tamen in isto mansionem relinquens: hæc vero ipsam personam constringit & includit custodiae. Unde pluribus in causis modisque licet arrestum, ubi tamen decerni non debet carcer. Knobart ad jus Civ. Gand. rub. 4. art. 4. obs. 1. adde rubr. 4. art. 7. obs. 6. (4) ubi vero personalis non est, in qua prædictæ considerationes locum habent & bonis destituta sit, vel possidens ea in cautionem offerre recuset, ad incarcerationem deveniri potest. Felin. in c. quod ad consultationem in 7. col. versic. non devenitur ad captivam de re judicata. Chassan. ad Consuetud. Burgund. tit. des Rentes §. 2. num. 13. (5) In tantum ut si satisfacere nequeat vel nolit tam pro expensis litis, quam pro principali debito, teste Rebuff. ad ordin. Reg. tom. 1. art. 16. gl. 10. detineri possit, & propter inopiam aut contumaciam, vel carceri, vel custodiae tradatur, quando aliud remedium non competit. §. quid autem in authent. de fidejussor. Roman. conf. 241. Alexand. conf. 139. lib. 2. quod & usus probat & pluribus firmat Peckius de jure sistendi cap. 45. num. 8. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 3. art. 6. vide Damhouder. prax. Civ. cap. 64. num. 4.

Articulus LXXXV.

Duo Extranei, eidem subsellio & Jurisdictioni subditi, se invicem in hac Urbe, ejusve Territorio sistere, aggravare, aut coram Magistratu in jus vocare, pro rudi actione aut debito, non possunt, sed id coram Judice suo competente facere tenentur.

SUMMARI A.

1. 8. Brabantus non potest Brabantum arrestare extra Brabantiam.
2. Potestas statuendi in subditos non ardetur territorio.
3. Lex Principis subditos ubique ligat.
4. Item excommunicatio.
5. Interdictio prodigo facta eum ubique ligat.
6. Contra debitorem fugitivum cessant privilegia.
7. Nisi cautionem offerat.

(I) **E**IDEM JURISDICTIONI SUBDITI) Incolis Ducatus Brabantiae speciali jure à Carolo IV. Imperatore, aliisque Principibus indultum est, unum Brabantum non posse alterum extra Brabantiam arrestare.

Quæro igitur an Brabantus Brabantum arrestare possit in Hispania, Italia, Anglia, Gallia, & aliis Provinciis aut Regnis, quæ non subsunt Imperatori & Principibus, qui privilegium istud concesserunt? & paucis videtur dicendum quod non: quia sicut statutum prohibitorium absolute loquens comprehendit subditum existentem in alieno territorio, ut notatus

in c. ut animarum de constitutionib. in 6. Anch. in c. canonum & eod. tit. Bartol. in l. cunctos populos in 6. quest. Cod. de summ. trinit. ita etiam & hoc privilegium quod vim statuti habet.

(2) Secundo quia potestas statuendi inter subditos territorio non arctatur. *l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. l. si quis C. de Episc. & Cleric. c. tue de cleric. non resid. Bald. cons. 6. lib. 5. Barbat. cons. ult. & in rubr. de testam. Bartol. ad l. qui ff. eod. Roman. cons. 39.*

(3) Tertio quia si lex Principis suos subditos liget, ubicumque sint, & quocumque eant, *l. 2. Cod. de commerc. & l. 2. Cod. de vectigal. can. fin. Cod. de constit. ergo etiam & privilegium illius, quod voluit habere vim legis & statuti.*

(4) Quarto si sententia vinculo excommunicationis ligat subditum quocumque loco sit, quæ tamen fertur in invitum *l. ex ea ff. de postul. c. quisque 4. quest. 5. multo fortius sane ligat privilegium communi consensu populi & subditorum impetratum, & in quod omnes semel consenserunt. l. quod major. ff. ad municip. l. de quibus ff. de legib.*

(5) Quinto quia in simili videmus quod interdictio bonorum facta prodigo ligat eum in quocumque loco & territorio contrahat. *l. relegatorum §. interdicere ff. de interdic. & vel. ergo etiam & hoc privilegium prohibitivum ligat Civem ubicumque existentem.*

(6) Excipe tamen hic debitorem fugitivum. Etenim existimat Peckius *de jure sistendi cap. 8.* quod non obstante dicta Bulla Aurea Brabantus potest Brabantum & res ejusdem, sive in locis subjectis imperio, sive in aliis locis arrestare aut sistere & detinere, si est fugitivus aut de fuga suspectus: quia contra debitorem fugitivum cessant privilegia. Potest enim adversus

communes regulas ab ipso creditore coraprehendi. *l. ait prætor. §. si debitorem ff. que in fraud. creditor.*

(7) Si tamen Vagabundus aut de fuga suspectus alibi conventus aut arrestatus cautionem offerat de stando juri in proprio domicilio, non posset alibi conveniri *Grammat. conf. Crim. 27. num. II. per gloss. in l. absens ff. de judic.* & ita passim per Brabantiam universam observatur, ut latius constat de Consuetudine nostra *Bruxell. art. 221. Bergozom. tit. 3. art. 9. & art. 22. Sylvæ Duc. tit. 3. art. 1. Mechlin. tit. 3. art. 1. & 6. Nivell. tit. 1. art. 22. Antwerp. tit. 27. art. 33. & statuitur art. 24. læti introitus 1549. obtinetque tam in realibus personalibus, quam causis mixtis tam in criminalibus & capitalibus, quam actionibus Civilibus. Aurea Bulla de anno 1349. quam confirmavit filius Caroli IV. in Civitate Budensi, Hungariæ metropoli 6. Januar. 1424. & postmodum Maximilianus I. 5. May 1512. nisi in materia servitutum, finium regundorum, fundi hypothecati qui pro constitutione redditus non soluti evincitur; quibus exceptis Brabanti dicto privilegio fori gaudent, imo etiam quamvis esset connexitas causæ, & de quibus rebus ad idem judicium eatur. Vide *Zypæ. not. jur. Belg. lib. 1. tit. de Episc. & Cleric. num. 5. & lib. 2. tit. de jurisdic. omnium judic. num. 51. Deckher. dissert. 10. num. 15. lib. 2. & dissertat. posth. 25. cap. 5. num. 6. & seq. Henric. Kinschot. tract. 1. cap. 9. Christinæ. ad ll. municip. Mechlin. tit. 5. art. 11. Gail. de pignorationib. & Matth. Coler. in tract. suo de process. execut. Nicol. Everard. conf. 45. num. 4.**



A D D I T I O.

Gewesen by Vonnisse van de Heeren Wethoude-
ren ontrent den Jaere 1654. dat niet alleen
de Poirters, maer oock alle Ingesetenen van Brussel
competeert het Privilegie van niet arrestabel te zyn
in hunnen persoon ofte goeden voor rouwe actie, te
weten al Brabant door ten platten Lande, maer
binnen de andere vrye Steden mogen gearresteert
worden, siet den 215. art.

Articulus LXXXVI.

NEc Cives in hac Urbe ejusve Territorio
habitantes, reperibiles & citabiles, nec
eorum bona possunt arrestari aut apprehendi
pro rudi aliqua actione, nisi casu fuga,
absentia, latitationis, aut defectu bonorum.

S U M M A R I A.

1. Cives non arrestantur pro debitis illiquidis.
2. Requisita ut aliquis dicatur suspectus de fuga.

(1) **P**RO RUDI ALIQUA ACTIONE) Sed
bene pro debito claro, liquido, indu-
bitato, confessato seu agnito, aut pro re
judicata, non enim executionis via procedi
potest antequam omnia liquido consent. Soar.
in rec sent. litt. E num. 197. post Boer. dec.
52. num. 8. Capyc. dec. 17. & Cravett. conf.
231. num. 7. Damhouder. prax. Civil. cap. 64.
num. 3. nemo enim pro crudo, invicto, aut
ut ita dicam pro injustituario debito capi aut
incarcerari potest, sed tantum post sententiam

latam, aut post expiratum tempus obligationis, si justitiaria aliqua præcessit obligatio, aut huic æquivalens scheda obligatoria, manu ipsius capiendi, tamquam juridica, subsignata & actui judiciario conformis Damhouder. *d. cap. 6. num. 7.* vide Knobbart *ad jus Civil. Gand. rubr. I. art. II. per totum.* Peck. *de jure fist. cap. 16. num. 1.* Christin. *ad ll. municip. Mechlin. tit. 3. art. 1. & consuetud. Bruxell. infra art. 214.* & quæ supra *ad art. 70.* annotata sunt.

(2) SUSPECTUS DE FUGA) Nonnulla concurrentia in hoc negotio suspicionis de fugâ, requiruntur: primo ut dictum est, certitudo debiti Thesaur. *dec. 220. num. 2.* Natta *cons. 430. num. 8.* & *cons. 29. num. 2.* ubi post Bald. *in l. apertissimi in fine Cod. de judic.* aliosque in suspecto de fuga si verisimiles sint causæ suspicionis, potest procedi ad capturam occasione debiti liquidi, non vero incerti Sichard *in d. l. apertissimi num. 24.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 823. num. 15.* sed nec modicum sit debitum necessarium est, quod ratione modici non dicatur quis suspectus Socin. *num. 21.* Jason *num. 5. in fin. in l. si quis ab arbitr. cogant. Roman. cons. 320. num. 3.*

Secundo debet ipsi constare quod debitor sit de fuga suspectus, idque non juramento sed aliter summam probandum est. Bald. *cons. 287. num. 3. lib. cum seq.* Alexand. *cons. 19. num. 2. lib. 3.*

Tertio ut suspicio fugæ jam recenter sit orta, Bald. *cons. 285. num. 1. lib. 1. & cons. 338. versic. 4. obstat vol. 4.* Alex. *lib. 3. cons. 19. num. 1.* Peck. *cap. 4. num. 7. & cap. II. num. 4.* scilicet post debitum vel propter debitum, quia si ipsa suspicio de fuga fuisset aut tempore debiti, aut ante debitum, ipsa non esset æstimanda, neque in considerationem hujus rei

habenda, nisi tamen creditor nimia credulitate sit circumventus. Castrens. in l. etiam §. I. ff. solut. matrim.

Quarto arrestanti constare debet quod debitor non habeat bona immobilia sub eadem jurisdictione Marsil. in prax. Crim. §. attingam num. 57. Peck. de jure sist. cap. 31. Soar. ad d. l. 2. Alex. cons. 160. in fin. lib. 5.

Quinto quod debitor tempore debiti contracti fuerit solvendo, & quod nunc demum pauper & egenus effectus sit. Nam si tempore contracti debiti tam egenus fuerat, ut nunc est, suspicio de fuga esset nulla, nec veniret hic in considerationem: imputatur enim creditori, malum debitoris statum scienti quod fidem ejus, cum eo contrahendo, secutus fuerit. Jason in l. si arbitro. num. 3. ff. qui satisfacere cog. Roman. cons. 320. num. 3. Peck. de jure sist. cap. 16. num. 2. §. 5. vers. sunt autem vide supra art. 70. in annot.

Articulus LXXXVII.

Quemadmodum nec arrestari, nec apprehendi, nec in jus vocari possunt curatela vel tutela subjecti, nec mulieres conjugate, publicas Mercatrices excipe, quae possunt arrestari pro causis ad commercium suum spectantibus.

S U M M A R I A.

1. Pubertas 18. anno finitur moribus nostris.
2. Minor regulariter non habet personam standi in judicio.
3. Sed bene ratione peculii castrensis vel quasi.
4. Vel si exercet mercaturam.

5. *Etiam in Criminalibus potest conveniri de moribus.*
6. *Mulier an possit arrestari pro debito Civili.*
7. *Meretrices non gaudent legum utilitate in arrestis.*
8. *Mercatrix obligat se & maritum in causis commercii & pro iis arrestari potest.*
9. *Publica Mercatrix non restituitur in talibus contractibus.*
10. *Et mariti bona pro tali contractu obligantur, si non opponat se.*
11. *Nisi Uxor separatim commercium exercent.*
12. *Quenam Mulier dicatur publica mercatrix?*
13. *Nomina officiorum demonstrativa non ex uno actu verificantur.*
14. *Publicum, quid esse unde consideretur.*

(1) **C**URATELÆ AUT TUTELÆ SUBJECTI
 Hoc est usque ad decimum octavum annum ætatis, quia secundum mores hujus Civitatis non reputatur quis excessisse annos pubertatis nisi decimo octavo anno completo secundum *art. 14. Statuti tutelar.* sic ut de bonis suis disponere aut sibi quo ad ea præjudicare non possit ante illam ætatem sine autoritate tutoris. Atque anno 1567. 4. Febr. turbatim depositum Bruxellis non posse in jus vocari, nec arrestari illum qui est in tutela aut curatela.

(2) De jure etiam pupillus non potest esse regulariter in judiciis, neque Civilibus, neque Criminalibus, sine tutoris autoritate, ne patiatur aliquod damnum *l. clarum. Cod. de auctorit. præst.* uti etiam de Consuetudine Antverp. *tit. 43. art. 74.* ne ex sua imperitia vel juvenili calore aliquid vel dicat vel taceat, quod si fuisset probatum vel non expressum prodesse vel obesse ei posset. §. *neque institut. eod. tit.* & *sibi DD.* minor enim, infans, furiosus, mente captus, ac prodigus cui est bonis interdictum qui æquiparantur, teste *Vantio tract. de nullit.*

ex inhab. seu def. mand. compar. num. 15, 19. & 24.) quidquid vident censentur ignorare, & ideo non possunt stare in iudicio. Vantius *d. tit. num. 6. & 7.* (3) Dictum est regulariter, quia hoc fallit si habet peculium Castrense vel quasi, nam quoad hoc loco patrisfamilias habetur Costal. *in advers. l. 1. ff. de peculio.* Schneidewin. *instit. de action. §. actiones & de peculii act. num. 2.* (4) Idem est si exercet mercaturam publicam, de quo vide Grivell. *dec. 14. num. 59. & 60.* Boerium *ad Consuet. Bituric. tit. 1. §. 4. col. 2.* Gaill. *lib. 2. observ. 108. num. 10.* Strach. *de mercat. p. 3. num. 26.* Franc. Kinschot. *resp. 24. num. 7.* (5) In Criminalibus vero Gallorum & Belgarum moribus authoritas patris filiofamilias, nec curatoris pupillo necessaria est si minor conveniatur Imbert. *Enchirid. verbo authoritas curatoris.* Rebuff. *ad constit. Reg. in proëm. gl. 5. num. 72.* Argentr. *ad Consuet. Brit. art. 508. tit. des mineurs.* Grivell. *dec. 39.* Talden. *ad Cod. qui legit. person. à Sande decis. Frisic. lib. 1. tit. 2. def. 2.* Bugnion *de legib. Abrogat. lib. 1. satyr. 188. & ibi D. Christyn.*

(6) MULIERES CONJUGATÆ) Mulier quoque honesta non debet incarcerari pro debito civili sive pecuniario, quantumvis etiam magno, (etiamsi nulla bona haberet) sed debet fieri in bonis ejus missio ut Authent. *hodie novo jure Cod. de custod. reor.* qui est textus formalis & ibi Baldus, & hæc eadem authentica ponitur in titulo *de offic. divers. judic. Cod. & Authent. ut nulli iudicium §. necessariam coll. 9. constit.* unde dictæ authenticæ depromptæ sunt: ubi textus dicit, hodie novo jure nullam mulierem pro pecunia Fiscali seu privata, aut etiam pro crimine, quolibet modo, in carcerem mitti aut includi, aut custodiri concedimus.

Sed si pro Fiscali aut privato debito pulsetur, per virum suum aut quem alium legitime respondeat, quod si recusaverit, executio procedat. Vide Gudelin. *de jure noviss. lib. 5. cap. 14. versit. plane.* Zypæ. *not. Juris Belg. lib. 2. de execut. rei judic. vers. sed* & Rebuff. *ad constit. Reg. de litter. oblig. art. 11. gl. 4. Autum. ad authent. bodie.* Perez. *ad Cod. de custod. reor. num. 6.* Peck. *de jure sist. cap. 5. num. 14.* Bugnion *de leg. Abrog. lib. 1. sat. 116.* Sed hæc de jure: quantum ad consuetudinem autem, anno 1559. 24. Octobris turbatim & jurato à deponentibus certificatum est, notoria Consuetudine Brabantiam esse Provinciam arresti, ita ut unusquisque, id est tam vir quam mulier illic sit arrestabilis pro debitis suis, uti factum est respectu uxoris Francisci Reyniers, quæ in Urunta incarcerata est, usque ad obitum suum, in tantum, ut numquam audiverint distingui inter cujuscumque dignitatis homines, sive fuerint Equites, sive ipsorum uxores, aliæve qualitatis, sed econtra tunc deposuerunt se vidisse arresta & apprehensiones injectas, etiam Baronibus Brabanticis majoribusque Principibus exteris cum effectu, ut infra in appendice.

(7) PUBLICAS MERETRICES EXCIPE) Mulierem pro debito arrestari non posse in Meretrice seu turpiter vivente locum non habet, has enim vitæ vilitas dignas legum observatione non credidit *l. quæ adulterium. Cod. de adult. Roman. ad l. si vero §. de viro ff. solut. matrim. l. si uxor §. 1. ff. de adult.* Alex. *in l. plerique ff. de in jus voc. Surd. dec. 164. num. 5. Annæ. Robert. rer. judic. lib. 6. cap. 6. Thesaur. dec. 153. num. 8.*

(8) MERCATRICES) Quemadmodum mulier Mercatrix obligatur, & obligat maritum

suum in rebus mercantiæ vel negotiationis, atque earum occasione ut not. Faber ad §. 1. *instit. quod cum eo*, ita quoque pro his in iudicio agendo & defendendo esse potest secundum Bessianum ad *Consuet. Avern. tit. des adjournemens art. 9.* & per consequens pro iisdem causis recte arrestari potest. Et plerumque observamus in familiis honestis maritos sese confidere prudentiæ & sagacitati uxorum suarum, liberam illis rerum domesticarum dispositionem permittentes, ut reditus ac proventus recipiant apocham scribant, merces coemant, aliaque peragant, ut personæ cæteræ à nemine dependentes, de quibus omnibus mariti obligantur tamquam de in rem verso, & quia quasi tacite uxorem sibi prætulert, postmodum vero talem actum uxoris tamquam authoritate destitutum velle impugnare, esset indecorum: cum ea gesta sint consentiente marito in bonum commune. Ita ut tunc possit conveniri & arrestari sine authoritate mariti, quia licentia uxori data ad publicum commercium exercendum, comprehendit potestatem sese obligandi pro rebus ad tale commercium spectantibus, tenenturque mariti de illarum contractibus. Joann. Faber. in §. igitur *instit. quod cum eo qui in al. Alexand. lib. 3. cons. 4. (9)* Nec mulier talis restituitur contra contractus ei læsionem inferentes. l. 4. *Cod. de institor. act. in verbis, & si à muliere Magister navi præpositus fuerit, ex contractibus ejus ea exercitoria actione ad similitudinem Institoria tenetur*, quod tamen limita in contractibus ad commercium spectantibus non aliis. Ita ut vi consuetudinis nostræ mulieres sese possint obligare absque consensu maritorum, quamvis illi inde præjudicium paterentur, in quorum bonis, aliquorum moribus, pro tali contractu executio fieri potest, nisi ante

revocata aut restricta sit talis uxorum authoritas. (10) Eam ob rem præsentia ac scientia nocet ; quandoquidem adversus uxoris actum protestans, eam impedire poterat aut quovis alio modo prohibere *l. 1. §. scientiam ff. de tributor. act. & Bart. in l. quicumque de institor.* ubi ille patientiam satis esse notat, ut quis institor esse censeatur, nec referre, sitne masculus an foemina.

(11) Prædicta tamen non obtinent si uxor exerceat commercium separatim à viro, *Le Grand sur les Coustumes de Troyes livr. 1. tit. 2. art. 12. num. 10.*

(12) Publica autem mercatrix dicitur quæ palam ac notorie in plurium conspectu mercatur. *ex notatis in l. palam ff. de ritu nuptiar. l. palam de verbor. sign. sublatâ* quorundam discrepantia an hæc verba, *Et publice*, communiter debeant accipi ? quod probat elegans textus *in l. sed Et si pupillus §. de quo palam ff. de justit. act.* ubi ex publicis intersigniis, frequentatique negotii causa & qualitate id æstimandum est : (13) quandoquidem ejusmodi nomina officiorum demonstrativa, quæ quis ipso usu, quasi autoritate propria sibi contrahit, veluti mercator, hospitator, idque genus cætera, non uno ex actu verificantur, sed assiduitatem usumque continuum requirunt, ut docet Bartol. *in l. maritus. §. quæsitum ff. de adulter.* quod quidem etiam notat Baldus *in gloss. Epigraph. de constit. pecun. Cod.* quare quemadmodum una hirundo non facit ver, sic nec actus unicus mercatorem. *ex notatis in gloss. superverb. omnes l. 1. ff. de tributor. act. DD. in l. legatus servus ff. de legat. 3.* (14) Tum præterea animadvertendum aliqua censi facta publice, inspecta eorum natura, actusque ipsius qualitate : ut quando quis in Civitate vel

vicinia reputatur id vitæ genus gerere arg. eorum quæ de publice excommunicato *in c. exceptionem* & *de except.* à Canonistis adnotantur. Vide tamen quæ ad hanc quæstionem fuse tractat *Le Grand sur les Coustumes de Troyes lib. I. tit. 5. art. 80. num. 74. & seqq.*

Articulus LXXXVIII.

NEc possunt arrestari quicumque die Veneris ad Urbem conferunt edulia, victum, aliasve merces, usque ad valorem medie libræ Brabantica, & non infra: sed libere possunt ire & redire, quæ libertas durat à die Jovis in meridie, usque in meridiem diei Sabbati.

EDULIA ALIASVE MERCES CONFERUNT)
 Quemadmodum illi qui ad exercitum com-
 meatum vel pecuniam adferunt, nusquam arre-
 stari aut detineri possunt. *l. semper ff. de jure im-
 munitatis l. 1. Cod. de navical.* ita & illi qui ad
 Urbem merces venales conferunt: qua de re
 Caroli Quinti Imperatoris Augusti olim Principis
 nostri potentissimi & clementissimi existat consti-
 tutio anno 1544. 19. May, & anno 1554. 5.
 Augusti Bruxellæ edita *Peck. de jure sist. cap. 5.
 num. 7.* quia illi omnes sunt sub salvo conduc-
 tu Principis uti tradidit *Masuer. in pract. sua
 cap. 30. num. 19.* idque secundum 5. & 6. art.
 de foro diei Veneris.

Articulus LXXXIX.

NEc Arrestari possunt qui Merces suas
 tempore duarum nundinarum ad Urbem
 ejusve Territorium conferunt, secundum Pri-

vilegium desuper concessum, nisi sint persone
 & cause in eodem privilegio excepte, nimirum
 hostes Principis terræ Brabantica, vel
 predictæ Urbis: fugitivi qui iudicio ejusdem
 Urbis publice sunt exulare jussi, aut cor-
 rectionem suam nondum absolverunt: qui per
 sententiam predicti Magistratus condemnati
 sunt, vel se coram Scabinis Urbis adstrinxerunt:
 item quem Officiarius, vel quis alius accusare
 vellet ut corporis aut membri reum, vel de
 mulctis conventis, debitis pactis, ac promissis,
 iisdem vel precedentibus nundinis contractis,
 nec non qui requiruntur ut testimonium veri-
 tatis perhibeant, aut pacem ineant: pro
 quibus causis possunt sisti vel apprehendi,
 nonobstante dicta libertate.

S U M M A R I A.

1. 3. Nundine cur & quando institutæ.
2. A Brabantia Ducibus renovatæ.
4. Privilegium nundinarum locum non habet in
debito jurato.
5. Item si debitum sit contractuum in nundinis.
6. Nec si solutio ibi sit promissa.
7. Nec in hoste publico, nec in condemnato &c.
8. Mores Brabantia conformes.
9. Privilegium nundinarum extendit se etiam
ad locum per quem itur ad nundinas.

(I) T E M P O R E N U N D I N A R U M) Vir sum-
 mæ prudentiæ & authoritatis apud
 Græcos Plato, cum institueret quemadmodum
 Civitas bene beateque habitari posset, liberum

ad nundinas adventum mercatoribus relinquendum judicavit *lib. 2. polit. teste Callistrato in l. 2. ff. de nundin.* & sane antiquitus nundinarum dies erant dies feriati, ut rustici possent convenire vendendi & mercandi causa: erant dies nefasti ut scribit Festus, quibus non licebat agere apud Prætores, ne perturbarentur nundinatores. Id sublatum est postea lege Hortensia, ut scribit Macrob. *lib. 1. saturnal. cap. 16.* ac deinde constitutione Imp. Valentis & Valentiniani jus antiquum restitutum est, ut scilicet non agatur cum eis qui veniunt nundinandi causa, illudque privilegium art. 43. & 44. læti introitus anni 1549. (2) item Philippi Boni art. 64. & Mariæ art. 74. Alberti & Isabellæ art. 44. & 45. confirmatum est, ita ut eo tempore res aut persona arrestari nequeat; neque refert si illæ nundinæ sint septimanariæ siue menstruæ siue annales, siue iustiales siue septennales aut aliæ, quarum omnium meminit Marian. Socin. *Nep. cons. 61. num. 23. lib. 2.* (3) Et ratio quidem est, ut merces, quæ procul dubio ad hujus vitæ conservationem necessariae sunt, liberius & majori copia invehantur & evehantur, qua de re plura extant apud Alexandr. *ad l. nequid. ff. de incend. vin. naufr.* Bald. *ad l. si quis non dicam rapere. Cod. de Episc. & Cleric. & ad c. 1. que sunt Reg. Signorol. de Homod. cons. 108. Angel. cons. 363. Dec. cons. 51. Jason. cons. 147. Zasium cons. 14. & 15. lib. 1.* (4) Nec tamen obtinet in debito jurato: quia sicut constitutio tollens generalem aliam constitutionem, non refertur ad constitutionem juratam, Panormit. *ad cap. 1. de his que fiunt à maj. part. cap. Roman. sing. 7. & cons. 517.* & sicut salvus conductus concessus alicui, non extenditur ad debita jurata Matth. de Afflict. *dec. 5.* ita etiam & ob eandem cau-

fam sisti & arrestari posse videtur : ideoque consultum est creditoribus , ut promissionem solutionis , vinculo Religionis & jurisjurandi confirmari faciant.


(5) Cessat & prædictum nundinale privilegium si debitum sit contractum in nundinis

(6) vel debitor solutionem ibi promiserit. Treutler. *part. 1. disput. 4. thes. 2. lit. E.* Berlich. *1. practic. conclus. 77.* Tulden. *Cod. de nundinis.* Everard. *cons. 21. num. 6. & 7.* & quando est debitum Principis. *let. introit. 1549. art. 50.*

(7) Et in publico hoste Principis , item in fugitivo & exulare jussio , item in illis qui se adstrinxerunt litteris Scabinalibus , item in condemnatis in solutionem debiti à Magistratu aut supremo Brabantiae Consilio : uti latius patet in privilegio Imper. Maximiliani Urbi Bruxelensi concessio , quod extat Edictor. Brab. *vol. 4. lib. 1. tit. 24. cap. unic.* (8) Et aliarum Brabantiae Civitatum mores consonant , ut Antwerp. *tit. 49. art. 8.* Herentall. *tit. 8. art. 8.* Steenberg *tit. 7. art. 2.* Limburg. *art. 27.* Thenens. *tit. 4. art. 10.* vide ad hanc materiam Autumn. & Mornac. *ad tit. ff. & Cod. de nundin.* Papon. *Notaire 3. l. 8. des Foires & March.* Bacquet *de justice cap. 31. num. 1.* Christin. *vol. 3. dec. 99.* Gudelin. *de jure noviss. lib. 5. cap. 3.* Moller. *1. semestr. 12.* Coler. *de process. part. 2. cap. 3. num. 156.*

(9) Quemadmodum vero tempore nundinarum , in loco , ubi illæ exercentur , arrestare aliquem non licet , ita etiam nec in illo , sine quo mercatores ad nundinas venire non possunt Peckius *de jure sistendi cap. 10. num. 4.* allegans Nicolai Everardi *cons. 21.*

Turbæ aliquot spectantes ad materiam Arrestorum. *Vide Tom. 1. pag. 72.*


 TITULUS SEXTUS

*De executionibus Sententiarum,
 Condemnationum Litterarum
 Scabinalium Sententiatarum,
 Inductionibus in Fundum, &
 quod ad illa spectat.*

Articulus XC.

Primo, omnes executiones Sententiarum, Condemnationum & Litterarum Scabinalium sententiatarum sunt per predictos Ministros juratos, tam in Urbe ejusve Territorio, quam universa Terra Brabantie, extra liberas Civitates: & si quando condemnati vel obligati sunt majoris conditionis, ut Principes, Comites & similes, executio, humanitatis gratia, fit per Ammannum, ejusve locum Tenentem, tam in apprehensione personæ quam venditione bonorum talis condemnati vel obligati: & inductiones in fundum in Urbe ejusve Territorio situm fiunt per Ammannum, vel ejus locum Tenentem, in presentia duorum Scabinorum: & Ruri in Terra Brabantia in presentia duorum Civium predictæ Urbis, ut postmodum latius declarabitur.

EXECUTIONES SENTENTIARUM &c.) Idem quoque Statutum est supra art. 42. 43. & 44. vide ad hunc articulum Privilegium Ducis Joannis de anno 1290. & Regulamentum seu Sententiam Sti. Audomari, nec non privilegia Ducis Antonii de 11. Martii 1407. item confirmationem Ducis Philippi de 4. May 1501.

INDUCTIONES IN FUNDUM) Vide infra art. 99. & seqq.

A D D I T I O N E S.

EXecutien syn verschillende : daer syn executien die men noemt ad factum waer by iemandt gedwongen wordt iet te doen, eenigh werck te maecken, als stucken over te leggen, rekeninge te doen ende diergelycke : dese worden gedaen by aentast van persoon ende gyselinge ende differeert seer van eene executie tot sekere somme.

Ende als het seyt niet en can geprestreert worden succedeert de obligatie van schaede ende interesten.

MAJORIS CONDITIONIS) Messieurs des Consaux d'Etat, Privé, & Finances sont Domestiques de Sa Majesté & Comptés par les Escroix de son Hôtel. 3. Placc. van Brab. lib. 3. tit. 2. cap. 4.

Gens comtés par les Escrois dicuntur, Equites Aurei Velleris, Comites, Barones & nobiles immediatè Principi subjecti, quorum causæ tractari solent in supremo Senatu Mechlinensi. Christin. decis. 10. vol. 1.

Les Ecroutz sont les Livres & Registres du Roi, & Gens comtéx par les Escrois, sont les gens écrits sur les Registres du Roy, qui tirent gages en qualité de ses Conseilliers & Ministres.

Et tales sunt privilegiati primæ classis.

Articulus XCI.

QUævis personæ, tam privilegiata quam alia, subjiciuntur executionibus quæ per Ammannum ejusve locum Tenentem as Juratos Ministros fiunt vi Litterarum præstationalium sententiatarum, aliorumque contractuum, tam per eas quam per earum aucthores, coram Scabinis Urbis initorum: nec obstat quod tales personæ eodem tempore aut postmodum aliud forum sortiantur, & à jurisdictione dictæ Urbis eximantur causâ qualitatis status aut dignitatis earum. Cujus rei possessionem ab omni hominum memoria detinent Bruxellenses, idque non solum respectu Dominorum Consiliariorum, sed & respectu Ordinis Aurei Velleris aliorumque Principum, qui numquam desuper exemptionem allegarunt; è contra vero ubi ita exempti sese per executionem aut summationem premi sentierunt, oppositionem coram Magistratu Urbis, ejusdem Judicio se submittentem, intenterunt.

NEC OBSTAT QUOD TALES PERSONÆ) Fundari posse videtur hic articulus in l. 7. ff. de judiciis, ubi dicitur, si quis posteaquam in jus vocatus est, miles vel alterius fori esse ceperit, in ea causa jus revocandi forum non habebit, quasi preventus, quamobrem sciendum est certas esse personas, quæ habent privilegium fori ut Milites, Sacerdotes, Scholastici, item Senatores, & qui sunt positi in aliqua dignitate. Nunc quæ-

ritur si post litem contestatam quis factus est miles, an possit revocare forum? & Respondetur quod non, per *l. penult. ff. de jurisdic. omn. judic. l. 3. ff. de judiciis.* ubi acceptum est semel iudicium, id est ubi lis contestata est, ibi & finem accipere debet, id est mutare forum non potest novell. 90. & 132. ideo quoties quæritur de loco, non distinguitur inter eum, in quo lis contestatur & quo res iudicatur. Idem enim semper locus est *l. 3. §. ult. ff. de act. empt.* imo etiam is qui in jus tantummodo vocatus est, necdum litem contestatus, obviente militia non potest mutare forum: sufficit enim præventio. Præventus est qui vocatus est in jus. Opponitur huic sententiæ *l. qui autem. ff. si quis caut.* qui novo privilegio utitur, non videtur in eadem causa fitti. Ergo etiam privilegio militiæ. Respondetur quod possit quis novo privilegio uti: ut si debitor impetravit inducias anni aut quinquennii: at iudicio semel accepto nulla est prescriptio fori. Deinde opponitur *l. quarta. §. reus. ff. de re milit.* loquitur de eo qui reus est capitalis criminis & nomen militiæ dat: in eo ita jus procedit ut si damnatus capitali crimine, militiæ nomen dederit, capite puniatur, etiamsi levior poena ante ei fuerit irrogata. Aliud dicendum est si semel dixerit causam capitalem, vel si requirendus annotatus fuerit inter reos. Nam si postea nomen militiæ dederit, ignominiose missus, ad proprium iudicem remittetur, ad quem post damnationem non potest remitti, quoniam desiit esse Iudex, & finitum est iudicium. Cujac. *ad d. l. si quis posteaquam.* id quod potissimum fit quia per litis-contestationem partes in iudicem consentierunt, idemque ille consensus tacite inest obligationi de præstando eo quod promissum est vulgo. (*belofte van waerschap*) Deinde quamvis hoc ita

non esset, possessio ea immemorialis illud quasi jus tractus, cujuslibet conditionis hominum ad Magistratum Bruxellensem, confirmavit. Vide Thesaur. dec. 177. num. 4. Menoch. 2. arbitr. 66. num. 38. Ant. Matthæ. de judic. disp. 4. thesi 50.

Articulus XCII.

Predicti Ministri, antequam executionem aut venditionem intra Urbem ejusve Territorium facere possint, tenentur partem condemnatam prius admonere seu summare de satisfaciendo sententiæ aut condemnationi, cujus eis mandata est executio: & extenditur dictum tempus summationis per 24. horas.

S U M M A R I A.

1. De jure spatium aliquod conceditur condemnatis ut satisfaciant sententiæ.
2. LL. 12. tab. 30. dies.
3. A Justiniano quadrimestre.
4. Moribus nil certi.
5. In Brabantia dantur 12. dies.
6. In Hannonia 8. dies.
7. Mechliniæ arbitrarium tempus est.
8. In Curiis subalternis 24. horæ.

(1) **P**osteaquam sententiæ in rem judicatam transit statim ad actionem executionemque ejus quod judicatum progredi de jure licet: sed humanitatis gratiâ leges spatium quoddam temporis indulgere condemnatis ut judicato satisfacerent. (2) Lex 12. Tabularum triginta dies dedit ut refert Aul. Gell. noct. attic. lib. 20. cap. 1. quod tempus postea duplicatum fuit. l. debitoribus ff. de re judic. (3) ac tandem Imp.

Justinianus huic rei quadrimestre spatium fra-
 tuit. *l. ult. & penult. Cod. de usur rei judic.* (4)
 moribus nostris nullum tempus certum, quo
 differatur executio, comparatum est, sed illico
 ut in rem judicatam transiit, sententia execu-
 tionis mandari potest. Neostad. *Supremæ Cur. dec.*
38. & Cur. Holland. dec. 31. Merula *prax. Civ.*
lib. 4. tit. 93. cap. 7. num. 5. Zypæ. *not. jur.*
Belg. de execut. rei judic. Gudelin. *de jure noviss.*
lib. 4. cap. 16. vers. planè. (5) In Brabantia
 duodecim dies post sommationem seu monitionem
 condemnato dantur *art. 641. ord. Cur.*
Brab. quibus elapsis Apparitor in bona mittitur,
 & post triduum demum ad inventarium & ven-
 ditionem procedit. *d. ord. art. 635.* (6) in
 Hannonia summationis tempus octo dierum est.
Instit. Cur. Hannon. art. 608. (7) in suprema Me-
 chliniensi Curia spatium id videtur arbitrium.
art. 1. tit. des executions des sentences. (8) in sub-
 alternis Judiciis tempus 24. horarum sufficit. *ut*
hic in art. 92. & in processu Urbis Bruxell. art.
265. de Consuet. Antwerp. tit. 68. art. 17.
Bergozom. tit. 2. art. 64.

A D D I T I O.

Sommatie wordt in den grooten Raedt tot Mechelen
 gedaen sonder datter executorien op het vonnisse
 ofte acte gedepescheert zyn, daer in den Raede van
 Brabant de sommatie doende sonder executorien de
 selve subjeet is aen nulliteyt. *Cuypers Grondt-proced.*
I. quæst. n. II. ubi plura vide de summatione
Anthon. Matth. de Auction. lib. 1. cap. 5.

Articulus XCIII.

SI vero in condemnato foret periculum aut
 suspicio fugæ vel amovendi bona, in
 fraudem Creditorum, prædicta summatio ne-

cessaria non est : sed eo casu Servientes cum executione possunt progredi absque summatione : dictique Ministri in executionibus , citationibus , & venditionibus bonorum condemnati aut rebus aliis ad eorum Officium spectantibus , sese conformant instructioni desuper facta in constitutione anni 1573.

SUSPICIO FUGÆ) Quis dicatur suspectus de Fuga , vide supra ad art. 86.

POSSUNT PROGREDI) Idem quoque statuitur in processu Urbis Bruxell. art. 264. his verbis , ut , si in condemnato sit aliquod periculum fugæ vel abscondendi bona , in fraudem creditorum , dicta summatio non requiratur , sed mandata executio absolvi potest. In Consilio Brabantiae autem si appareret periculum quod condemnatus uteretur tempore summationis ad abscondenda sua bona vel ea in quibus fieret executio , eamque hoc modo eluderet , Apparitor ad se sumit ea bona : quo facto inducias sex dierum concedit condemnato ut sententiæ satisfaciat , ante quos sex dies elapsos non potest procedere ad venditionem mobilium. Ordin. Cur. Brab. art. 405.

Articulus XCIV.

Item defectu solutionis Censuum & Redituum duplex actio competit Creditori , nempe personalis & Realis , seu hypothecaria : ita ut possit vi litterarum suarum Scabinalium sententiatarum , vel instrumenti authenticæ , debitorem Reditus aut Censuum vel proprietarium hypothecæ suæ (si eam inhabitet aut possideat) summare ad solutionem

elapsorum canonum , & post summationem executionem facere vendendo mobilia obligati aut proprietarii Hypothecæ , in fundo existentia , post precedens inventarium à prædicto Scriba Officii faciendum.

DUPLEX ACTIO) Creditor vi constitutionis sui reditus duo habet media consequendi debitum suum : actionem nimirum realem, tendentem ad perpetuam evictionem obligatæ hypothecæ (mobilibus primo debite excussis) & actionem personalem, excutiendo & vendendo bona mobilia promissoris, ejusve hæredum : ac defectu mobilium plus offerenti (vulgo *by verreycken en verthieren*) vendendorum, tam bona obligata, quam alia bona immobilia, quæ promissor aut ejus hæredes possident; quarum duarum actionum creditor electionem habet; hac sola differentia, ut ultimo casu teneatur reddere rationes dicto promissori ejusve hæredibus eorum quæ ita plus offerenti vendita sunt, & superfluum ei restituere; in quas casu evictionis non tenetur, ut infra *art. 167.* constitutum est. Et quamvis bona condemnati in actione personali non sint obligata per sententiam, quam diu non sunt excussa aut apprehensa, aut nisi in executionem judicati pignora capta sint *l. à divo Pio ff. de re judic. Neguzant. in tract. de pignorib. in 2. memb. 3. part. Rebuff. ad constit. Franc. tom. 2. tit. de constit. redituum art. 1. gl. 14. num. 48. Ægid. Magist. tractat. de præscript. honor. cap. 32. num. 6. & Joannes Papon. arrest. lib. 18. tit. des criées arrest. 35. Faber Cod. lib. 7. tit. 20. def. 5. Peck. de jure fist. cap. 40. num. 3. & 4. aliud tamen obtinet in actione reali. Quoniam cum alicui per sententiam res adjudicata est, ejus*

rei

rei proprietatem acquirit, ita ut eandem non solum à condemnato, sed & per executionem possit consequi ab alio tertio qui pendente lite eam acquisivit, per l. 2. Cod. de litigios. Gail. 1. observ. 118. num. 2. Covarr. pr. quest. 15. num. 6. ita ut in ea omnibus Creditoribus præferatur per l. 1. Cod. de privil. Fisc. novell. 91. cap. 1. l. bona fides. 31. ff. depositi l. 38. ff. de pecul. l. 24. §. in bonis ff. de reb. auth. jud. possid. l. 11. ff. ut in possess. legat. Matth. de Auctionib. lib. 1. cap. 18. num. 3. quod in tantum procedit, ut in bonis sic adjudicatis & per subhastationem inscio domino divenditis, habeat electionem utrum rem aut pretium malit. Matth. dic. loc. num. 2. text. in l. aris alieni 15. Et ibi gloss. Cod. de donat. Dec. cons. 239. num. 7. versic. ultimo resolvendo.

Articulus XCV.

ET si pignus obligatum seu hypotheca occupetur vel à Conductore inhabitetur, prædictus Creditor redituâlis (defectû solutionis) potest bona locatarii vel hypothecam Inhabitantis (dummodo Proprietarius non sit) si pretium locationis non solverit, post præcedentem summationem excutere, divendere & adscribere ad concurrentiam debiti; ita ut locatarius aut inquilinus sub prætextu dictæ summationis nequeat migrare in præjudicium proprietarii, nisi pretium locationis suæ persolverit. Si verò tali pretio Creditori redituâli non sit satisfactum, aut alias si locatarius vel inquilinus tempore summationis nihil debeat, eo casu conductor vel inquilinus nomine Cre-

ditoris redituali per Ministrum summatur ut intra tres proximè subsequentes hebdomadas è fundo migret, ut tunc procedatur mediante inductione ad evictionem. Quod si post elapsas illas tres hebdomadas conductor vel inquilinus non demigraverit nec hypothecam evacuaverit, licet Creditori redituali, defectu integræ solutionis divendere & executere ejus mobilia in hypothecâ reperta pro credito suo, eumque ad migrationem cogere, ut ad evictionem procedatur, ut ante dictum.

S U M M A R I A.

1. Invecta & illata non obligantur pro censu aut reditu.
2. Sed pro locatione conductione.
3. Qualis actio competat proprietario adversus secundum locatarium.
4. Summationis omissio parit nullitatem.
5. Origo summationis, & ad quid introducta.

(1) CREDITOR REDITUALIS) Quod bona illata & invecta non sint hypothecata pro censu aut reditu tradit Molinæ. ad consuet. Paris. tit. 2. §. 65. n. 14. (2) licet eadem in domum conductam illata ipso facto sint locatori hypothecata pro mercede vel pensione juxta l. 7. & l. eo jure. ff. in quib. ca. pign. tac. contrab. & l. certi juris Cod. de locat. quia hoc nullo jure cavetur.

(3) HYPOTHECAM INHABITANTIS) Quandoquidem proprietarius cum secundo locatario non contraxerit, non potest actionem personalem contra eum instituere, nec etiam in solu-

tionem pretii locationis, sed licet ei bona & fructus in fundo suo inventa sistere seu arrestare, & cum primus locatarius non esset solvendo, sustinent nonnulli quod tunc actione personali contra secundum locatarium possit agi. Vide Costal. & DD. ad l. solutum §. solutum ff. de pignorat. act. quod Christin. ad ll. munic. Mechlin. tit. 8. art. 10. num. 3. admittit sub hac distinctione quod si sublocator bona fide fundum conduxerit, non tenebitur ad integram pensionem primæ locationis, sed tantum pro portione secundæ suæ conductionis juxta text. in d. §. solutum. sed si primus conductor cum subconductore fraudulenter versatus fuisset in sublocatione & scivisset pretium primæ locationis, tunc videretur per remedium exceptionis aut replicationis de dolo, quod bona mobilia subconductoris subjecta essent hypothecæ pro tota pensione primæ conductionis: illa enim exceptio, aut replicatio de dolo redderet jus hypothecæ in totum utile, quod ex se non foret secundum l. rem alienam. in fin. ff. de pign. act. uti tradit Guido Cocquille ad consuet. Nivernens. tit. des executions criées &c. art. 18. ad verb. sur les biens du Conducteur. Vide Fabrum Cod. lib. 4. tit. 42. def. 28. Grot. introduct. lib. 2. cap. 48. versic. (insgelyckx) in fin. Christin. vol. 1. dec. 274. Zypæ. not. jur. Belg. de pignor. act. in fin. Leeuwen censur. for. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 4. Bronchorst. 1. miscell. assert. 80.

(4) POST PRÆCEDENTEM SUMMATIONEM) Omissio summationis pareret nullitatem Costal. ad l. mora 32. ff. de usur. (5) Habetque Summatio originem ex jure scripto: nempè ex l. qui restituere 68. ff. de rei vindicat. ubi traditur quod sententiæ executio fieri non debeat, nisi primo fuerit factum Edictum debitori, ut judicatum faciat, Costal. d. loc. subditque execu-

tionem sine prævia summatione declaratam fuisse nullam arresto Curia Parisiensis. Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 8. num. 19.* dicit eam comminationem executionis esse necessariam, citans Henric. Boich. *in cap. litteras & de offic. deleg. Joan. Andre. in cap. pervenit 2. & de appellat. Guid. Pap. dec. 12. num. 1. & 2.* Bartol. & Jason. *in l. 1. ff. si quis jus dicenti non obtemp.* introducta est itaque summatio, ut condemnatus interim studeat satisfacere aut subministrare bona pro re judicata excutienda.

Articulus XCVI.

ITa tamen, ut locatarius, aut possessor qui nihil debet, ad suam exonerationem & indemnitatem, possit statim post summationem eundem aut alium Servientem (absque forma processus, & non obstante eo quod desuper non obtinuerit sententiam adversus proprietarium) mittere in bona ejusdem proprietarii vel debitoris reitnalis, qui tenetur arrieragia ex bonis suis solvere: eumque excussione & venditione bonorum, ut ante, cogere ad solutionem dictorum arrieragiorum, expensarum, damni & ejus quod interest locatarium aut possessorem talia passum fuisse.

QUI NIHIL DEBET) Hanc in rem necessario hic requiritur summatio; qua facta, incola seu locatarius tempus habet ostendendi apocham, vel alio modo demonstrandi se solvisse aut nihil debere; quod si proprietarius

vel creditor redivualis ad executionem pergat, vel si omiffa fummatiōe ad venditionem procedat, tum locus erit articulo, quia fi fummatiō præceffiffet forte talis inquilinus rem ulterius non permisiffet devenire, & ita creditor occasionem præbuit expenfis fubfecutis quas etiam fuo damno eum refundere par est.

Articulus XCVII.

ET ut amoveantur omnes fraudes, quæ durantibus iffis tribus feptimanis poffent machinari, locatarius aut poffeffor, interim defiderans migrare conductaque bona deferere, tenetur diem difceffus fui infinuare Creditori redivuali, aut alteri ab eo ad hoc commiffio, ut ad inductionem in hypothecam fuam, ftatim poft evacuationem, poffit procedere.

Articulus XCVIII.

SI interim alius quisquam, Mobilia in fundum obligatum inferret, aliusve locatarius illum inhabitaret, Creditori redivuali licet illum locatarium nec non illum qui dicta mobilia intulit, mox arcere fundumque obligatum evacuare, mediante dicta prima fummatiōe ad procedendum ut ante, vel defectu illius, aut alias casu quo recuset, excutere dicta illata mobilia pro pretio locationis, fi vero non fit reperibilis qui ifta in fundum intulit aut invexit, Creditor redivua-

lis intra 24. horas, post elapsas dictas tres septimanas, ea mobilia potest divendere pro dicto pretio locationis non considerando ad quem spectent.

S U M M A R I A.

1. 4. Invecta & illata in fundum obligantur pro locario.
2. Etiam licet alienentur.
3. Quod & obtinet respectu secundi conductoris.

(1) **M**OBILIA) Simile etiam disponitur
 in l. certi juris. 5^o Cod. de loc. & cond. & in l. est differentia ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tac. contrab. in quibus traditur invecta & inducta in prædium domumve, pignoris loco locatori teneri, etiamsi postea educantur. Bald. in d. l. certi. ubi etiam tradit quæ censeantur bona illata & invecta in domum ab inquilino, ut pro pensione domus sint hypothecata quod etiam diserte declarat Menoch. de arbitr. judic. quest. l. 2. cens. cas. 441. & Charond. ad consuet. Paris. art. 161. (2) quæ licet nonnulli existiment posse alienari si non fuerint prius inclusa & descripta, per l. utique & ibi Gloss. ff. de damn. infec. verior tamen est contraria opinio. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 8. art. 14. num. 2. semper enim pignoris jus rei annexum est, etiamsi ea ad alium transferatur. Costal. in advers. suis ad d. l. est differentia. adeo, sicut ibidem inquit Costalius, ut nec debitor legans, donans aut vendens rem pignori nexam, jus hypothecæ convellat. l. debitorem Cod. de pignorib. (3) quæ non obtinent tantum respectu primi conductoris, sed illata & invecta à secundo ita obligantur, nisi forte

non totum prædium , sed partem dumtaxat
 conduxerit à primo , quo casu illata ab eo
 non sunt obligata nisi pro pensione , quam se-
 cundus conductor debet primo. Anton. Matth.
de Auctionib. lib. 1. cap. 19. num. 54. & seq.
 ubi hanc quæstionem latè tractat. Rebuff. *de*
litter. oblig. art. 4. gloss. 2. num. 36. Caroc. in
tractat. de locat. & cond. part. 5. quæst. 4. num.
6. Papon. lib. 10. tit. 3. in not. ad arrest. 4.
Afflict. dec. 184. (4) cum consuetudines
 nostræ loquantur generaliter , quod omnia mo-
 bilia in fundo reperta locatori obligata sint pro
 locario , nec conductori liceat ante expiratio-
 nem termini discedere , nec bona amovere ,
 antequam locatori de omni locario satisfecerit ,
 hoc est de omnibus terminis elapsis , & stante
 eâdem locatione elabendis. Consuet. Lovan.
tit. 11. art. 7. Thenens. tit. 8. art. 22. Liranæ
tit. 7. art. 10. Antverp. tit. 59. art. 17. Sant-
hov. art. 61. Herentall. tit. 17. art. 6. Ghe-
lens. tit. 5. art. 12. Bergozom. tit. 13. art. 7.
Sylvæ Duc. tit. 14. art. 10. Mechlin. tit. 8.
art. 14. Vide l. 1. §. 5. ff. de migrando. &
quæ supra art. 95. dicta sunt.

Articulus XCIX.

Mobilibus ita excussis , & hypotheca seu
 fundo obligato evacuato , ex parte Cre-
 ditoris redditualis seu censualis pro arrieragiis
 proceditur ad inductionem in hypothecam , in
 Urbe nempe Bruxellensi ejusve Territorio per
 Ammannum aut ejus locum Tenentem , cum
 uno Jurato Ministro in presentia duorum Ur-
 bis Scabinorum : perque illum Ministrum ,

bonis in qua inductio facienda est, affiguntur scheda continentis quod super illis bonis fiat executio pro censu aut redditu in illis hypothecato: extra Territorium vero in Ammannia per Juratum Ministrum, coram duobus Civibus dictae Urbis, vi litterarum Ammanni desuper erectatarum, de scientia Officiarii loci cui & xenium seu Vinum persolvendum est: qua inductio, casu evictionis, facienda est per ingressum hypotheca Creditori obligata, saltem ejus cujus fit evictio, qua de re ruri ordinariè fit certificatio colono, & postmodum ejusdem inductionis relatio fit in Camera Secretarii Urbis, sub quo litterae sunt ultimo sententiate, respectivè per dictos Scabinos, respectu bonorum in Urbe ejusque Territorio sitorum: & per Ministrum duosque Cives, mediante debita certificatione sub juramento, respectu bonorum extra territorium, ruri, sitorum.

S U M M A R I A.

1. Quid sit (Belyde) seu inductio in fundum.
2. Saisina seu prehensio debet fieri auctoritate judicis competentis.
3. Saisinae levatio non obtinetur nisi solutis tribus ultimis annis redditus vel census.
4. Fructus possessionis traditae creditori redditus, spectant ad eundem Creditorem.
5. Quanti temporis cessatio in solutione redditus praecedere debeat missionem in possessionem fundi? remiss.
6. Quid moris quo ad hunc articulum.

(1) **AD INDUCTIONEM**) Quod alii adductionem in fundum dicunt, vulgò (*Belyden*) à verbo (*Leyden*) id est *ducere* vel *adducere* ob id quod Judices in rem præsentem ducuntur, & sic qui vult inductionem fieri ad fundum evincendum, debet postulare à Præfecto Urbis & duobus Scabinis, ut eant in fundum pro affecuratione in hypothecam constituto, & ibidem secundum aliorum mores, uti apud Mechlinienses petere illius fundi traditionem, quam Prætor ad monitionem Scabinorum facere tenetur, salvo tamen uniuscujusque jure. De cujus clausulæ vi & effectu vide Molin. *ad consuet. Paris. tit. I. §. 10. gl. ad verb. blasmer, num. 27. impress. noviss. qui §. in antiquis est §. 44. vide etiam Martam tract. de clausul. part. I. claus. 357.*

(2) **PER AMMANNUM &c.**) Necessarium esse dominum accedere, vel mittere nomine suo in rem præsentem utprehendatur & ad manum suam ponatur; quod Galli *saisinam* vocant, idque per Officiales qui jurisdictionem exercent, & sic autoritate Judicis competentis ait Molinæ *ad consuet. Paris. §. 1. gl. 4. num. 3. & §. argumento l. de pupillo. §. si quis forte ff. de operis nov. nunciat. eaque præhensio notificari debet clienti aut redivis debitori & ita etiam observatur in hac patria inferioris Germaniæ, ut constet de actu juridice facto. Et ita etiam in Galliis observari innuit Molin. *tit. 2. §. 52. & maxime apud Meldenses §. 112. Sylvanectenses §. 256. Blesenses 308. & §. 112. aliisque in locis ab eodem citatis d. tit. 2. num. 64. nec non à Domino Fortin. in confer. suis consuet. Paris. tit. de censives art. 74.**

(3) Nec obtinere poterunt illius præhensionis levationem manus, nisi exsolutis postremis tribus annis, nonobstante oppositione, pro ut in

aliis etiam hujus inferioris Germaniæ partibus, nec non in Francia servari indicant consuetudines scriptæ earundem regionum, & maximè D. Fortin. *in prædic. sua confer. art. 75.* & Charond. *ad eumd. art. Boër. ad consuet. de Berry tit. 3. art. 4.* Choppin. *ad consuet. And. lib. 1. num. 7.* (4) ubi autem facta fuerit traditio fundi, ubi in rem præsentem à Præfecto Urbis & binis Scabinis itum est, fructus possessionis jam traditæ fundi ab eo tempore spectabunt ad ipsum creditorem. (5) Quanti autem temporis cessatio in solutione arrieragiorum præcedere debeat, variè à plerisque Doctoribus traditur: nonnulli enim interpretes censent uti Hugo & Azon. per biennium cessare debere, uti in Emphyteuta Ecclesiæ. Alii tradunt uti Cynus aliique à Baldo citati *in l. 1. col. 1. Cod. si prax. publ. pens.* tempus hoc à jure non esse definitum, de quo latè Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. casu 55.*

(6) In hoc articulo tamen notandum est quod solemnitates illic *§ seq. art.* præscriptæ, non amplius observentur: sed breviter ad evictionem proceditur, & litteræ redituales simpliciter sententiantur, offerturque libellus ut hypotheca possit vendi, omiſsa excussione mobilium fundique evacuatione: ac habentur quatuor confessus, de quibus certioratur proprietarius, quo factò hypotheca venditur, nec causa ad rotam deducitur nisi casu oppositionis.

Articulus C.

Post quam inductionem, dicta bona per duodecim hebdomadas vacua sunt; sique Creditori redituale interim de arrieragiis non

satisfiat, eadem inductio per Secretarium aut Graphiarium Urbis proclamatur è minori podio in presentia Ammanni ejusve locum Tenentis ac duorum Scabinorum, nec non unius Ministri, cum inthimatione, ut si debitor intra quindenam post proclamationem non solvat Creditori arrieragia cum expensis, bona in qua facta est inductio ipsi Creditori in perpetuum sint adjudicanda, de eis, quasi de propriis suis bonis, disposituro.

PROCLAMATUR) Huic dispositioni conformes sunt quamplurimæ Consuetudines Franciæ, maximè Nivernenses *cap. 4. art. 7.* Turon. *art. 20.* Ambiac. *art. 4.* & Joan. de Fresne *ad d. art. & consonant mores Brabantiæ, ut Silvæ Ducenses tit. 23. art. 2.* Bergozom. *tit. 2. art. 60.* Bredan. *ordon. op evict. art. 9.* Liran. *tit. 12. art. 25.* Santhov. *maniere van Proced. art. 13.* Uccellens. *art. 49.* Bifferan. *tit. 3. art. 1.* Mechlin. *tit. 13. art. 20.* Lovaniens. *tit. 4. art. 15.* & tradunt etiam Molin. *ad consuet. Paris. art. 1. gl. 4. num. 2. & 3. & art. 19. num. 1.* Pontan. *ad consuet. Blesens. art. 101.* Joann. Papon. *ad consuet. Borbon. art. 971.* apud nonnullos ultra proclamationes requiritur notificatio ipsi personæ debitoris, uti Mechlin. *d. art. 20. juxta l. de unoquoque ff. de re judic. ut latius tradit Charond. ad consuet. Paris. tit. des fiefs art. 30. & Tiraquell. de retractu §. 35. gl. 3. & 4.* ignorantiam enim plerumque nemini damno esse debere multis comprobatur à Gail. *2. obs. 48. vide ad hunc articulum Loyseau du deguerpiss. liv. 3. chap. 4. num. 1. & seqq.*

A D D I T I O N E S.

IN PERPETUUM ADJUDICANDA) dissentit
Stockmans decis. 95, sed debent vendi. vid.
infra art. 106. *mét vier Sitdaegen ende Keers-
brandinge.* adde edict. 15. Januarii 1583. vol.
Brab. 2. fol. 220. Cuypers fol. 693. in fine &
694. ubi notat idem observari quoad Uccelen-
tes & Bifferenses. Item edict. 23. Decembris
1583. vol. Brab. 2. fol. 212. Cuypers fol.
666. n. 7.

In Censualibus vero *wordt den pandt gewafen
ter taesele van den Heere, ende in desen lesten
gevalle is den grondt losbaer by middel van handt-
vullinge van de achterstellingen, chynsen, oncosten
ende reparatien.*

An hæc perpetua evictio fuerit etiam per-
missa Corporibus post Edictum Carolinum &
alia de amortifatione vid. distinctionem apud
Mean observ. 206. n. 829, & Consuet. Lo-
van. tit. 4. art. 94.

Articulus CI:

SI vero durante processu dictis bonis neces-
sarium esset aliquod opus, vel ad ea
conservanda, ventumque & pluviam arcen-
dam exigeretur reparatio, aut si dicta bona
essent prædia Rustica que cultum aut aratrum
requirunt, id Creditori censuali aut redditua-
li præcedente Consilio aut visitatione juratorum

Præfectorum terminalium aut agriculturalium, aliorumve id intelligentium licet, & quidquid ita à creditore impensum fuerit, id Proprietarius aliufve qui hypothecam prosequitur ante adjudicationem fundi restituet una cum arrieragiis & expensis, priusquam eundem sibi attribuet.

REPARATIO) Nomine reparationum non veniunt, nisi impensæ necessariæ, non vero voluptuariæ, dummodo bona fide fuerint adhibitæ, & tales quas bonus Pater familias non potuisset omittere; quas Proprietarius tenetur refundere ipsi evincenti. Uti colligitur ex verbis *l. prætor ait 1. §. 4. de reb. auctor. judic. possid.* ubi habetur, quod generaliter etiam dicendum est, quidquid impendit in rem, si modo sine dolo malo impendit, repetere eum posse *item ex l. 8. ff. de pignorat. act. in pr.* unde hypothecam factam tectamque servare tenetur, alias in defectum quanti proprietario interest obligatur: arbitrio enim boni viri uti frui debet, & se gerere circa res fructuarias, sicut Dominus proprietatis solitus est. Sotomajor *in tract. de usufruct. cap. 22. num. 1. 2. & seqq.* vide Pinell. 2. part. l. 1. Cod. de bonis matern. num. 55. usque ad 59. Hotomann. obser. lib. 13. cap. 36. Garz. de expensis cap. 11. num. 38. Christin. ad ll. munic. Mechlin. tit. 13. art. 27. num. 6. & 7. ubi contrarium tenet, quia consuetudines non loquuntur ibidem clarè de reparationibus & ita illic duodecim viralium iudicio dictum, declaratumque anno 1602. 6. Febr. asserit. Sed his non obstantibus reparationes restituendas Mechliniæ ait Cuypers *tractat. van grondt-proced. quest. 101. num. 3. & seqq.*

A D D I T I O N E S.

ANTE ADJUDICATIONEM FUNDI RESTITUT) Et sic de Grondt-procedure wordt gestut by handtvullinge, de welcke magh gedaen worden soo by den Proprietaris als by den jongeren Rentier oft derden Besitter, de quo infra art. 169, & de hac materia vid. Cuypers Grondt-proced. p. 5. quæst. 92. & seqq., & in appendice fol. 707. & seq.

Doch het schynt dat dese handtvullinge hier tot Brussel maer en wordt geadmitteert tot de Adjudicatie exclus, per art. seq. quod secus Mechliniæ & Leodii, ende sulcken handtvuller wordt gestelt in plaetse van den eersten Crediteur, voor de somme by hem betaelt quæst. 105. n. II.

Articulus CII.

Item si Proprietarius, vel ille qui aliquod jus præten dit ad hypothecam in quam fit adductio, dictam quindenam elabi permittat nec Creditori re ditionali satisfaciat, ut ante, eo casu bona, in qua facta fuit inductio, dicto Creditori ad ejus requisitionem, interpellante Ammanno, ejusve locum Tenente per sententiam quatuor Scabinorum Urbis in perpetuum adjudicantur, ut propria illius bona, ita tamen ut onera census, adstrictiones & obligationes anteriores debeat suscipere, dictaque adjudicatione Creditor fit Dominus & Magister suæ hypothecæ, de qua tunc potest disponere pro libitu & utilitate sua,

nec ad ratiocinium tenetur nec ad restitutionem superflui aut meliorationis Proprietario, nec posterioribus Creditoribus redituariis.

S U M M A R I A.

1. *Consuetudines Brabantie conformes.*
2. *Emphyteusis amittitur non solvendo Canonem.*
3. *Ante evictionem factam pro reditu potest purgari mora.*
4. *De quo dubitatur in emphyteusi.*

(1) **N**EC CREDITORI SATISFACIAT)
 Idem quoque statuitur Consuet. Sylvæ Duc. tit. 23. art. 8. Bergozom. tit. 2. art. 62. Lyran. tit. 12. art. 25. Santhov. process. art. 5. Mechlin. tit. 13. art. 23. (2) & sic cessans solvere Canonem perdit quoque rem emphyteuticam, uti tradit Chassan. ad consuet. Burgund. tit. des mains mortes §. ult. in verb. *demeurant au Seigneur*; quare rectè hic statuitur quindenâ elapsa, consequi eum, qui fundum sibi addici postulavit, jus dominii per sententiam Scabinorum ad interpellationem Ammanni ejusve locum Tenentis. (3) Interim tamen quoad res evicta non est, poterit ipse Proprietarius purgare moram, ut etiam innuere videtur Chassanæus quo ad rem emphyteuticam, solvendo reditus vel canones, ob quorum defectum jus Dominii assecuti fuere tam evincens quam Dominus, cum quotiescumque quis privatur jure suo per cessationem solutionis, moram purgare possit non subsecuta sententia declaratoria: quia non intelligitur privatus ipso jure propter cessationem, sed si Dominus voluerit, & quo ad reditus cessos, nisi

eisdem exsolverit ante rei evictæ venditionem : quod respectu reddituum certum clarumque est, cum evincens non fiat per ejusmodi additionem incommutabilis Dominus rei evictæ : (4) sed dubium respectu non solutionis Canonis, cum aliqui sint, qui ipso jure non solventem privare re emphyteutica tradunt uti *d. l. Chassanæus*.

A D D I T I O N E S.

FIT DOMINUS ET MAGISTER) Mechliniæ admittitur luitio sive *actio redhibitoria* quamdiu fundus evictus in dominio Creditoris est, secus si fuerit venditus art. 24. tit. 13. Consuet. Mechl. sed id recte restringi poterit ad ordinarium terminum præscriptionis hujus actionis per ea quæ notat Mean observ. 207. per tot. & maxime n. 4.

Hæc vero nostra consuetudo nullam videtur admittere redhibitionem post adjudicationem factam per verba *eeuwigblyck ende efffelyck*, item per verba *Heer ende Meester*, & hæc asperitas eam fecit regici juxta decis. 95. Domini Stockmans hic supra citatam.

Articulus CIII.

SI vero prædicta Adjudicatio fiat pro censu aut redditu redimibili in commodum alicujus Monasterii, Domus Dei, Capituli, Collegii, alteriusve manus Mortuæ, illis per litteras Adjudicationis injungitur, tenenturque in conformitatem articuli 14. additionum læti introitus Caroli V. hypothecam vel bona eis ita adjudicata intra sex hebdomadas post adjudicationem manni seculari tradere.

SUMMARIA.

S U M M A R I A.

1. *Manus mortua quæ dicatur.*
2. *Ut nulla corpora possideant bona immobilia absque consensu.*
3. *Sed bona sua manui sæculari tradant.*
4. *Uti in primitiva Ecclesia.*
5. *Amortisatio quid sit.*
6. *Ager quomodo dicatur mori in sacris paginis.*
7. *Amortisatio incapacitatis pœna Fabro dicta.*
8. *Prima Amortisationis exempla.*
9. *Amortisatio obtinet in Hispania.*
10. *In Gallia.*
11. *In Belgio.*
12. *In Germania.*

(I) **A**LTERIUSVE MANUS MORTUÆ)
 Tametsi manus mortua variè dicatur, quod ex Chassanæo *ad tit. des mains mortes ad consuet. Burgund.* satis liquet, in proposita tamen materia, Ecclesiam, Civitatem, Collegium, sive aliud quodcumque corpus, vel Ecclesiasticum vel sæculare, quod bonorum capax est, manum mortuam vulgo appellamus. Nam sicut semel mortuus denuo non moritur, ita quoque corpus ejusmodi, etiamsi omnes personæ, ex quibus constat, rebus humanis eximantur & mutantur, immutatum permanet. *l. proponebatur ff. de jud. l. sicut. §. in decurionibus ff. quod cujusque universit. nom. c. quoniam Abbas de offic. deleg. Molinæ. ad §. 41. num. 56. Gotofred. ad l. Collegium Cod. de hered. instit. Peckius de amortisat. bonor. cap. 2.* cui visum semper fuit ideo manum mortuam dici, quod quemadmodum morientis hominis manus, id quod comprehendit firmissime conclusum tenet, neque facile remittit: sic etiam quidquid Ecclesia seu corpus

istiusmodi semel acquirit & in manum, hoc est in potestatem suam accipit, ut *ad ordinat. Reg. tom. 1. tit. de litter. obligat. art. 5. glos. 5.* ait Rebuff. non nisi magna cum difficultate & solemnitate in commune hominum commercium post deinde remittit, *c. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. c. si gratiose de rescript. in 6. c. 1. de alien. feud. versic. inde potest præsumi. l. jubemus Cod. de Sacros. Eccles.* sed accumulando conservat. *c. sine exceptione 2. q. 2. tot. tit. de reb. Eccles. non alien.* & sic bona illa mortua dicuntur quæ amplius de una manu in alteram non transeunt, sed communi hominum commercio quasi exempta sunt, specie quadam mortis Civilis respectu Regis aut Dominorum temporalium. Vide infra *art. 301.*

(2) ARTICULI XIV.) Est secunda additio ad lætum introitum de 25. Aprilis anni 1515. in qua Imperator Carolus V. felicis memoriæ statuit ac voluit: ut nulla bona immobilia, five ea sint feudalia, emphiteutica, censualia, seu allodialia, tam in Ducatu Brabantia & Limbourgi, quam in ditione transmosana, possint vendi, cedi, aut transferri, quacumque de causa vel titulo, in commodum Monasteriorum, Domuum Dei, Sacellorum, Collegiorum, aliarumve manuum Mortuarum, nisi talis venditio, cessio, transportus aut permutatio fieret de communi consensu nostro, & Magistratus Metropoleon, loci ubi bona vendita, cessa, translata aut permutata, sita sunt: in quem finem nulli Scabini, Homines Feudales, aliive iudices poterunt assistere venditionibus, cessionibus, transportibus aut permutationibus, factis in commodum manus mortuæ, sub pœna indignationis nostræ, & multâ Marcæ Auri in rem nostram persolvendæ ab omnibus qui contrarium fecerint & nullitate talium contractuum.

Idem quoque anno 1312. mense Maio à Duce Joanne secundo statutum erat art. 12. in verbis (*En geen der bande gheordende lieden, noch Poorteren van buyten, en mogen onder ons erfachtigh goet vercryghen*) id est, *Nulli Homines ordinati aut Cives extranei sub nobis immobilia possidebunt.* & postmodum *Edicto 6. Novemb. 1520. §. item (dat geen)* sancitum est ut nulla Collegia possint Testamento, Codicillis, aut successione acquirere bona immobilia. Nec intervivos. *d. Edict. §. (soo ist dat wy) in fin.* quemadmodum & *Consuet. Lovaniens. tit. 4. art. 34.* Fundanturque dicta statuta in *textu l. final. ff. ut in possess. legat. adjectis iis quæ ibi notavit Alber. de Rosat. & Bald. in rubr. de rer. divis. ff. paulo post initium.*

(3) *MANUI SÆCULARI TRADERE*) Id quod tam jure Divino quam Civili cautum est. Scriptum est enim *Deuteronomii cap. 10. Non habuit Levi partem neque possessionem cum Fratribus suis, quia ipse Dominus possessio ejus.* (4) Et certum est quod in primitiva Ecclesia, Ecclesiastici nulla bona possederint, sed manus suas evacuasse, omnesque oblationes vendidisse, sive ea forent bona mobilia sive immobilia, ut nummos inde provenientes distribuerent, uti scriptum est *in cap. futuram Ecclesiam 12. quest. 1.* quo tempore cum manus mortuæ nihil detinerent, non erat necessaria *Amortisatio*: (5) quam *Petrus Belluga in spec. Princip. rubr. 14. §. videamus.* Dicit esse translationem in manum mortuam Principis jussu & *Molinæus in consuet. Paris. art. 41. gl. unic. num. 68.* ait: *Amortisatio est ipsa licentia & permissio. retinendi immobilia per manum mortuam: quod alii etiam morticinium vocant.* (6) Sic etiam *Leviticus cap. ult.* dicitur *omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit sive animal sive ager non veniet, nec redimi poterit, & infra: Et omnis*

consecratio quæ offeretur ab homine, non redimetur, sed morte morietur, ad quem locum, quia consecrari poterat ager, Nicolaus de Lyra sic scripsit: ager consecratus mortis vel vite non est susceptivus loquendo propriè & ideo oportet quod mors accipiatur æquivoce & consequenter agri & res inanimate consecratæ mori vel mortuæ dicebantur, sicut possessiones Ecclesiasticæ dicuntur amortisatæ. Idem Glossator ad verba reversa est ad patrem suum Judic. cap. 11. ubi loquitur textus de filia Jephthe. Hoc dictum videtur consentaneum ei quod dicitur Levit. ult. omnis consecratio quæ offeritur ab homine, non redimetur sed morte morietur, & tamen ut ibidem dicitur ager poterat Domino consecrari, qui non est susceptivus mortis, dicebatur tamen mortificari, quia transibat ad jus Sacerdotum vel Templi.

(7) Unde jus hoc amortisationis quod Anton. Fab. Cod. lib. 1. tit. 2. def. 44. in fine incapacitatis pœnam appellat, non sine ratione & exemplo introductum apparet. (8) Primus enim Ecclesiæ possessionem bonorum immobilium permisit Constantinus anno 321. l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. quæ prima est amortisatio, sed gratuita, cum omnia bona ac dominia essent allodialia, Ecclesia tamen prius bona possidebat, etiam ante Alexandrum Severum Can. videntes 12. quest. 1. qui est Urbani primi ad Pontificatum elevati anno 227. quemadmodum & Imperator Constantinus ante annum 321. permiserat Christianis ædificare Ecclesias ac bonis immobilibus dotari Can. futuram Ecclesiam ead. 12. quest. 6. qui est Pontificis Melchiadis anno 313. mortui. Hanc quoque bonorum amortisationem olim edixit Nichephorus Phocas. Covarr. tom. 2. annal. alique Imperatores Christiani l. 20. & 37. Cod. Theodos. de Episcop. & Cleric. laudatque S. Hiero-

nimus *lib. 2. epist. 12. non de lege inquit conqueror, sed de causa quâ hanc legem meruimus.* (9) In tantum ut passim jam obtineat, de Hispania, testante Cresp. de Valdau-
ra obser. 35. ubi dicit quod Jacobus primus, qui tria insignia Regna ex manibus Maurorum recuperavit, Valentinum, Majoricense, & Murcianum, non judicavit contra suam Religiosam & devotissimam pietatem statuere ne Ecclesiasticæ personæ & ceteræ Ecclesiasticæ communitates, pia loca, aliaque corpora bona immobilia possiderent; id enim non in eorum odium disposuit, sed ut suæ Regiæ jurisdictioni & vectigalium impositioni consuleret, quæ hujusmodi frequentibus alienationibus facile posset evacuari. Atque ita tum ab eo tum ab ejus successoribus repetita est hujusmodi prohibitio & à tempore recuperati Regni in viridi observantia conservata.

Fuisse autem factas leges hujus prohibitionis & alia similia, præsentem Legato Apostolico notoria est traditio & testantur de ea Authores Hispani Petr. Belluga *in speculo Princip. rubr. II. §. videndum num. 10.* Leo *decis. 61. num. 4.* ubi rectè animadvertit ex proëmio constare, facta fuisse cum consensu Archiepiscopi Tarraconensis, & Episcoporum Regni Arragonum, & Principatus Catalauniæ.

(10) Per universam Galliam nihil usitatus esse inquit Faber *ad l. quoties Cod. de rei vindicat.* Papon *ad Consuet. Borbon. §. 25. §. 479.* Masuer. *tit. de locat. Mornac. l. i. Cod. de Sacros. Eccles.* Bacquet *du droit d'amortissement.*

(11) In Belgio Perez. & Tulden. *Cod. eod. tit. Anselm. Tribon. Belg. cap. 50.* Zypæ. *not. jur. Belg. de Sacros. Eccles. §. in jure Pontif. tit. de for. compet. §. tit. de immunit. eod. Grot. introd. lib. 1. cap. 15. Peck. de amortisat.*

(12) Idem de nonnullis Germaniæ locis
refert Gail. 2. obs. 32. num. 5. & seq.

A D D I T I O N E S.

INTRA SEX HEBDOMADAS) Datur annus
juxta Consuet. Lov. cap. 5. art. 35.

Bona autem in perpetuam elocationem data
ab Ecclesia, ob defectum solutionis subhaftata
& empta ab Ecclesia, retineri possunt, ob di-
rectum dominium vide Zypæ. jur. Pont. n. lib.
1. de foro comp. n. 15. ubi allegat arrest. Con-
silio Brab. 6. Novemb. 1545.

Articulus CIV.

DICTUS Creditor Censualis aut reidualis
dubitans an hypotheca ei adjudicata non
sufficeret pro consecutione integri Censûs aut
Reditus una cum arrieragiis, expensis, &
reparationibus in hypothecam factis, potest eam
intra annum publice venum exponere congruis
confessibus desuper impositis, & si nullus
quidquam offerat, taxationi subicere, secun-
dum 89. articulum statuti de divisione & li-
mitibus prediorum, juratorum Prefectorum
limitibus aliorumque id intelligentium, in
presentia Commissariorum legalium, & quod
post talem venditionem aut taxationem deficiet
vi præstationis sibi promissæ per executionem
poterit consequi à promissore censuali aut re-
dituario ejusve heredibus & bonis.

S U M M A R I A.

1. *Taxatio secundum credulitatem fit.*
2. *Forma postulandi Deputatos è Magistratu ad faciendum taxationem.*
3. *An Creditori in nomen debitoris sui agentis obstet exceptio non factæ excussionis.*
4. II. *Authores & sententia pro negativa quæ in foro recepta est.*
5. *Authores & rationes pro affirmativa.*
6. *Fiscus partim melioris partim deterioris conditionis quam privatus.*
7. *Quo casu conditio fisci deterior fit.*
8. *Distinxiõ inter tacitam & expressam hypothecam.*
9. *Quæ sublata est per Justinianum.*
10. *Debitor solvens Creditori Creditoris liberatur ope exceptionis.*

(1) **T**AXATIONI SUBJICERE) Cum pretium rei punctualiter scire impossibile sit, rerumque valor non possit videri per oculos, sed mente considerandus sit, taxatio hæc fit à deputatis sub juramento in accessu præstito, eaque non veritatis sed credulitatis, quod nempe in sua conscientia credant rem non minoris vel majoris pretii esse quam pro ut ipsi eam affirmaverint. Carpzov. *process. jur.* t. 20. A. 4. num. 138. & *seqq.* qua de re specialiter statuitur articulo 89. statuti de limitibus vulgo (*van Meeringhe*) in hunc modum :

(2) cum accidit personas habentes hæreditariam locationem, Censuum aut Redituum, cum litteris Scabinalibus in aliquibus bonis, ac de super præstationem boni nominis, talia bona pro dicta locatione aut Sensibus aut Reditibus hypothecam postmodum evincere secun-

dum jura & consuetudines Urbis Bruxellensis, & cogitent prædicta bona annuo non posse reddere quantum importet ipsorum locatio Reditus aut Census, licet eis accedere Magistratum, taxationemque istorum bonorum postulare, quo facto deputabuntur aliqui è Magistratu qui una cum præfectis limitum, & juratis opificiorum, aut aliis id intelligentibus sub juramento & ex cognitione sua taxabunt, & ad Magistratum deferent quantum valeant, & annuo reddant: si tum dicta locatio, Census aut Reditus, reperiatur excedere taxationem bonorum, licet evincenti præstationem promissam sequi adversus quoscumque obligatos.

(3) PROMISSORE REDITUS AUT CENSUS)
 Cum actio hypothecaria competat ei, cui debitoris sui nomen obligatum est, hinc pullulat quæstio an Creditori in nomen Debitoris sui hypothecaria agenti, objici possit exceptio non factæ excussionis: (4) negat Bartolus, alii complures sequuntur citati à Neguzantio. Hujus sententia in foro recepta est, ut testantur decisionum Forensium Authores, Guido Pap. *dec.* 432. Ant. Thesaurus *decif.* 51. *in fine* & hanc defendunt Ant. Faber *lib.* 8. *conjectur cap.* 17. & *de errorib. pragmatic. dec.* 5. *error.* 10. Alexand. Trentacinius *lib.* 3. *resolut. tit. de solut. resol.* 29. *num.* 6. & 7. (5) à qua sententia recedunt alii quamplures: in quibus Jacob. Cujac. *in comment. ad lib.* 30. *ad Edict. in explicat. l. si convenerit* 18. *ff. de pignorat. act.* moventur plerumque *per l. 4. Cod. quando fisc. vel privat* quæ vult non prius ad eos qui fisci debitoribus obligati sunt actionem Fiscalem extendi oportere, nisi patuerit principales reos idoneos non esse, cum tamen fiscus tacitam hypothecam in nomen sui debi-

toris habeat. (6) Respondet Julius Pacius *ad d. l. 4. fiscum partim melioris partim deterioris conditionis, quam privatus: melioris quam privatus non habens hypothecam quia habet hypothecam tacitam, propter quam agit in debitorem debitoris sui, quod privatus facere nequit: (7) deterioris est conditionis fiscus quam privatus in hoc casu: quia privatus habet electionem, utrum malit prius uti personali actione contra debitorem suum, an persequi pignus l. adversus 10. l. ult. Cod. de obligat. & action. quam electionem fiscus non habet, sed ita demum agit in accessionem, si debitor non sit solvendo l. 1. Cod. de conven. fisc. credit. l. Moschis 47. in princ. ff. de jure fisci.*

(8) Vel responderi potest cum Ant. Fabro distinguendum esse inter tacitam & expressam hypothecam: tacita hypotheca inducitur potestate legis id agentis ut quibusdam Creditoribus faveat, ne periclitentur: itaque hactenus illis tantum succurritur, ne damnum sentiant, at non possunt esse in damno, si debitor ipse sit solvendo: hunc ergo prius excutere debent antequam tertio possessori molesti sint; secus est in hypotheca expressa atque ita plenior hic est provisio hominis quam legis.

(9) Quamvis autem Justinianus hanc differentiam sustulerit per *novell. 4.* qua etiam expressam hypothecam habens non potest agere contra tertium possessorem indiscusso reo principali, tamen, quod notandum, Justinianus loquitur de tertio, non quovis, sed tertio possessore. Atqui debitor debitoris mei est quidem tertius, at non possessor: quia actio personalis qua is tenetur, ab eo non possidetur. (10) Deinde non perinde hujus debitoris interest, atque tertii possessoris, quia debitor solvens creditori debitoris sui liberatur

saltem ope exceptionis, ut verendum non sit, ne hinc nova lis oriatur, at possessor solvens habet regressum adversus authorem suum: potius autem ejus interest non solvere quam solutum repetere vide Anton. Fabrum *d. lib. 8. conject. cap. 17. & decad. 5. error. 9. 10.* Chafsan. *ad consuet. Burgund. tit. des Rentes rubr. 5. §. 2. num. 17.*

(II) Et hanc sententiam, quod in perfequendo nomine oppignorato discussione opus non sit plerisque Dominorum Senatus Frifici probatam fuisse asserit Joannes à Sande *decis. Frific. lib. 3. tit. 12. defin. 25.*

Articulus C V.

ET si non satisfiat sententiis judicatis, condemnationibus, contractibus, prestationibus, obligationibus, aliisque debitis aut actionibus personalibus sententiatis, post excussionem mobilium, ut ante, bona immobilia, census & redditus debitoris inductioni subjiciuntur, in Urbe Bruxellensi nempe ejusve Territorio per Ammannum ejusve locum Tenentem, coram duobus Scabinis Urbis; extra Territorium vero, per universam Ammanniam, per Ministrum unum coram duobus Civibus, & bona feudalia coram Paribus Curie ut ante articulo 99. dictum est, modo Vinum persolvatur ut ante, absque eo quod requiratur ingressus in omnes partes bonorum, censuum aut reddituum, in qua postulatur inductio, aut in quemlibet in particulari: sufficit vero ingressum fieri in unam partem bonorum debi-

toris aut promissoris, sub qualibet jurisdictione: nec debent evacuari bona in que facienda est inductio, uti in evictionibus requiritur: ita tamen ut si debitor aut promissor ipse hypothecam possideat, ejus mobilia ibidem reperta primo excutiantur, quemadmodum & quidquid locatarii pro locario debent.

ET SI NON SATISFIAT) Quamvis hic articulus Consuetudinis nostræ dumtaxat loquatur de debitis personalibus, id etiam aliarum Civitatum mores ad realia extendunt, uti constat de Consuet. Antwerp. tit. 34. art. 34. Silvæduc. tit. 23. ab art. 23. usque 28. Breda art. 22. Ordination. Liran. tit. 12. art. 36. Mechlin. tit. 13. art. 35. vide etiam art. 16. Regulamenti seu sententiæ Sancti Audomari.

A D D I T I O.

WOrdt gevraeght watter moet geschieden, als wanneer de hypoteke is een onlichaemelyck recht, by exempel eene Rente, Jurisdictione, Thol oft Accys? Moet gegaen worden op den grondt, op welcken het voorschreven Recht is staende, ende als'er geenen grondt en is, moet gegaen worden ter plaetse daer de voorschreve Rechten ontfangen worden. Cuypers Grondt-proced. 71. quest.

Articulus CVI.

ET inductionis relatione facta more supra descripto, dicta bona, locationes, Censūs & redditus publicè venum exponuntur in Camera Ammanni ubi tales venditiones fieri solent, imponendo quatuor confessus, de quindena in quindenam, & præviis Proclamatio-

nibus & Affixis schedis tam eo loci ubi bona sita sunt, Templi Valvis, & Domui Civica quam aliis locis publicis: & consequenter coram Ammanno ejusve locum Tenente, ac binis Scabinis Urbis, cum extinctione ardentis candele plus offerenti venduntur, nempe primò Allodialia & Censualia, ac deinde feudalia in subsidium: emptorque inheredatur, ut in bonis plus offerenti in Camera Ammanni divenditis coram dicto Ammanno ejusve locum Tenente, & Scabinis Urbis quatuor: & si bona vendita ruri sita, sint Censualia, ad dictam inheredationem citatur Dominus Fundarius ejusve Officiarius, ut assistat recipiatque laudemia, si que ei competant, cujus defectu, vel casu recusationis, Ammannus ejusve locum Tenens, aut quis alius nomine dicti Domini Fundarii assumitur, idemque Ammannus aut ejus locum Tenens, nomine Ducis Brabantie, in confirmationem emptionis vi supreme Jurisdictionis, solitam ac debitam prestationem spondet, & respectu bonorum Feudalium inheredatio fit coram Vicario, aliisque beneficiariis Curie quam sortiuntur.

S U M M A R I A.

1. Venditiones cur in locis situs publicande.
2. Ad candelam sunt elocationes & venditiones.
3. Executionis ordo non potest inverti.
4. Sed primo excutiuntur minus obfutura.

5. Ordo præscriptus statuto aut consuetudine loci censetur ordo substantialis.
6. Consuetudo non solet induci, nisi de causa rationabili.
7. Levis solemnitas omissa vitiat actum.
8. Ordine excussionis inverso debitor ab executione appellat.
9. Ordo excussionis potest inverti de consensu debitoris.

(1) **T**AM EO LOCI UBI BONA SITA SUNT) Nempe quia distractiones iudicati solvendi causa faciendæ, palam & publice celebrari debent, quod videtur in Gl. *super verbo, omni ordine l. 1. Cod. de fid. instrum. & jure bast. fisc. lib. 10.* atque eorum argumento, quæ in authent. *hoc jus porrectum Cod. de Sacros. Eccles.* scripta reperiuntur. Atque etiam in loco situs & aliis adjacentibus locis, quia nimirum vicini præsumuntur valorem rei distrahendæ melius nosse, & rem ipsam avidius empturi, quam qui procul inde habitant: cum res ipsa ex qualitate & quantitate reddituum, quam vicini præsertim norunt, æstimanda sit. *l. si quos debitorum junctis his quæ eo loci notantur Cod. de rescind. vendit.* itemque cum pretii veritatem loca & tempora adferant *l. pretia rerum. §. fin. ff. ad leg. falcid.* Quare justo pretio res à vicinis comparari facilius poterit, quam ab his qui remotiores sunt: cum etiam vicinos agros majori pretio nostris contingere, nostra interfit *l. si cui fundus ff. de leg. 2.*

Itaque in hoc distractionum publicarum genere etiam affectata æstimatio admittitur, ut plus offerenti res subhasta adjudicari debeat.

(2) **EXTINCTIONE ARDENTIS CANDELÆ**) Quandoque ad Clepsydram vel ad Candelam non solum res venduntur, sed etiam elocantur

& conducuntur, ita ut si post ultimam licitationem, & antequam aliquis animosior præcedentem superet, arenula effluat, vel Candela extingatur, huic postremo licitatori, alias tamen idoneo res addicatur. Hering. *de fidejussor. cap. 6. num. 19.* de hac forma vendendi per extinctionem candelæ vide Mangil. *de subhastat. & licitation. quest. 80.*

(3) NEMPE PRIMO ALLÖDIALIA) Ita ut ordo excussionis non possit inverti; distrahendo feudalia V. G. ante Allodialia, aut immobilia ante mobilia, alias executio erit nulla. *l. à Divo Pio 15. §. in venditione ff. de re judic.* Aymon. *ad Consuet. Alvern. tit. des executions art. 1. in verb. Commence son execution sur les biens Meubles.* Christin. *ad ll. municip. Mechlin. tit. 13. art. 28. num. 2. & seqq.* Grot. *art. 19. cap. ult.* (4) ipseque executor talem se gerere debet, ut semper prius quæ debitori minus nocebunt dividat, tam in mobilibus quam immobilibus, sicut in mobilibus prius dividat minutiora, & quæ minus debitori oberunt, quam ad majora quæ plus oberunt, accedat. Et similiter in immobilibus ut prius leviuscula & minus obfutura distrahat, utique ut amor Justitiæ in omnibus fervetur, & ut odii vel malitiæ suspicio undique dispellatur, quæ facile oriretur, si executor pro re modica aut in mobilibus, aut in immobilibus rem aut fundum magni pretii dividere pergeret, idque iniquum, quod ipsi non licet, procaciter agere tentaret. vide Bartol. *in d. l. à Divo Pio §. in venditione.* juncta ibi Glossa. *in verb. in animalia, alias animales & l. moventium ff. de verbor. signific. & l. quamdiu Cod. de distract. pignor.* Bart. Alexand. & DD. *in d. §. in venditione.*

(5) Et quoniam in qualibet specie causarum, sive summariæ sive plenariæ sunt, ultra

communis juris diſpoſitionem, in plerisque locis, vigore ſtatutorum, aut conſuetudinis localiſ, certus modus ac ſolemnitas in procedendo adhiberi conſuevit, propterea diligenter ad id erit attendendum, quoniam quiſquis ſtatuenti ordo placuerit, (6) cenſetur ordo ſubſtantialis, cum talia nonniſi aliquo myſterio & rationabili cauſa induci conſueverint. Idcirco ſi modus ille & ordo non ſervaretur, proceſſus eſſet nullus, diſtinctione non habita an eſſet ordo unius cauſæ ad ſeipſam vel ad aliam, quia ſemper quod fit contra huiusmodi ordinem ipſo jure non valet. *cap. cum dilecta de reſcript. c. cum venerabili de offic. deleg.* ita declarat Bald. in *l. prolatam. Cod. de ſentent. & interlocut. col. pen. verſic. & nota, quod & in l. 1. ff. de lib. & poſſib.* (7) ubi nonnulli voluerunt quamlibet leuem ſolemnitatem à ſtatuto pro forma & ordine inductam, ſi omittitur, vitare. Quod reaſſumit Felin. in *cap. quoniam contra col. 5. verſic. ſi tamen ſtatutum & ut litè non conteſt. & in d. cap. cum dilecta & ponit Decius lib. 1. conſ. 429. col. 2. num. 5. & conſ. 434. in princ. Ancharan. conſ. 6. num. 4. & conſil. 36. in princ.*

(8) Si igitur executor hunc ordinem & diſtinctionem infregerit, debitor ab ejus executione appellare poterit, ut qui judicialis ordinis modum exceſſerit, ut *l. ab executione Cod. quor. appellat. non recip. & l. executores Cod. de execut. rei judic. Damhouder. prax. Civil. cap. 258. num. 5.*

(9) Poterit tamen hic ordo omitti conſentiente debitore: cum iis quæ in favorem alicujus introducta ſunt, renunciare liceat. *l. ſi quis in conſcribendo. Cod. de pactis. Chriſtin. d. art. 28. num. 3.*

A D D I T I O N E S.

DE solemniteyten moeten in uytwinninge achtervolgt worden, andersints en wordt den pandt niet gesuyvert van de jonghe Rentieren. Cuypers 27. quest. ende 44. quest.

Verscbil tusschen decreet ende uytwinninghe, dat den Eygenaer in het decreet niet comende in oppositie, van den eygendom van synen pandt comt te vervallen, des niet en geschiet by wege van uytwinninghe, waer by eenen Eygenaer niet gedaeght synde, geen prejuditie en comt te leyden. Cuypers Grondt-proced. 64. quest. in de addit.

Articulus CVII.

Inductiones ita factæ afficiunt Fundum in quem inductio facta est, nec non Fructus pendentes ac desuper quidquid clavo aut terræ annexum est in satisfactionem debiti aut actionis, ob quam facta est inductio. Quique inductioem fieri procurarunt in Fructibus præferuntur omnibus aliis personalibus Creditoribus, etiam hypothecariis qui prius jus suum in fundum non sunt prosecuti.

FRUCTUS PENDENTES) Fructus enim pendentes partem rei esse notissimi juris est. l. Fructus pendentes ff. de rei vindic. l. ultima §. fructus ff. quæ in fraud. credit. cum infinitis congestis de hac regula per Tiraquell. de retrac. lignac. §. 1. gl. 7. num. 37. & seq. & de retrac. conventional. §. 5. gl. 4.

PRÆFERUNTUR) Hypothecarii Creditores virtute hujus articuli & aliorum præferuntur: ac primo

primo illi quibus specialiter hypothecæ loco res obligata est, & inter eos in concursu Creditorum obtinet regula qui prior est tempore potior est jure l. 1. in fin. & in l. si pignus l. si jure l. potior. l. Creditor. l. qui prior l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. l. 2. & l. licet Cod. eod. & c. qui prior. de reg. jur. in 6. ubi latè Dynus. quæ temporis prærogativa etiam ad horam & momentum consideratur ut notat Glossa in l. si ex pluribus §. fin. in verb. finali ff. de solut. Felin. in c. pastoralis. num. 5. de rescript. Dec. cons. 689. num. 2. cum seq. Andr. Gail. 2. observat. 25. num. 3. Julian. Brodeau in not. ad Georg. Louët en ses arrests lit. M. num. 10. per l. 3. §. minorem ff. de minorib. ita ut à tempore inductionis factæ fructus possessionis traditæ spectent ad ipsum Creditorem. Christinæ. ad ll. municip. Mechlin. tit. 19. art. 19. num. 12.

A D D I T I O N E S.

BT uytwinninghe vallen de Renten van jongere Rentieren in personaliteydt, ende wordt den overschot onder hun verdeylt, ten opsichte van de Capitaelen ende verlopen, naer ordre van tydt van hunne realisatien. Cuyp. van Grondt-proceduren 24. quest. in de addit.

Dat den Coop-prys gecomen van de vercochte hypoteke volgens d'ordre van tyde verdeylt wordt. Siet Cuyp. in syne 105. questie n. 4.

Articulus CVIII.

Processus inductionarius anno dumtaxat durat, ita ut intra illud tempus terminari debeat vel ad adjudicationem aut evictionem, vel ad venditionem plus offerenti;

nisi per oppositionem aut alias de jure impediretur, quo casu continuari posset processus, nec tempus oppositionis nec alia impedimenta ei aliquo modo obstare aut præjudicare possunt.

S U M M A R I A.

1. Oppositio inductioni facienda antequam Creditor pro domino possideat.
2. Proprietario se non opponente admittuntur Creditores recentiores ad consequendum expensas.
3. Creditores tantum audiendi ante obfirmatas tabulas decreti.
4. Consuetudines Gallie admittentes oppositionem.
5. Consuetudines Brabantie conformes in admissione oppositionis.
6. Creditores in diem, & conditionales non possunt se opponere.
7. Sed de jure suo possunt protestari.

(1) **N**ISI PER OPPOSITIONEM IMPEDIRETUR) Hinc patet quod Proprietarius aut alius qui jus in re evincenda habet se possit opponere evictioni, vel post proclamationes, antequam jubeatur pro domino possidere, & ei facta fuerit traditio provisionalis, uti innuit etiam Chassanæus ad consuet. Burgund. tit. des Rentes vendues §. in verbo si non extant num. 2. 3. 4. 5. ubi tradit quod non obstante eo quod Proprietarius vel tertius quispiam sese opponat executioni, remaneat tamen in possessione: salvo tamen eo quod opponens si docuerit de non jure evincentis per provisionem impedire possit ulteriorem executionem. (2) Sed si Proprietarius se non opponat, queritur an id facere non possint Creditores recentiorum redituum ad consequendum expensas & melio-

rationes & promissa arrieragia? Charond. *lib. 3. ref. 77.* videtur innuere quod sic, quia succedit in jus & locum Creditorum, à quibus redemerat reditus secundum *l. 1. Cod. de his qui in priorum locum succedunt.*

(3) Ita tamen ut Creditores tantum audiendi sint ante obfirmatas tabulas decreti, non autem post: cui conformis est dispositio statuti Parisiensis §. 354. (4) & ei correspondent Gallix consuetudines aliæ, ut Calesensium *art. 275.* Chalon *art. 149.* Ambian. *art. 258.* Insularum *art. 167.* Boloniensium *tit. 19. art. 62.* Artesiæ *art. 190.* Aurelianensium *art. 440.* Normandiæ *art. 564.* Auverniensium *cap. 24. art. 41.* Pictonum *art. 444.* Angoulesmensium *cap. 8. art. 106. & 107.* aliæque consuetudines citatæ à Fortin. *in conferent. suis Consuet. Paris.* ubi etiam citantur nonnullæ quæ nonnihil discrepant ab hac consuetudine: & notat quod in Curia Parlamenti nullus recipiatur in oppositione sua contra decretum postquam iudicatum fuit super discussione oppositionum.

(5) Eadem oppositio in materia inductionis etiam aliarum Brabantix Civitatum moribus recepta est nempe apud Lovanienses *cap. 4. art. 7.* Antverp. *tit. 34. art. 3.* Silvæ Duc. *tit. 21. art. 9.* Bergozom. *tit. 2. art. 65.* Bredan. *art. 6. & 7.* Ordinat. Liran. *tit. 12. art. 25.* Mechlin. *tit. 13. art. 22.* quibus omnibus fas est juris atque hypothecarum conservandarum causa se opponere.

(6) Sed quid de in diem debitoribus, cum dies solutionis nondum venerit? aut in conditionalibus? an poterunt hoc casu se opponere? & videtur non posse, quandoquidem nihil his adhuc debetur *l. qui hoc anno & l. quoties ff. de verbor. oblig. l. cedere diem de verbor. & rer. signif. l. grege §. fin. de pignor.*

Deinde cum non possint agere adversus eos, non videtur currere legalis præscriptio *l. 1. in fin. Cod. de anna excep.* itemque nullum est pignus cujus persecutio denegatur. *l. si noxale in pr. ff. de noxal. action. (7)* attamen ea in *l. grege §. fin. versic. ideoque & l. quæsitum.* Jure-Consultus statuit, tunc protestari posse de jure suo, atque opponere propter sui juris conservationem: quod etiam in *l. si creditor ff. de sep. bon.* licet perspicere. Id notat in specie Jafon post Raph. Cuman. in *l. si stipulatus ita fuerim. §. 1. versic. 2. limita. ff. de verb. oblig.* Item omnes quorum interest, sive ex eventu litigii, aut qui alio jure sibi debitorem ex eventu fieri posse asserunt, debent de illo eventu protestari, per viam oppositionis, quod si illi non fecerint, præsentio jure privatur ne indetectis oneribus, rem majori pretio mercatus, decipiatur. Ita in *l. si eo tempore 6. Cod. de remissione pignor.* docet Faber.

Articulus CIX.

Quemadmodum & sententia in contradictorio judicio lata, aut super litteris Scabinalibus sumpta, & cetera condemnationes executioni mandari debent intra annum: annoque elapso, debent declarari executoriales pro executantis defectu.

EXECUTIONI MANDENTUR INTRA ANNUM) Considerandum est quod cum quis obtinuit sententiam coram Judicibus subalternis, eamque intra annum executioni mandare distulerit, id ei amplius non licere nisi prævia permissione ac nisi sententia declaretur execu-

Corialis Merial. prax. Civil. lib. 4. tit. 93. cap. 7. quod & obtinet in Consilio Brabantiae ord. conf. Brab. art. 543. & 544. quibus & art. 434. statuitur ne tales sententiae realiter executioni mandentur sed per nampficationem.

A D D I T I O N E S.

IN den grooten Raede van Mechelen suranneren de sententien op 10. jaeren. Cuyp. Grondt-pr. 56. quest. in de addit. alsdan saisissement gedaen is binnen de 10. jaeren magh de executie voorts gedreven worden naer de 10. jaeren ibid.

Item als de sommatie gedaen wordt binnen s'jaers magh daer naer de executie gecontinueert worden. Idem 69. quest. in de addit. 5.

Articulus CX.

Item pro Reditibus Vitalitiis excuti possunt bona Mobilia Debitoris, etiam locarium Conductoris: nec evinci possunt hypothecae aut bona immobilia pro dictis Reditibus vitalitiis obligata, sed Creditoribus redituali- bus adjudicantur ut ea elocent de triennio ad triennium donec de arrieragiis suis & de expensis eis sit satisfactum.

S U M M A R I A.

- | | | |
|-------|---|--|
| 1. 2. | } | Differentiae inter evictionem pro Re-
ditu perpetuo, & eam qui fit pro
reditu vitali. |
| 3. 4. | | |
| 5. | | Ratio cur hypotheca non possit vendi in
evictione pro reditu vitali. |
| 6. | | Antverpiae indifferenter licet distrabe-
re hypothecum pro reditu perpetuo &
& vitali. |

NEQVE LICET EVINCERE IMMOBILIA)
 Differentiæ inter evictionem hypothecæ
 pro redditu perpetuo & redditu vitalicio sunt hæ :

(1) Primo quod evincens pro redditu vitalicio numquam possit hypothecam alienare, quod tamen evictione pro redditu perpetuo supra art. 99. & 100. permissum est.

(2) Secundo tenetur hypothecam evictam precise reparare, nec reparationum expensas potest repetere.

(3) Tertio tenetur exactè solvere omnes precedentes census ac redditus.

(4) Quarto detinet fructus collectos non tantum pro lapsu redditus vitalis, sed & pro arrieragiis pro quibus inductio facta est, in quo totum differt ab aliis evictionibus, in illis enim dumtaxat fructus evictionis tempore collecti percipiuntur pro lapsu redditus durante evictione, arrieragiis pro quibus inductio facta est, confusis.

(5) Ratio autem cur in evictione pro redditu vitalicio non possit vendi res quæ evicta est, consistit in eo quod arrieragia æque ac Canones lapsi tempore evictionis cum fructibus compensentur, itaque evincens nullum jus habet, vi cuius posset procedere ad venditionem : non pro capitali, cum non possit repeti, non pro arrieragiis, quia cum fructibus compensantur.

Ita ut evincens fundum pro redditu vitalicio eum tantum possit defructuare, & ita pro redditu vitali suo possidet fructus fundi evicti seseque gerere tenetur uti usufructuarium decet salva semper rei substantia, eam sartam tectam custodiens & precedentes census persolvens : cum tantum possideat nomine alieno. Unde hic articulus non permittit nisi elocationem de triennio ad triennium usque ad solutionem

arrieragiorum & recuperationem expensarum in rem evictam factarum.

(6) Contrarium statuitur tit. 34. art. 29. consuetudinis Antverpiensis ubi permiffum est æque pro reditu vitali ejusque arrieragiis ac pro reditu perpetuo fundum publice evincere & plus offerenti divendere.

Articulus CXI.

CUm aliquando in executionibus rerum judicatarum & Litterarum Scabinalium sententiatarum, committatur abusus & error, precipue dum tales executiones fiunt adversus heredes debitoris quorum alii sunt Mobiliares alii Immobiliare, ut inter eos servetur ordo excussionis: idcirco heredes Mobilium primo debent excuti, postea heredes immobilium ac tandem si Creditori non sit satisfactum, potest devoluta bona in subsidium excutere, ita tamen ut pro actionibus dividuis si plures sint heredes debitoris, unusquisque pro rata portionis sue hereditaria dumtaxat teneatur. Sed in actionibus realibus aut hypothecariis ad obligationem pignorum & constitutionem redituum in Doariis, in constitutione ulterioris hypothecæ aliisque similibus individuis, Creditori licet quemlibet illorum heredum in solidum excutere cui tunc liber est regressus adversus cohæredes suos.

Vide ordinem excussionis supra art. 106. num. 3.

INDIVIDUIS) Si plures fuerint debitoris hæ-

redes quisque pro rata debet conveniri l. 2. l. 6. de hered. act. l. 14. Cod. de rei vendic. si vero debitum sit indivisibile tunc unus in solidum potest conveniri. l. 25. §. 9. ff. famil. ercisc. l. 139. ff. de verbor. oblig. vide Gail lib. 2. obs. 14. Goris advers. tract. 2. cap. 1. num. 3. Wassenæ prax. Civ. cap. II. num. 46.

A D D I T I O.


MAer alhier tot Brussel obtineert dese maxime van Rechten, quod onera hæreditaria ad hæredes transeant pro portionibus hæreditariis, & dicitur explorati juris in l. 1. Cod. si cert. petat l. 2. Cod. de hered. action.

Articulus CXII.

POtest quoque Creditor pro actione personali ac dividua excutere bona eorundem hæredum qua eis indivisim competunt, nec ad eorum divisionem tenetur, ut ante.


Turbæ aliquot ad materiam Inductio-
num spectantes. Vide Tom. I. pag. 110.




 TITULUS SEPTIMUS

De Præferentia.

Articulus CXIII.


 Nno 1531. publicata est quedam constitutio, quo ad præferentiam nomine Cæsareæ Majestatis Caroli V. super Banca rupturis: inter alia continens quod Creditores Banca ruptorum vel Fugitivorum debeant concurrere ad consequendum sua credita tam in divisione Mobilium quam Immobilium ab ipsis relictorum & reperibilium, secundum magnitudinem & pro rata crediti absque aliqua præferentia, non obstante quod nonnulli Creditores alios prævenissent, seu via Arresti seu aliter, in bonis Banca ruptoris, Fugitivi & Complicium, etiamsi id fieret in locis privilegiatis; non obstantibus Privilegiis, Statutis aut Moribus locorum contrarium disponentibus, quibus per dictam constitutionem derogatur, salva tamen semper præferentiâ locarii in bonis Mobilibus Banca ruptorum, Fugitivorum ac eorum complicium, in fundo aut in domo cujus locarium debetur, repertis.

A NNO 1531.) Constitutio sive Edictum hoc est de 7. die Octobris anni 1531. & extat vol. 1. Gandensi fol. 751. præcipue num. 7. & aliud de 4. Octobr. 1540. vol. Gand. fol. 767. & simile

extat in vol. *Edict. Brabant. lib. 1. tit. 1. cap. 3. de 29. die Julii anni 1615. de quibus vide Leoninum conf. 63. & Mornac. ad l. 6. ff. de tribut. actione.*

PRÆVENISSET VIA ARRESTI) Vide Loüet *lit. M. num. 8.*

SALVA PRÆFERENTIA LOCARII) Simile disponitur in *l. 4. ff. de pactis* & in *l. certi juris 5. Cod. de locat. & conduct.* & in *l. est differentia ff. in quibus caus. pign. vel hypot. tac. contrab.* in quibus traditur invecta & inducta in prædium domumve pignoris loco locatori teneri, etiamsi postea educantur Bald. in *d. l. certi. quest. 6.* ubi etiam tradit quæ censeantur bona illata & invecta in domum ab inquilino ut pro pensione domus sint hypothecata: quod etiam diferte declarat Menoch. *de arbitr. judic. quest. 1. 2. cent. cas. 441.* & Charond. *ad consuet. Paris. art. 161.* quæ licet nonnulli existiment posse alienari, si non fuerint prius inclusa & descripta, per *l. utique* & *ibi gloss. ff. de damn. infec.* verior tamen est contraria opinio: semper enim pignoris jus rei annexum est etiamsi ea ad alium transferatur. Costal. in *adversar. suis ad d. l. est differentia* adeo (sicut *ibidem* inquit Costal.) ut nec debitor legans, donans, aut vendens rem pignori nexam, jus hypothecæ convellat. *l. debitorem Cod. de pignorib. vide Berlich. 1. practic. conclus. 67. num. 62.*

De præferentia & concurrentia Creditorum tam realium quam personalium vide latè Wafsenæer *prax. Civil. cap. 22. §. 44. & seqq.* Gail. *2. observat. 25.* Sim. à Leeuw. *censur. for. part. 1. lib. 4. cap. 11.* Gudelin. *de jure noviss. lib. 4. cap. ult.* Zypæ. in *judice lib. 2. cap. 10. & not. jur. Belg. tit. de execut. rei judic. & tractat. singul.* Beutheri. Melonii. item Modest. Pistor. *quest. 165. num. 4. 5.* Carpzov. *p. 1. constit. 21. def. 1. cum. seqq.* Hopping. in *consil. posthum. pag. 575.*

A D D I T I O N E S.

Geturbeert den 21. December 1573. dat het Placcaert alhier vermeld, maer en respicieert de Banqueroetieren, maer niet insolvente schuldenaers geene Banqueroetiens wesende. Het selve geturbeert den 11. April 1581.

Den 29. Meert 1721. is gewesen in den Raede van Brabant, dat generaele Arresten ghedaen op de Goederen ende Renten van eenen Debitour, ter dry Secretaryen, ende ten Comptoire van d'Annotatie deser Stadt, geen recht van preferentie en connen geven in prejuditie van de gemeyne personele Crediteuren van den boedel van den selven Debitour wordende insolvent, tusschen de Weduwe wylen Guilliam Treckaert Suppliante, tegens den Procureur Focquet Curateur van den insolventen boedel van N. Grimberghs subshouten.

Daer en valt geene preferentie voor Boden loonten respecte van liveradors van ete Waeren in Sterf-huysen van Militairen, ende wordt de ordre desaengaende gestatueert, niet geobserveert, maer wel de geschreven Rechten.

Geturbeert den 21. December voors. dat tot alle schulden bekent voor Schepenen deser Stadt, ende dese bekentenisse bevonnist zynde, staet prompte ende parate executie, ende dat de Crediteurs van sulcken schulden worden geprefereert voor alle andere op de geexecuteerde Goeden.

Articulus CXIV.

Quo ad preferentiam autem & Concurrantiam aliarum personarum & non banca ruptorum, praefertur dictum locarium in mobilibus debitoris in fundo repertis, ne ante, vel etiam è fundo amotis si ea ante

amotionem pro locario arrestata sint : deinde Merces famulorum, Oris expensæ, tradita Edulia, & Potulenta, nempe Panis, Vinum, Cerevisia, Caro, Caseus, Butyrum & similia ad subsistentiam nature servientia. Item nummi Principis, credita Civitatis, prime executiones sententiarum aut litterarum Scabinalium sententiatarum, Pœna & Labor, Arresta observando eorum ordinem, & inductiones, eaque omnia usque quo se Debitoris bona extendunt : excepto quod si nonnulli Creditores bona Mobilia Debitoris sui antea vi Sententiarum, Condemnationum aut Litterarum Scabinalium sententiatarum excusserunt, debiteque inventariari procurarunt, ut ad venditionem procederent, vel jam reapse venderent, iidem Creditores, ut habentes jus affectationis, per executionem & inventarium, aliis præferantur, si locarium exceperis respectu Mobilium in fundo reperorum, superfluo alias manente in commodum aliorum Creditorum, ut habeant præferentiam & concurrentiam suam distinguendo ut supra.

PRÆFERTUR LOCARIUM IN MOBILIBUS &c.) Id quod adeo verum est, ut etiam libri studiosorum illa hypotheca tacite affectentur Berlich. 1. pract. concl. 67. num. 66. nec amittitur ea hypotheca quamvis locator expressa & speciali hypotheca sit munitus Berlich. ibid. num. 63. Seneidwin. de action. §. item serviana num. 35. cessat tamen hoc privilegium ubi fideiussorem sumpsit locator Berlich. ibid. num. 64.

Hering. *de fidejussor. cap. 15. num. 45. per l. 5. §. 2. & l. pen. ff. quibus mod. pig. solv.*

Obligantur etiam bona secundi conductoris ; sed non nisi pro rata conductionis promissæ *l. 11. §. 5. de pignor. act. l. 24. §. 1. loc.*

Et controvertitur utrum bona alicujus tertii scientis & non contradicentis invec̄ta & illata eodem modo obligentur : vide *l. 1. §. pen. ff. de migrando & l. 1. si res alien. pign. dat. Mathæ. tract. de auctionib. cap. 19. num. 55. qui vult ea tacitè non obligari nisi pro eo quod conductor est promeritus. Rebuff. de litterar. oblig. art. 4. gl. 2. num. 36. alii tamen volunt ea bona tertii etiam obligata esse ad amovendas omnes fraudes quæ à conductore adversus locatorem possent machinari Zutphen. *Nederl. pract. verbo Hueringe art. 4. vide supra art. 113. in addit.**


MERCES FAMULORUM) Quibus verbis intelligitur tam Merces Famulorum Domesticorum & Ancillarum item Operariorum & Mercenariorum qui nobis quacumque in re infervire solent. Cujus causa quam fit favorabilis non solum docent nos sacræ litteræ *Levit. cap. 19. versic. 13. Deuteronom. cap. 24. versic. 14. 15. Tob. 4. versic. 15. sed & ipsum jus positivum civile, quo secundum aliquos hujus respectu inducitur jus tacitæ hypothecæ, & hinc jure Saxonico privilegium prælationis inter Creditores personales sive chyrographarios. Math. Wesenbec. ff. de privil. Credit. num. 5. in fin Berlich. pract. concl. part. 1. concl. 64. num. 65. uti & passim per Brabantiam obtinere testantur Consuetud. Antverp. tit. 66. art. 36. Liran. tit. 12. art. 17. Casterl. tit. 9. art. 1. Ghelens. tit. 16. art. 6. Bergozom. tit. 16. art. 6. Sylvæ Duc. tit. 20. art. 5. Deurn. art. 537. ex quo justissime hic pignoratio datur, dum æquum sit ut hujusmodi operæ in vita hominis necessariæ, quam celer-*

rime mercedem consequantur : namque effundit eis sanguinem , qui mercedem subtrahit mercenario. Mornac. *ad l. 7. ff. mandat.* & pertinet eodem quod generaliter quodammodo receptum sit in hujusmodi causis summarie & executive procedi nec ullam moratoriam exceptionem admitti. Rebuff. *ad constit. Reg. tom. 2. tract. de litterar. oblig. art. 1. gl. 1. num. 26.* Moller. *semestr. lib. 4. cap. 6. num. 2. in fin.* cujus favoris intuitu hac occasione etiam definiri potest , famulis ægrotantibus , pro ea parte anni qua ægrotaverint non esse diminuendam sed integram solvendam mercedem. Quod tangit Jurisconsultus in *l. cum heres 4. §. sychus 5. ff. de statu lib.* Sed etsi , inquit , quibusdam diebus aut valetudo , aut alia justa causa impedimento fuerit quo minus serviat , & hi anno imputandi sunt. Servire enim nobis intelliguntur hi , quos curamus ægros , qui cupientes servire , propter adversam valetudinem impediuntur. Atque hoc judicando secuta est utraque Curia Parisiensis & Tholosana , uti tradunt Ludovic. Charond. *in respons. jur Gallic. lib. 9. cap. 24.* & Gerard. Maynard. *in quest. notab. lib. 3. cap. 13.*

ARRESTA OBSERVANDO ORDINEM) Vide supra art. 79. & ibi addita num. 6.


VI SENTENTIARUM) Vide Loüet *l. 5. num. 24.* & *l. 1. Cod. si in causa judicati pign. capt. sit.* Franc. Kinschot. *resp. 11. num. 14.* Leeuwen. *cons. for. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 13.* Mornac. *ad rubr. ff. de pignor.* Christin. *ad ll. municipp. Mechlin. tit. 13. art. 13. num. 14.*




 TITULUS OCTAVUS

De Cessione.

Articulus CXV.


 N materia Cessionis observatur
 Edictum à dicta Casarea Maje-
 state anno 1536. desuper factum
 & publicari jussum.

ESt & aliud Edictum de anno 1542. 20.
 Octob. quod in omnibus punctis per uni-
 versum Belgium observatur continens imprimis
 ut qui litteras impetrarunt ad cessionem facien-
 dam, eas in judicio infra mensem offerant una
 cum synopsi jurata omnium bonorum eademque
 derelinquant Creditoribus, dimissa possessione:
 petantque decretum personaliter ipsi, nudo ca-
 pite atque discincti, bona derelinquant Credito-
 ribus, unico lecto & quæ eo pertinent detentis
 unoque ex quolibet supellectilium genere: ut
 tamen vasa aut stannum retinere non possint:
 nisi ista fecerint, beneficio cessionis excidant.

Hujusmodi litteræ vim non habeant adversus
 res judicatas, obligationes sub sigillo Regio
 Conciliorum Magistratumve, Urbium privile-
 giatarum, aut coram Auditoribus Regiis, sub
 sigillo in id à Commissariis servato: nisi ad
 inopiam devenerint omnino citra culpam. Edic-
 tum hoc exstat in primo volum. Gand. pag. 776.
 num. 5. qui est in pag. 780.

Qui rite cesserunt postmodum fatigari à Creditoribus non possunt, nisi aliud acquisiverint, quod idoneum emolumentum habeat. §. *cum eo quoque instit. de action.* vel quando agitur in id quod facere possunt, quod iudicis arbitrium recipit. l. 4. 6. & 7. ff. *de cess. bonor.*

In supremo Brabantiae Concilio quicumque litteras cessionis obtinere desiderat tenetur citare suos Creditores, eisque scriptim tradere credita ac debita, nec non bona quae ipsi etiamnum supersunt cum oneribus eis impositis, causamque debiti. Quo facto ipsi provisio conceditur continens dictam declarationem, & Creditores citabuntur, habebuntque copiam dictarum litterarum, si ita illis placuerit: dieque serviente impetrans tenetur personaliter comparere ulteriusque servare superius Edictum Ordinat. Cur. Brab. art. 477.

Apud nonnullos cessio ita facta cedentem infamat, namque in Hispania is qui bonis cessit vinctus traditur Creditoribus suis, quibus nisi satisfecerit furciferi habitu operis praestandis debitum exsolvere cogitur: quod à durioribus Gothorum moribus videri derivatum notat Eduard. Caldera *de errorib. pragmat. lib. 1. cap. 3.* & tale quid etiam de jure Saxonico observari tradit Seneidwin & Schultz *ad §. 40. fin. instit. de action.* In quibusdam Hollandiae locis usus observat, ut cedens bonis ad interulam nudatus per aliquod tempus in lapide sublimi ignominiose expositus palam confiteatur se hoc beneficio uti. Sim. van Leeuwen *cons. for. part. 1. lib. 4. cap. 46. num. 12.* quod & de Suevorum moribus testatur Zasius *ad Rubric. de cessione bonor.* Lugdunensium Guid Pap. *quest. 343.* Papiensium Menoch. *de arbitrar. judic. cas. 183. num. 14.* & plerisque hodie locis receptum refert Hostiens. *ad cap. Odoard. & de solut. quibus*

quibus cessionibus, debitores propter infamiam adjunctam (quæ in aliam non cadit *l. 11. Cod. ex quib. caus. infam. irrog.*) in totum à reliquo debito liberari volunt *arg. l. 13. §. 7. ff. de his qui not. infam. l. 4. Cod. ex quib. caus. infam. irrog.* Gregor. Tholosan. *syntagm. jur. lib. 22. cap. 8. num. 6.* quod de jure tamen & consuetudine vacillare putat Hottoman. *illustr. quest. 26.* Covarruv. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 6.* Ant. Matthæ. *tract. de judic. disput. 13. num. 62.*

Alibi infamia non irrogatur cum scilicet bona sua cedens non decoxerit, sed fortunæ injuria lapsus sit, ita ut vitio careat, juretque se non esse solvendo: liberatur enim is ex vinculis & carcere & ignominia cessionis: id quod in debitoribus hic sæpius accidit, qui codices suos fideliter edunt, frugalitatem diligentiamque probant & fortunæ invidiam. Fortunæ enim calamitas à vulgo quidem, verum non à gravibus viris, ad dedecus refertur: unde qui culpa sua cedunt foro, pro furibus manifestis, quietis publicæ perturbatoribus & publicis grassatoribus habentur Edicto de 4. Octobris 1540. Gratian. *discept. 140.* Cujac. *ad novell. 135.* Gudelin. *de jure noviss. lib. 4. cap. 16. versic. tribuit* Wesenbec. *paratitl. tit. de cess. bonor. in fin.* Henric. Zoef. *ff. eod. num. 19.*

De cessione vide Wassenæer *prax. Civil. cap. 18. per totum* Christin. *ad ll. municipp. Mechlin. vis. de cessione.*






TITULUS NONUS

Materia Locationis Conductionis.

Articulus CXVI.


Mnes Locationes Conductiones Domuum, Hortorum, Prædiorum, Pratorum, Pomariorum, Nemorum, Stagnorum, Molendinorum aliorumque Immobilium Consuetudini Bruxellensi aut simili subjectorum ratæ ac firmæ illic sint oportet, si nimirum factæ sint à personis ad hoc qualificatis: nec cessant aut annullantur dictæ Locationes Conductiones venditione aut alienatione rei locatæ conductæ: nec expirant morte alterutrius, uti in nonnullis locis observatur: heredes vero tam locatoris quam conductoris tenentur succedere in dicta Locatione Conductione sive damnosa sive utili.

NEC CESSANT VENDITIONE &c.) Emptor locationi ab Authore factæ stare tenetur cum nemo plus juris in alium possit transferre quam ipse habeat, emptorque non possit agere nisi ex capite venditoris cui integrum non est locationem conductionem abrumpere. cui consonant Flandriæ & Hannoniæ consuetudines, Gudelin. *de jure noviss. lib. 3. cap. 7. versic. finitimus venditioni.* de ceteris Brabantia Civita-

ribus id etiam evidens est : ut ex consuetud.
 Lovan. tit. 11. art. 1. Thenens. tit. 8. art.
 15. Leeuw. tit. 3. art. 4. Landens. tit. 3. art.
 1. Nivell. tit. 1. art. 29. Antverp. tit. 59.
 art. 1. Lyran. tit. 7. art. 1. Herentall. tit.
 17. art. 1. Casterl. tit. 7. art. 1. Ghelens.
 tit. 6. art. 1. Bergozom. tit. 13. art. 1. Sylvæ
 Duc. tit. 14. art. 1. Reufellan. art. 62. Mech-
 lin. tit. 8. art. 1. Mol. art. 139. Deurnens.
 art. 370. quibus omnibus, nisi aliud conven-
 tum sit, emptorem necesse habere, locationi
 prioris domini stare, constitutum est. Huic
 consimili jure utuntur Hollandi Grot. lib. 3.
 isagog. part. 19. num. 59. Neostad. decis. supr.
 Cur. 30. in pr. Groenew. ad l. emptorem Cod.
 locat. num. 4. Idque contra juris communis
 dispositionem quo disponitur emptorem fundi
 non teneri stare colono. l. qui fundum ff. locat. &
 conduct. l. nihil. de leg. 1. l. emptorem Cod. de
 locat. conduct. quod jus etiamnum obtinere in
 Frisia (ubi venditio potior est locatione, &
 emptioni cedit conductio) testis est à Sande decis.
 Frisc. lib. 3. tit. 6. def. 7. Ex conductione
 enim sicut & ex cæteris contractibus nihil
 juris in re acquiritur conductori, sed tantum
 personalis actio, ut re conducta uti frui possit
 vel solvatur id quod interest l. 7. 8. & 9. ff. locat.
 quæ obligatio personam locatoris non egreditur.
 Itaque si eum ab emptore expelli contingat,
 nihil aliud à locatore consequi potest quam
 id quod sua interest ad tempus contractus
 fundo uti non licuisse l. 24. §. 4. l. 30. l.
 33. ff. locati Lud. Molin. de instit. & jur. tract.
 2. disp. 490. in pr. Gasp. Ant. Thessaur. lib. 2.
 quest. for. 13. num. 1. & 2. Matthæ. Berlich.
 practic. conclus. lib. 2. concl. 45. num. 14.
 Dan. Moller. lib. 4. semestr. cap. 14. num. 4.
 Benedict. Carpzov. defin. for. part. 2. constit.

37. def. 5. Dav. Mævius ad jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 2. num. 21. idem part. I. decis. 54.

Vide latius ad paremias (huere gaet voor koop, & koop gaet voor huere,) Matthæ. de auction lib. 1. cap. 7. num. 20. Joann. Andræ. van der Meulen ad statut. Vianens. & Ameydensa rubr. 2. art. 5. & 6. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit 8. art. 1. Wassenæer prax. Civ. cap. 7. §. 28.

Articulus CXVII.

EXcepto tamen, si bona Locata Conducta defectu solutionis Censuum aut Redituum super iis hypothecatorum secundum jura hujus Civitatis evincuntur; quo casu cessat locatio respectu evincentis: ita ut idem evincens post adjudicationem sue hypothecæ in compendium suum possit de ea disponere, conductori salvo manente regressu & actione ejus quod interest contra locatorem aut Proprietarium prædii evicti.

S U M M A R I A.

1. In evictione emptio non cedit locationi, & apud quos.
2. Ratio ejus.
3. Conductor casu evictionis habet actionem ad interesse.
4. Apud quos in evictione emptio cedat locationi.
5. Ratio illius.
6. Distinctio.
7. Evictione cessat locatio respectu evincentis tantum.
8. Quid si Creditor locatoris ipse emat rem subastatam.
9. Evictio mediatis hypothecæ non perimit locationem.

(1) **SI BONA EVINCANTUR**) Paræmia quod emptio cedat locationi, exceptionem patitur in venditione executionis causa facta, in qua venditio locatione potior est uti hoc innuit *art. 117.* quæ exceptio etiam placet Lovanien- sibus *tit. 11. art. 3.* Herentall. *tit. 17. art. 2.* Casterl. *tit. 7. art. 2.* Ghelens. *tit. 6. art. 2.* Bergozom. *tit. 13. art. 2.* Deurnens. *art. 370.*

(2) Ratio hujus exceptionis hæc dari potest, nimirum ut fundus subhastatus facilius emptorem reperiat Ant. Matthæ. *de auct. lib. 1. cap. 7.*

(3) Nec hoc in casu conductor patitur damnum, cum habeat actionem ad interesse in condemnatum ejusque bona *l. 25. §. 1. ff. locat. l. 9. Cod. eod.* æquum & insuper est publicæ utilitati cedere privatum familiarum decus.

(4) Quamvis apud alios illa exceptio locum non habeat ubi evictione non perimitur locatio conductio uti apud Antverpienses *tit. 59. art. 1.* Lyranos *tit. 7. art. 2.* Santhov. *art. 66.* Mol. *art. 140.* & de Hollandia testatur Neostad. *decis. Cur. Holl. 30.* Ant. Matthæus *tract. de auct. lib. 1. cap. 7. num. 20. versic. qui vero à jure.* Charond. *2. resp. 67.*

(5) quod eo minus dubii apud illos habet cum videant & apud eos qui jure Romano utuntur, sub hasta emptores plerumque locationi stare teneri. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 10. num. 27.* Cancer. *lib. 1. variar. resol. cap. 14. num. 35.* Berlich. *lib. 2. concl. 45. num. 20.* Gratian. *tom. 1. discept. forens. cap. 37. num. 4.* Marius Giurba *decis. Regn. Sicil. noviss. 63. num. 6.* Carpzov. *part. 2. defin. forens. constit. 37. def. 4. num. 6.* Mævius *ad jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 2. num. 23.*

(6) horum tamen plerosque distinguere videas inter creditorem, qui ex judicati causa in possessionem missus est, vernacule (*die by opwinnighe van de*

onder-panden in de possessie van 't goet gheset is) & inter extraneum emptorem, ut ille locationi stare teneatur l. 8. §. 1. ff. de reb. auctor. judic. possid. hic non magis quam quivis alius emptor. confer. Charond. lib. 13. resp. 48. Loüet en son recueil lit. P. arr. 41. Peleum en ses act. forens. liv. 6. act. 9. d'Espeiffes tit. de Louage sect. 5. num. 1. vers. que le bail. Ant. Matthæus d. cap. 7. num. 19. 20.

(7) RESPECTU EVINCENTIS) Ita ut hic articulus qui in favorem Evincentis videtur factus, non sit trahendus intelligendusque quo ad conductorem: nec refert quod dispositum in uno correlativorum censeatur etiam in alio dispositum l. fin. Cod. de cupress. lib. 12. cum ea quæ in favorem Evincentis introducta sunt non debeant in ejusdem odium retorqueri. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 8. art. 2. num. 3.

(8) Si vero creditor locatoris rem locatam per subhastationem vendi curet & ipse emat, tenetur explere tempus locationis à debitore suo factæ Surdus decis. 40. Berlich. 2. pract. concl. 45. num. 20. Carpzov. def. for. part. 2. constit. 37. def. 4.

(9) Si tamen pro solutione arrieragiorum, alicujus reditus aut census hypothecati super medietate domus aut fundi, fiat evictio, tum non cessat locatio conductio respectu evincentis. Et ita nuper viâ reformationis à Scabinis Bruxellensibus in supremo Brabantiaë Consilio judicatum in favorem Petri Willems Impetrantis contra Viduam N. La Massa & N. Verschueren sub Bodry.



A D D I T I O.

DEsen Art. is geconfirmeert by vonnisse van den Raede van Brabant geslaegen tusschen den Heere Beeckmans, Raedt van den Priveen Raede Cooper van den geevinceerdeu Pandt, ende den Contador Castro de dato 1. Julii 1674.

Articulus CXVIII.

Perit & cessat item Locatio Conductio, quoties Locatarius emit aut in commodum suum emi procurat à Proprietario prædium conductum, nisi aliter inter partes esset conventum.

EMIT A PROPRIETARIO) Quemadmodum consolidatione perit ususfructus l. si tibi fundus 17. ff. quibus mod. usufr. & §. item finitur instit. eod. l. idem 6. de usufruct. accres. l. cum in fundo 78. §. uxor. de jure dot. ita etiam cum proprietas aliquo casu locatario obvenit expirat locatio conductio, uti & Mechliniæ tit. 8. art. 6. & ibi Christinæus. Lovanii tit. II. art. 4. Antverpiæ tit. 59. art. 2.

Articulus CXIX.

ET quoad solutionem arrieragiorum Locationis Conductionis, Proprietarius habet electionem, utrum velit agere contra primitivum Locatarium, an contra possessorem prædii locati ejusque Mobilia inibi reperta, etiamsi talis possessor desuper non convenisset cum Proprietario: sed aliorum bona in prædio locato reperta locator non potest excutere

aut attingere nisi pro rata conductionis domus aut cubiculi, aut aliunde, si pro usu istius rei, essent debitores.

PROPRIETARIUS HABET OPTIONEM) Cum Proprietarius non contraxerit cum secundo conductore, adversus eum non potest instituere actionem personalem neque pro solutione pensionis, sed mobilia & fructus arresto includere, ac super eis procedere, & quando primus conductor non est solvendo sustinent nonnulli quod adversus secundum possit personaliter agere vide Costalium & DD. in *l. solutum* II. §. *solutam. de pignor. act.* Christin. ad consuet. Mechlin. tit. 8. art. 10. num. 3. Bronchorst. cent 1. Miscell. assert. 80. unde inquit Faber *Cod. lib. 4. tit. 42. def. 28.* si tu pro te, & ut plerumque fit pro amico tuo electo aut eligendo à me conduxisses, postea Titium elegisses, possem utique si malletm contra Titium agere, quasi mecum ille etiam contraxerit, quoniam unicus contractus esse intelligitur. Sed si te malletm obligatum habere quam Titium, non eo minus danda mihi esset contra te actio, quia semper verum est tecum me, non cum Titio contraxisse: intellige tamen, nisi ego Titii nomen ultro sequi maluerim, quo casu debeo mihi imputare *l. 1. §. illud sciendum ff. de separat.*

MOBILIA INIBI REPERTA) Verba hæc possunt videri addita ad tollendam difficultatem juris quæ est in *l. debitor. ff. de pignorib.* & in *l. si non inducta Cod. in quib. causis pign.* ut dignoscatur an Proprietarius domus alicujus possit præferri in omnibus mobilibus repertis in domo Locatarii, quod negat hic articulus, excipiens bona tertii, quæ secundum *l. pomponius §. item illud ff. in quibus causis pign.* non obligantur, nisi ita pactum atque conventum sit.

A D D I T I O N E S.

HUerder can worden geconstringeert syne Meubelen wederomme binnen plaetse te brengen die hy in fraudem ofte prejuditie van verbuerder wegb gedaen hadde. Cuyp. 16. quest. in de addit. n. 4.

CASUS) Sekeren Proprietaris heeft synen Huerlinck uyt crachte van quittance doen sommeren ende syne meubelen op den verbuerden grondt doen arresteren, den selven is met de Nevel-kerre verhuyst, ende heeft syne meubelen niet teghenstaende arreste versteken; wierdt gevraeght ofte hy in synen persoon arrestabel was? hebben swarigheydt gevonden den selven te arresteren sonder vonnis, des te meer om dat hy militair was, eventwel scheen de jurisdictie van de Heeren Wethouderen gefondeert te zyn by weghe van den voorschreven arreste, naementlyck voor Huys-huere, ten opfichte van welcke comen te cessen alle privilegien (gelyck is verstaen by decreet van Haere Doorluchtighe Hoogheydt de Aerts-hertoginne MARIA ELISABETH, de date . . . November 1734. in saecke van Jousfrouwe van Cutsem, teghens sekeren Basselier Horologeur de la Cour) oversulckx wirdt geraeden den selven voor den Borgemeester te doen daghvaerden ende te concluderen ten eynde by soude verclaert worden het voorschreve arrest gevioleert te hebben, ende vervolgghens syne meubelen te reproducieren ofte consignieren onder de Weth, als by arreste geaffecteert aen desselfs executie.

Articulus CXX.

ET si Proprietarius aut Locator amicabiliter nequeat consequi solutionem, poterit dictum Locatarium aut Possessorem ejusque

bona in fundo reperta, post tempus Summationis pro arrieragiis suis excutere, non reflectendo ad ipsius qualitatem, sive sit Privilegiatus sive in ministerio Principis, sive non: neque ideo necessaria est sententia aut condemnatio adversus dictum Locatarium aut Possessorem, sed tantum traditio apocha ipsi Servienti. Et post dictam summationem Locatarius aut Possessor non potest mobilia sua amovere in præjudicium ejusdem, neque etiam ante summationem si antea ex parte Locatoris sint arrestata: quod etsi fieret eadem talia bona & mobilia manerent subjecta & affectata prædictæ executioni.

POST TEMPUS SUMMATIONIS) Quemadmodum supra art. 92. requiritur summatio, quæ ad 24. horas extenditur, antequam Servientes possint procedere ad executionem sententiæ, quæ summatio est quasi amica sed juridica interpellatio condemnati, ut rei judicatæ satisfaciatur, ita & hoc art. 120. contractus locationis conductionis succedit loco sententiæ cujus non datur executio, nisi post summationem, per quam mobilia omnia in fundo existentia adeo vinculantur pro locario, ut in ejus præjudicium amplius non possint amoveri.

Ad verbum *summatio* vide latè le Grand sur les Coustumes de Troyes lib. 2. tit. II. art. 211. gl. 2. à princ.

Articulus CXXI.

NEc Usufructuario nec Usufructuarie licet Domos, Pomaria, Prata, Vivaria, Sylvas, & similia ultra vitam suam elocare,

salvo tamen anno in quo moriuntur : Sed Villas cum Pomariis , Pratis , Terrisque fructiferis eis adherentibus , antea una locatione occupata , possunt elocare ad terminum trium annorum , nec ultra . Si vero dictus usufructuarius aut usufructuaria post illud triennium moriantur , aratro jus suum salvum maneret , colonusque Terrâ ac tempore suo deberet gaudere .

USUFRUCTUARIUS NON POTEST NISI AD VITAM ELOCARE) Quod usufructuarius non possit diutius elocare quam tempora sui usufructus durent docet Ulpianus in l. 9. §. I. ff. locati. ubi Proprietarius non tenetur stare colono ab usufructuario posito. item l. arbore ff. de usufruct. quod Costal. advers. ad d. §. I. extendit ad beneficiarium , feudatarium ac emphyteutam qui fundum in quo ususfructus aut beneficium est locati vel pignoris nomine permittunt : nam cum finiri accidit morte possidentis , magis est , sicuti ibidem inquit Costal. in l. si ex duobus §. ult. ff. de in diem addit. ut res redeat libera ad dominum c. I. rursus & ibi gloss. quib. mod. feud. amittit. in usib. feudor. cum nemo plus juris in alium possit conferre quam ipse habeat l. 45. ff. de reg. jur. quod & obtinet respectu fideicommissarii qui nullam proprietatem habet in bonis fideicommissio subjectis quam durante vita sua. per l. 12. & l. 35. §. I. ff. de usufruct. conformes huic articulo sunt consuetudines Antverp. tit. 48. art. 6. Bergozom. tit. 13. art. 8. Sylvæ Duc. tit. 14. art. 5. Mechlin. tit. 8. art. 3. & ita ab Hollandiæ Curia decisum narrat Leeuwen. censur. forpart. I. lib. 4. tit. 22. num. 18. alibi usufructua-

rius bona quorum habet usumfructum non potest elocare nisi de triennio ad triennium, quæ si majori termino elocat, contingeretque eum mori durante majori termino, tales locationes restringuntur ad triennium. consuet. Lovan. tit. II. art. 3. vide infra art. 27.

Articulus CXXII.

QUANDO vero Usufructuarius vel Usufructuaria dicta bona pro longiori tempore elocat, & Proprietarii talium bonorum sunt heredes dicti usufructuarii aut usufructuarie, predicta locatio conductio firma ac stabilis maneat oportet.

QUANDO LONGIORI TEMPORE) Proinde si usufructuarius rem aliquam locarit, expirat locatio usufructu finito secundum Garz. de expens. & meliorat. cap. 14. num. 17. adeo ut si in re sint fructus pendentes, pertineant ad proprietarium, refusus expensis eorum gratia factis & ita iudicatum. refert Christinae. ad II. Mechlin. tit. 8. art. 3. in supremo Consilio in causa Domini Adriani de Warliet contra Dominam Ludovicam de Bubeniere anno 1588. nam si quando is qui tantum usumfructum fundi habet eundem locavit pro certis annis, & interea moriatur vel extinguatur usufructus per mortem usufructuarii, vel extinctionem ejusdem usufructus, extinguetur locatio & conductio, quia hæres ipsius non tenetur ad observationem locationis, non plus quam si res locata esset combusta vel chasmate periisset. d. l. si quis domum. §. fin. ff. locati. & ob id si conductor in re conducta fecerit sumptus, eosdem non po-

terit repetere, si quando scivit locatorem tantum esse usufructuarium: usufructu enim finito proprietarius non debet stare locationi ipsius usufructuarii secundum tradita à Soto *cap. 73. ubi num. 17.* qui dicit proprietarium non debere stare colono usufructuarii & Anton. Gomez. *variar. resolut. tom. 2. cap. 3. de loc. & conduct. num. 8. in fin.*

Articulus CXXIII.

Sed si Proprietarius non fuerit heres usufructuarii, non tenetur approbare locationem, eique licet bona sua assumere post mortem aut elapsum tempus, distinguendo ut ante, reservata interim actione ipsi locatario adversus heredes dicti locatoris, pro subsistentia locationis aut ut aliter ipsi satisfiat.

SI NON FUERIT HÆRES) A contrario nimirum sensu articuli præcedentis.

RESERVATA ACTIONE) Vide supra art. 21.

Articulus CXXIV.

Qui ædes locat tenetur eas debite conservare & Parietes, Tecta, Tabulata, Portas, Fenestras aliaque necessaria reparare, ad exigentiam earundem Ædium.

CONSERVARE & REPARARE) Defectu dictæ conservationis ac reparationis locatario liceret à contractu locationis recedere. *l. si merces §. si vicino. ff. locati.* ubi eadem intelliguntur si ostia fenestrasve nimium corruptas locator non

restituatur & ibi Baldus ac Salicet. Costal. ad l. ex conducto. 15. in pr. ff. locati. & ita per universam Brabantiam obtinet. Consuet. Lovan. tit. 11. art. 5. Thenens. tit. 8. art. 17. Antwerp. tit. 59. art. 13. Lyran. tit. 7. art. 6. Herentall. tit. 17. art. 5. Ghelens. tit. 6. art. 10. Bergozom. tit. 13. art. 3. Sylvæ Duc. tit. 14. art. 7. Deurnens. art. 386. Mechlin. tit. 8. art. 9. unde cessante locatore aget inquilinus ex conducto. l. colonus ff. locati. quod si inquilinus reficiat, necessarias expensas in hujusmodi reparationem factas poterit deducere. Minuunt enim pensionem pro rata, adeo ut conductor eas consequi debeat, aut omnino pro rata præstare pensionem non teneatur. text. in d. l. colonus ff. locati. & ibi Costal. in advers. & ad l. 2. ff. de evictione Pap. in consuet. Borbon. tit. des executions §. 120. necessariae autem dicuntur expensæ factæ ne res pereat, vel ne deterior fiat Castrens. in l. Dominus §. 1. ff. locati. Salicet. in l. domum Cod. de rei vindic. Alexand. conf. 4. vol. 5. vide Joann. Garz. de expens. & melior. cap. 1. num. 10. & cap. 2. num. 7. & passim per tot. Rebuff. ad l. impense 79. ff. de verb. sign. quas si locator neglexerit, conductor eum cogere poterit vi contractus l. habitatores 27. ff. locati. vide le Grand sur les Coustum. de Troye lib. 2. tit. 11. art. 202. num. 1. & seqq.

Sed dubitatum fuit an domus infestata larvis lamiis aut spiritibus impredientibus quietem locatarii, ab eo possit deferri, & præteriri contractus locationis conductionis? Renat. Choppin. ad consuet. Andegav. lib. 3. part. 2. & lib. 3. tit. 7. polit. Eccles. num. 9. 10. 11. desuper res judicatas adducit, quibus locatario liberum fuit à contractu resilire: uti & Mornac. ad d. l. habitatores §. siquis vide Lucian. lib. 2. tract. de mendac. & Petr. Gregor. syntagm. part. 3. cap. 19. lib. 34.

sed hæ quæstiones dependent à facti veritate vide Charond. lib. 7. resp. 232. & lib. 8. resp. 77. Peleum quæst. illustr. 150. Gayl. lib. 2. observ. 23. num. 7. Abrah. à Wesel in tract. de remissione merced.

Articulus CXXV.

Nemo potest sine consensu Domini Fundo aut Domo aliter uti, aut alteri elocare, in alios usus, quam in quos ipse conduxit.

ALTERI ELOCARE) Domum conductam alteri non posse elocare contra jus Romanum est in *l. nema. 6. Cod. locat.* si nimirum subconductor in alios usus re non utatur quam primus locatarius, ubi conductor durante tempore conductionis suæ potest domum conductam si ipse non vult inhabitare, alteri locare, nisi in contractu locationis aliter convenerit, & concordat *l. cum antiquitas Cod. de usufruct.* ubi dicitur quod is qui habet jus inhabitandi possit illud jus alteri locare. Et congruit text. *instit. de usu & habit. §. si cui habitatio.* quod generaliter verum est, sive illud jus vel usufructus inhabitandi competat alicui ex contractu inter vivos sive etiam ex ultima voluntate.

Si vero secundus locatarius uteretur in alium usum tam jure Civili quam Consuetudinario Dominus non tenetur approbare secundam conductionem *l. si cujus 136. §. fin ff. de usufruct. l. sed etsi quid 15. §. mancipiorum 1. ff. de usufruct. & quemadm.* ubi dicitur conductorem domus non posse locare alteri domum ut meritoria illic exercent, velut balneum & reliqua similia quæ habent conjunctum periculum, quia ad eum usum non fuit locata domus ab initio. *l. ii. solutum. 11. §. solutam. 5. ff. de pignor. act. vide*

Cujac. *ad l. si mercedem. 53. ff. de action. empti.* quæ relocatio etiam aliis Brabantia moribus est prohibita : nempè Consuet. Lovan. tit. II. art. 10. Thenens. tit. 8. art. 16. Lyran. tit. 7. art. 7. Bergozom. tit. 13. art. 7. Reusel. art. 63. sed Antverpia tit. 59. art. 9. Santhov. art. 64. relocari potest res conducta absque consensu proprietarii vel primi locatoris, quod tamen obtinere dumtaxat putem respectu personæ quæ re locata uteretur eodem modo quo primus conductor illa usus fuisset si inhabitasset, argumento eorum quæ supra dicta sunt. Cujus opinionis etiam sunt Alberic. Salic. & Fulgos. *in d. l. nemo.* Surd. *dec. 87. num. 12. & dec. 131. num. 10.* unde V. G. non liceret illic domum conductam sublocare meretricibus Chassan. *Rubr. des droits & appar. à gens §. 5. num. 55.* quia tales possunt expelli. *Novell. 14. cap. unic.* neque etiam personæ honestæ & idoneæ si forma domus mutanda esset propter mutatam conductoris conditionem, & Dominus ex ea mutatione damnum pateretur. *Argum. l. 27. §. ff. de usufruct. Fr. Nigri Cyriaci tom. 2. controuv. for. 234. per tot.*

Articulus CXXVI.

Conductor non potest Domum conductam immutare, aut eam rumpere aut disponere secundum commoditatem, Officinam, aut exercitium suum, absque consensu ut ante. Quod si fecerit & inde Proprietarius damnum patiatur, tenetur ei damnum refundere & insuper in discessu suo bona conducta pristino statui restituere, quo casu conductori licet sibi assumere omnia tigna quæ dictis bonis impenderat, nisi aliter inter Partes esset conventum.

IMMUTARE

IMMUTARE) Brabantia moribus locatarius
 fundum & aedes pro suo quaestu propriis
 sumptibus disponere potest & accomodare, mo-
 do id citra grave detrimentum aut noxam rei
 conductae fiat, & in discessu omnia restituat ut
 accepit. Consuet. Lovan. tit. 11. art. 6. Antverp.
 tit. 59. art. 14. Lyran. tit. 7. art. 8. Bergozom.
 tit. 13. art. 5. Sylva Duc. tit. 14. art. 9.
 Mechlin. tit. 8. art. 12. Deurnens. art. 385.
 quod si per talem novam conductoris immuta-
 tionem aedes vel fundus deterioratus sit, pro eo
 quod interest ab inquilino habitationem factam
 esse deteriore, inuenta pignori sunt obligata
 l. Pomponius. §. in quibus caus. pign. vel hypoth.
 tac. contr. si enim is qui aedificia suscepit, ea
 destruxit, haec instaurare cogendus est. l. cum
 conductorem 29. Cod. locat. conduct. & ibi Salic.
 res enim abesse videtur, quarum corpus manet,
 & forma mutata est. l. 13. de verbor. signif.
 Charond. in observ. verbi ferme. l. sed addis 19. §.
 si inquilinus ff. locati. Quidquid vero Conductor
 in re conducta extruxerit discedens auferre po-
 test. Qua de re apud nonnullos optio est loca-
 tori an in excessu conductoris velit nova opera
 taxationi subicere hominum id intelligentium,
 pretiumque conductori tradere, an vero rem
 ipsam conductori relinquere: uti Antverpia mor-
 ribus evidens est tit. 59. art. 15. in fin. Lyran.
 tit. 7. art. 9. Deurnens. art. 387.

Articulus CXXVII.

Item si quis post expirationem conductionis
 remaneat in Domo aut fundo conducto,
 non inito novo contractu, is tenetur pro
 ulteriori habitatione solvere inherendo con-
 tractui ultime locationis conductionis, qua

*non obstante Proprietario aut Locatori licet
Domum locatam sibi assumere, ut de ea pro
placito suo disponat primo termino, postquam
conductorem ad emigrationem aut desistentiam
summaverit: Prædiis Rusticis autem colonus
per triennium utetur fruetur, uti supra art.
121. dictum est.*

POST EXPIRATIONEM CONDUCTIONIS
Quotiescumque aliquis in certum tempus
Domum aut fundum conduxit, & ultra con-
ventum tempus immaneat, tacita reconductio
intelligitur intervenisse l. 13. §. fin. ff. loc.
cond. & l. 14. & 16. Cod. eod. sed pro quanto
tempore continuatio facta intelligatur variant
Authores. Inter quos Grotius lib. 3. part. 19.
num. 4. sustinet reconductionem factam intel-
ligi in tantum temporis quantum præcedens
contractus comprehendebat. Alii distinguunt in-
ter Rustica & Urbana Prædia. Rusticorum, si
impleto conductionis tempore colonus in con-
ductione remansit, à taciturnitate utriusque
partis pro eo anno, non in sequentes recon-
ductio proficiscitur l. item quæritur §. qui impleto
l. qui ad certum ff. locat. l. si quis nec causam
§. 1. ff. si certum petatur l. legem Cod. locat.
si tamen prædii conducti quotannis fructus
existent: aliud visum est Gotofredo ad d. §.
qui impleto Ant. Fabro in Cod. suo tit. de locat.
def. 45. quin imo ne in uno quidem anno
locationis renovationem rectè obtendes, si con-
tractus fuerit in scriptis celebratus d. §. qui
impleto in fin. text. in l. contractus ff. de fide
instrum. nam contractu ex scriptura vires suas
accipiente, solus ille tacitus consensus qui ex
locatoris patientia inducitur l. qui patitur ff.

mandati minime operatur quo plus scriptum videatur quam revera scriptum sit. Gomez. 2. variar. resol. cap. 3. num. 16. Fab. d. loc. defin. 48. in urbanis alio jure utimur, nempe ut pro ut quisque habitaverit, ita & obligetur: id est ut tanti temporis reconductio facta intelligatur quanto tempore inquilinus in urbano prædio remansit decurso primæ locationis spatio d. l. item queritur. §. qui impleto versic. in urbanis in his enim prædiis quotidie inquilini utilitas versatur & fructuum indies perceptio est Gotofredus, Bartol. Bald. Castrens. in d. §. qui impleto quare dominus non expectato ejus anni, quem inquilinus ingressus est, sine si jure suo velit uti libere poterit inquilinum expellere Petr. Costal. ad d. l. item queritur versic. in urbanis.


A D D I T I O N E S.

DEn 14. December 1693. is op de Borgemeesters Rolle sub graf. Jacobs gewesen, dat de Huere op een nieuws moet continueren, uyt reden dat op den voet van de notariale Huere geschreven stont, continuatio als voren, actum &c. geschreven met de eyghe handt van den Verbuerder, ende by hem onderteeckent.

De tacita relocatione vide l. 13. §. 11. locati ubi distiguitur inter predium rusticum & urbanum, ut prioris relocatio sit pro anno.

Idem turbatum pro prædio Urbano 15. Julii 1604. & quoad prædium Rusticum, moribus receptum est tacitam relocationem dari pro triennio si locatio sit ad sexennium.





TITULUS DECIMUS

De Contractibus, Inheredationibus, Alienationibus, Transportibus, Communi dividundo, impositionibus onerum, & quod eò spectat.

Articulus CXXVIII.

I *Tem coram Scabinis Bruxellensibus semper initi fuerunt, quemadmodum etiamnum ineuntur, omnes Contractus legitimi, uti Emphiteuseon, Effestuationum, Permutationum, Donationum, Onerationum, Alienationum, Transportuum, Obligationum tam bonorum Censualium quam Allodialium in Urbe ejusve Territorio sitorum, Urbisque Jurisdictioni subjectorum, quemadmodum & Locationes perpetuae, Censūs ac redditus tam Fundiales, Hereditarii, Redimibiles & Irredimibiles, quam Vitalicium super iisdem bonis hypothecati, nec coram aliis subselliis possunt inheredari, transferrantur in Emphyteusim dari, sub poena nulli-*

satis, & aliis secundum Edictum desuper factum: fenda excipe, aliaque bona Censualia, Census ac Reditus in Urbe ejusve Territorio sita, quae forum sortiuntur in Subselliis Uckellensi, Sanctae Gertrudis, Hierichuntino, & Coeckelbergensi; Capituli in Anderlecht, ac Dominorum vander Aa: quorum Alienationes, Transportus ac Operationes sunt coram dictis Subselliis.

OMNES CONTRACTUS LEGITIMI) Vide supra art. 44. & tractatum Nobilium super observatione litterarum Scabinalium, ut inhæredationes possint fieri in loco, de 3. Julii 1466. quod exstat Edict. Brabant. vol. I. lib. 5. tit. I. cap. IO.

A D D I T I O N E S.

GOedenisse magh geschieden ten behoeve van N. in blanco, sonder expressie van naem, ende oversulckx tot profyt van eenen absenten. Cuypers 2. deel. 39. quest. in de addit.

Grondtheer ende laeten en hebben passim geene jurisdictie al is't dat sy recht van goedenisse hebben, ende willende iemandt procederen by beleyde uyt crachte van eene Rente geconstitueert voor laeten, moet den fiat executio ende beleyde doen doen door den Schouteth ende Schepenen der ordinaire Jurisdictie. Cuyp. Grondt-proced. 31. quest. in de addit.

Articulus CXXIX.

FIunt & coram dictis Scabinis inheredationes bonorum Allodialium ruri sitorum in Ammannia Urbis, Locationum, Censuum

ac Redituum iis impositorum, item bonorum à Duce Brabantie pro Censu editorum, ac redituum eis impositorum in Urbe ejusve Territorio, uti & Transportus redituum tam perpetuorum quam Vitalitiorum, qui super Domaniis Principis, Statibus Brabantie, aut Corporibus Urbium vel Regionibus eis hypothecati sunt.

Vide Articulum præcedentem, & illic citata.

A D D I T I O N E S.

IN materia donationis & successionis, reditus qui à Provinciis, Civitatibus, Municipiis, Orphanotrophiis aut similibus stabilibus Corporibus debentur, aggregantur rebus immobilibus. à Wesel ad Confit. Ultr. art. 12. Rodenburg de jure quod oritur è statut. diversit. cap. 2. n. 3.

Item reditus super dominio Principis recogniti Kinschot resp. 47. n. 15.

An reditus super montibus pietatis constituti mobilibus vel immobilibus accedant? vid. Mean ad Consuet. Leod. obs. 98. n. 18. Cuyp. tract. Gr. p. 32. quest.

Siet daer van de resumptie der Schepenen ende opsetenen laeten gedaen aen die Schepenen der Hoofstbancke van Uccle den 28. November 1606.

Articulus CXXX.

INsuper & Partitiones sortitaria, Divisiones & Subdivisiones, tam bonorum demoratorum, quam aliorum, & Redituum, nec non bonorum ac Redituum partibus indivise, & emptionis, competentium, cujuscumque

*Sunt nature, sive sint Feuda vel Allodia
sive bona Censualia & Reditus, nec non
omnium aliorum bonorum tam in Brabantia
quam extra sitorum.*

Vide supra Articulum 44. & infra Arti-
culum 131.

Articulus CXXXI.

Dictis divisionibus aut Subdivisionibus
possunt constitui, assignari & hypothe-
cari omnis generis Reditus tam Hereditarii,
Redimibiles quam Irredimibiles, etiam Vitalitii
ut Portiones condipientium adæquentur, cum
obligatione Bonorum, Locationum, Censuum
ac Redituum memoratorum qui per hoc affec-
tantur: ejusdemque effectus est obligatio &
jus reale donat, ac si dictæ Constitutiones,
Onera, & Assignationes factæ essent coram
Judice ac Curia, ut defectu solutionis ita
Constitutorum Redituum procedatur ad Ven-
ditionem plus offerenti, bonorum obligatorum.

UT PORTIONES ADÆQUENTUR) Quod
plerumque fit cum in hæreditate dividenda,
pignora quædam aliis sunt majora, nec com-
mode dividi possunt, unusque cum altero nihil
velit commune retinere, ut communionis in-
commoda evitentur. Quotiescumque vero talium
divisio occurrit, aut res talis fit, quæ divisione
fieret deterior, uni res tota adjudicatur, qui
pro omne eo quod portio sua condipientium
portionem excedit eis annum reditum agnos-
cit hypothecatum in bonis quæ in divisionem

venerunt. Argum. l. i. Cod. commun. divid. & ibi Bartol. & Bald. quod latius patet in statuto Juratorum Partitorum ubi Articulo nono eis permittitur prædia, in Urbe Bruxellensi sita, aggravare, non obstantibus statutis contrariis unde valet libellus, *peto dividi*, licet res commode dividi non possit, quia videtur etiam petitum, quod est de natura divisionis, videlicet quod fiat adjudicatio rei alteri pro pretio excessus restituendo per d. l. i. & l. cum eorum Cod. de sent. & interloc. omn. judic. & ibi Bartol.

Articulus CXXXII.

Coram dictis Scabinis etiam agnoscuntur *omnis generis debita Litteraria, Obligationes, Fidejussiones, Locationes Conductiones, Conventiones ac Tractatus inter Partes, Renunciatio usufructui ac Doariis, Apoche redemptorum Censuum ac Redituum, Remissiones, Emancipationes, Contractus antenuptiales, Testamenta, Codicilli, Donationes inter Vivos vel causa Mortis & similes Contractus.*

Articulus CXXXIII.

Funt & inheredationes *Fundorum, Domnium, Locationum, Censuum ac Redituum intra Urbem ejusque Territorium, & ruri extra Civitatem in Ammannia sub alia Jurisdictione, que vi sententiarum vel Litterarum Scabinalium Sententiatarum Urbis in Camera Ammanni plus offerenti distrahuntur.*

Vide supra Articulis 39, 128, 129.

Articulus CXXXIV.

Cum Venditores ita distractorum bonorum, Locationum, Censuum ac Redituum plerumque incerti sint quanam onera bonis sint imposita, eis permissum est, in conformitatem 9. Articuli Provisionis ac Declarationis felicis memoriae Philippi Burgundie Ducis, super Sententiam Sancti Andomari, Bona, Census ac Reditus ita venditos pro se coemi atque inheredationem coram Scabinis Urbis procurare, consentiente Domino Fundiario, nec tenentur ideo inheredationem aut Transportum facere coram Iudice rei site.

Articulus CXXXV.

Habet & Urbs Bruxellensis jus laudimii omnium Fundorum, ac Domuum, Locationum, Censuum ac Redituum, tam Redimibilium quam Irredimibilium in Urbe ejusque Territorio sitorum, quorum fit inheredatio coram Scabinis, quando nimirum ea venduntur, transferuntur, inemphyteusim dantur, permutantur, aut onus aliquod eis imponitur: quod laudimium constat sexagesimo nummo justii pretii aut valoris rei vendite, ultra onera realia desuper imposita persolvendo, nempe respectu Venditionum, Alienationum, Emphyteuseon, Transportuum ac

permutationum, per utrumque contrahentium pro dimidio, & respectu onerum aut constitutionis Redituum per promissorem integre persolvendo, nisi inter partes aliter sit conventum.

JUS LAUDIMII) Jus hoc à nonnullis *laudemium*, ab aliis *laudativum* appellatum, in feudis debetur propter novum consensum Domini & novam investituram, secundum Fabr. in §. 1. *instit. de empt. & vendit.* & ideo per receptionem ejus videtur Dominus consentire venditioni. Argum. 1. *quidam. ff. de eviction.* cum rigore juris feudalis nullus posset rem feudalem vendere aut aliter alienare sine consensu Domini c. 1. *in princ. & ibi gloss. de prohib. feud. alien. per freder. Aret. conf. 14. num. 5. Alexand. conf. 2. & 24. lib. 4. Socin. lib. 1. conf. 19. Afflict. decis. 26. Paris. conf. 18. lib. 1.*

Quod jus laudimii etiam hodie extenditur ad allodialia, quæ vendi, permutari, aut aliter distrahi nequeunt, aut onus aliquod reale suscipere, non solutis laudemiiis, non solum respectu Urbis Bruxellensis ejusque Territorii, sed & id obtinet respectu bonorum Uckellensium uti *art. 57. Consuet. ibid. patet, item in Isca superiori art. 4. Antwerp. tit. 40. art. 14. Mol. art. 152.* quæ laudimia non debentur de simplici venditione aut acquisitione actionis ex empto, nec ex donatione aut legato, nisi impleto eo & translata possessione & mutata manu, quia ante contractum traditione confirmatum non fit mutatio domini, quam non inducit solus contractus, sed traditio, & investitura respectu feudi, Papon. *ad Consuet. Bourbon. tit. des censives. §. 397. Molin. tit. 1. Consuet. Paris. §. 83. gl. 1. num. 2. & §. 20. gl. 5. num. 2. in noviss. impres. Argentæ. in tractat. de laudem. c. 1. §. 2. licet.*

contrarium defendat Tiraquell. *de retract.* §. 1. gl. 2. num. 41. 48. & 50. argumento quod venditio solo consensu perficitur, nec ad ejus substantiam requiritur traditio. & Henric. Kinschot. *resp.* 63. num. 1. ubi etiam respondet deberi laudimia à tempore contractus, præcipue quando contrahentes non manent in terminis simplicis conventionis de vendendo vel alium actum faciendo in futuro, ita ut intentio partium & verba dispositiva referantur ad actum de futuro.

SEXAGESIMO NUMMO) Ita ut laudimium non aliter exigi possit, quam juxta consuetudinem loci ubi bona sita sunt. Idque obtinet tam intuitu Domini loci, quam ipsorum contrahentium, non attenda aliorum locorum consuetudine, quæ ubique eadem non est. Ita in 2. p. *Consuet. Paris.* Carol. Molin. *tit. des censives & droits Seigneur.* §. 76. num. 7. & *seqq.* adeo ut nequidem loci superioris Domini dominantis, sed loci fervientis consuetudo spectanda sit. Molin. *d.* §. 76. num. 37. & §. 12. num. 37.

A D D I T I O N E S.

A Quo tempore laudemia, sive *Pont-penningen* peti possint, à tempore contractus, vel traditionis, vid. Kinschot. *resp.* 63. & 64. ubi dicit semper in hâc materia inspiciendam esse consuetudinem loci in quo res sita est. *Cuypers Grondt-proc.* 57. *quest. in de addit. n.* 8.

Pont-penningen gallice Lods & Ventes vide *Loys. de la distinction des Rentes liv. 1. chap. 5. n.* 4. *ne peuvent être dus qu'une fois, & à un seul Seigneur* *ibid.*

Le Seigneur direct est non seulement reçu aux decrets des heritages à s'opposer pour les Lodts &

*Ventes à lui deues , mais aussi est pour raison d'i-
ceux mis en ordre tout le premier. Idem de la distinct.
des Rentes liv. 1. chap. 10. n. 5.*

Grondt-Heeren hebben oock Recht van Pondt-
Penningen , sommige den 5 , andere den 10 ,
andere den 50. oft twee ten hondert. Cuypers
57. quest.

Ofte van Renten , geconstitueert in vergeldinge
van den coop , Pont-penningen moeten gegeven wor-
den? siet Cuypers 2. deel 39. quest. alwaer hy seydt
dat tot Mechelen geene Pondt - Penningen gegeven
en worden , maer dat de smalre Heeren die pre-
tenderen.

Jae selfs men pretendeert alsnu Pondt-Penningen
van donatien ende portée van dien , ten waere die
geschieden tusschen de Ouders ende Kinderen.

De Pondt - Penningen hebben van oudts bestaen
in den 6osten. Penninck , afgetrocken de reele
lasten van 't goedt , ende syn nu vermeerdert tot
op den 3osten. Penninck met consent der Leden
ende negen Natien van Brussel , de anno 1760.
oft 1761.

Articulus CXXXVI.

PRo quo jure Laudimiorum Urbi com-
petit parata executio , eique licet super
divenditis , gravatis , permutatis aut alie-
natis bonis , Locationibus , Censibus ac Re-
ditibus via inductionis procedere ad distrac-
tionem eorum in Camera Ammanni in con-
secutionem ejusdem juris.

VIde quæ Articulo præcedenti dicta sunt.

A D D I T I O N E S.

CEt Article s'accorde avec plusieurs Coutumes de France, qui ont permis de se pourvoir directement par saisie de l'heritage. Idem Loys. d. loco n. 6.

Nota, dat by Syne Majesteyts Secreten Raede op het vertoog gedaen by Borgemeester ende Schepenen van Zele, Lande van Dendermonde op 23. Augusti 1655. is verclaert dat het Recht van Pondtgeldt geboren is voor de goedenisse, soo haest den Cooper oft Pandt-beer oft beleener is in de actuele possessie, als te sien is uyt het Register van de geextendeerde appointementen van den selven jaere, berustende in den voors. Raede.

Siet oock d'acte by den Heere van Westerlo, becomen in den Raede van Brabant 2. Junii 1620. onderteeckent J. Cools, geregistreert in 't Schepens Register tot Herffel.

Articulus CXXXVII.

Competit & predicta Urbi jus exagogicum, de Alienationibus, Permutationibus & Aggravationibus quae fiunt ab extraneis respectu Bonorum, Locationum, Censuum ac Redituum quae eis obtigerunt via successionis in Urbe, & etiam de bonis incolarum, alio domicilium suum deferentium ut illic resideant, nimirum de Immobilibus nummus quinquagesimus, ac de Mobilibus decimus nummus, à quo nullus immunis est, nisi Aurei Velleris Equites, Domini Consiliorum Statuum, Privati, Brabantiae, Financiarum, Camera Rationum ac similia, eorumque heredes.

JUS EXAGOGICUM) Jus hoc quod & vocatur *jus exitus* & *jus issuarium* antiquissimum est à Cæsare Augusto introductum. Cum enim locupletandi sui fisci, qui exhaustus erat, rationem perquireret legem tulit de hæreditatum vicesima parte ærario inferenda. Dion. lib. 55. & Plin. in panegyri. Trajani. dicens tributum illud tolerabile & facile fuisse pro hæredibus extraneis. Ad hanc vero legem de vicesima primitis tractatum scripsit Aulus Osilius Juris Consultus Cæsari Augusto familiarissimus, uti habet l. 2. §. ab hoc. ff. de orig. jur. post hunc eandem materiam tractavit Æmilius Macer Juris Consultus ex quo, uti inscriptiones indicant, mutuatae & in digestis insertae sunt. l. hereditarium 68. ad leg. falcid. l. funeris 37. ff. de Relig. & sumpt. fun. l. 7. ff. de testam. l. 7. ff. de transaction. l. 154. ff. de verb. signif. Paul. lib. 4. sentent. tit. de vicesima. Ita ut hoc jus non sit novum, sed antiquissimum auctoritate Principis introductum, & longo tempore continuatum. Scribit enim Plinius in prædicto Panegyrico Imperatorem Trajanum definitivè cujus quantitas deberet esse hæreditas ut ejus vicesima ex hac lege fisco deberetur, atque eum statuisse parvam & exilem hæreditatem carere onere vicesimæ. Licet autem hæc lex de vicesima ante Justiniani tempora sublata fuerit, uti habet l. fin. Cod. de Edict. div. Adrian. Toll. attamen duravit & viguit usque ad tempora Gratiani Imperatoris Christiani, cujus indulgentia abrogata est, uti habet Aufon. in gratiar. Act.

Sed postea utrumque vectigal, hæreditarium puta & recessus, obtinuit consuetudine, quæ vicem legis habet. l. 32. ff. de legib. l. diuturna 33. ff. eod. uti & constat de Consuetudine Antverpiensi tit. 40. per tot.

Quinimo in plerisque rebus publicis bene

constitutis jus illud usitatum & receptum est ut etiam Ecclesiastici teneantur, cum jus sit feale, bona insuper mobilia, actiones & credita veniant in contributionem, saltem de jure nostro Consuetudinario juxta hunc articulum, dicitque Joannes Sturmius *de bello Turcico serm.* 3. illud jus in Rempublicam revocandum esse, ubi necdum receptum aut admissum est.

Consuetudinem vero talem valere colligere est *ex l. unic. Cod. de aur. coron. l. 10. l. missi opinatores. Cod. de exact. lib. 10. l. fin. §. penult. ff. de nundin. l. non tantum §. fin. ff. de decur.* quibus accedit quod mores & statuta municipalia contra jus commune & gentium possint induci. *l. 32. ff. de legib. l. 6. ff. de just. Et jure. Sebast. Medic. tract. de legib. quest. 15. p. 2.* quodque successiones à jure municipali certam formam ac modum accipere possint Bertachin. *tract. de Gabell. inspec. 8.* est enim instar quartæ quæ ex bonis decurionum sumitur *l. 1. Cod. quom. Et quib. quart. pars lib. 10.*

Huic juri exagogico similia sunt ea quæ in *novella Leonis 13.* appellantur *Isdectica.* Et insinuativa *novella 56. Justiniani & Enthroniastica novell. 123. ejusd.* quod & *Cathedraticum Juliano*, quamquam alio sensu apud Gratianum *causa 10. quest. 3. Et in cap. 16. de offic. jud. ordin. cap. 7. de donat. cap. 9. de censibus. Sportulæ in l. 6. §. 1. ff. de decurion. Introita, à Collatoribus non exigenda Justin. novell. 30. de transit. milit. nec à Rusticis novell. 30.*

Cum itaque jure veteri jus illud permissum & introductum sit, facilis datur regressus ad illud, cum sit æquissimum: si enim ab extraneis exigitur, qui res hæreditarias extra territorium transportant, Respublica damnum sentit, cum publice interest rebus & bonis eam manere locupletatam, si rursus à subditis, qui relicta pa-

tria ad alias Provincias migrant, dicendum erit rationabile esse, ut pro protectione & tutela loco remunerationis & beneficii aliquid dominis locorum remittant. Quemadmodum etiam libertum pro beneficio manumissionis solvere quid posse jure constitutum videmus. Huc confer pro pleno intellectu *l. 1. Cod. si quid in fraud patron. l. si libertus ff. de jur. patron. §. sed natura ff. de successione libert. c. officii c. requisivisti & de testament. c. inter cetera. 10. quest. 3.* ita ut hoc jus Issuæ tamquam rationabile & æquissimum & longè ante Caroli V. tempora usitatum non comprehendatur sub Edicto 23. Januarii 1651. aut anteriori Edicto anni 1579. 12. Septemb. art. 20. statuentibus ditiones Belgicas non teneri ad alia onera, quam quæ levabantur tempore Caroli Quinti.

Huc refer quæstiones de mutatione domicilii & alia de quibus *Christin. vol. 5. dec. 31. Gail 2. observ. 35. & 36. Groeneweg. ad l. 31. ff. ad municip. Burgund. ad Consuet. Flandr. tract. 14.*

A D D I T I O N E S.

HEt Recht van Issue is aen de Stadt Brussel verleent by den nieuwen Oÿtroye van den 17. November 1575. ende luydt als volgt:

„ Oÿtroyerende ende accorderende daer-en-boven
 „ de voorschreve Supplianten, dat sy mogen lichten
 „ ende ontfangen voortæen den 10. Penninck van
 „ de haeffelycke Goeden, ende den 20. Penninck
 „ van de erfelycke Goeden van de Borgers ende
 „ Inwoonders deser Stadt hebbende daer binnen
 „ gewoont ten minsten jaer ende dagh, de welcke
 „ hunne domicilie sullen transporteren buyten der
 „ selver Stadt, ende van de gene die van buyten
 „ sullen comen heffen by successie in de selve Goeden.

Der

Den 30. October 1571. geturbeert dat men geene Issue en betaelt van niet vercoghte Erfgoeden, dan wel van Meubelen Goeden als d'Erfgenaemen van den Overleden hun vertrecken oft residieren buyten de Stadt ende haere Vryheydt.

Quod ita Mechliniæ observatur quoad mobilia quando venduntur. Christ. ad II. Mechlin. tit. 5. art. 4.

Olim lege Julia inductum ut hæreditatum vigesima ab hæredibus exteris divitibus solveretur, vide Clock. de contrib. cap. I. num. 123. & num. 234. & seqq. Gail 2. obs. 36. n. 10. ubi dicit in multis imperialibus Civitatibus receptum esse, ut Civis volens deserere Civitatem & alio Domicilium suum transferre, cogatur de omnibus Bonis suis certam pecuniæ summam Civitati pensitare &c. vide Anselmus ad Edict. perpet. ad art. 6. §. 10.

Dit Recht van Issue is aen de Stadt geadjudiceert by vonnis op de Rechten van Admodiatie in saecke van den Admodiateur Gillis Boet, tegens d'Erfgenaemen La Roche die Fransche waeren, ende is in den Raede van Brabant in Reformatie geconfirmeert anno 1719. ende is wederom in den selven Raede alsoo verstaen tegens den Heere Wout-Meester van Beughem de Capelle anno 1760. oft 1761.

Articulus CXXXVIII.

Quicumque cupit coram Scabinis Urbis contrahere Emphyteuses, Transportus, Permutationes, Gravamina, aut Obligationes Fundorum, Domuum, Censuum aut Redituum, tenetur primo Secretariis, Gra-

phariis aut eorum Scribis Titulum suum ostendere, nec non quomodo ad ea Bona aut Reditus pervenerit, qui tum naturam eorum Bonorum, Censuum aut Redituum inquirunt, & quis Dominus Fundi sit, cum respectu Bonorum Censualium aut Redituum super eis hypothecatorum necessarius sit assistentia Domini Fundiarii.

QUIS DOMINUS FUNDI SIT) Ex supra citato Article 129. in fine patet in Urbe Bruxellensi ejusque Territorio multos esse Dominos Fundiarios seu Censuales, qui ratione hujus Article in contractibus ibi memoratis, debent agnosci antequam Scabini seu Magistratus aliquem possint contractum perficere, ideoque in litteris constitutivis inseri solet hæc clausula: (*in de tegenwoordigheyt van*) supple nomen Domini Censualis (*ende van ons, die schuldigen waeren over te wysen, ende met de laethen dier oock behoorden over te staen.*)

In fine autem apponitur hæc clausula, (*'t welcke alsoo wettelyck geschiet synde, hebben de voors. Rechters by hunder Manisse, ende by onsen Vonnisse, ende by Wysdom der voors. laethen den Cooper ghegoedt.*) Cum Domini Censuales videantur imam Justitiam exercere, ex eo quod habeant Officiarios & Judices Censuales, qui ad interpellationem Dominorum Sententiam dicunt. Quibus adde quod Domini Fundiarii ne minimam quidem habeant Jurisdictionem præterquam quod per Officiarios suos assistant in hæredationibus Fundorum, de quibus censum percipiunt. Vide Cuypers tract. van Grondt-proced. quest. 31. in addit. num. 6. & quest. 57.

Articulus CXXXIX.

Defectu cuius, Secretarii aut Graphiarii inheredationem non admitterent, nisi emptor de difficultatibus & incertitudine premonitus, declararet se cum venditore, constituyente, aut obligato esse contentum, & quo ad hoc non inquietum. Quo casu Secretarii aut Graphiarii cum inchoato actu prosequuntur, precipue ubi in venditorem, constituentem, aut obligatum non cadit notabilis suspicio fraudis.

Articulus CXL.

Qicumque coram Scabinis Bruxellensibus ineunt Contractus redolentes Alienationem, Permutationem, Gravamen aut Obligationem ut ante, debent habere etatem 28. annorum, vel aliter inheredationem facere presentibus quatuor maribus propinquioribus respective agnatis & cognatis, sub fide sua certificantibus talem Alienationem, Gravamen, Permutationem aut Obligationem fieri in compendium contrahentium, cum vero tot propinqui non sunt, vel non sunt reperibiles, tum tales ad requisitionem suam authorisuntur à Magistratu Urbis, previa causa cognitione.

CONTRACTUS REDOLENTES ALIENATIONEM) Prædia Rustica & suburbana minorum licite non posse alienari docet Juris-Con-

sultus in l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela &c. & Imp. l. 1. Cod. si ad donat. l. 1. C. gregor. si advers. donat. quod Justinianus postea ad omnes omnino res pupillorum extendit, exceptis iis quæ servando servari non possunt, cujusmodi sunt animalia, supervacanea, vestes, fructus &c. l. lex quæ. 22. l. ult. §. fin. Cod. de administ. tut. unde nihil ex rebus minorum irrevocabiliter alienari potest l. 1. Cod. de fund. dot. l. fin. Cod. de reb. alien. non alien. nisi tribus concurrentibus, videlicet ære pupilli alieno quod dissolvi sit necesse, nec aliunde solvi potest, l. ob æs. 12. Cod. de præd. minor. aut alia necessitate justa, quæ evitari non potest, puta si dividere cum majore provocante habeat necesse, aut aliunde nisi rebus distractis ali pupillus non possit. l. 1. §. si communis. l. 5. l. si pupillorum 7. ff. de reb. eorum qui sub tut. l. penult. Cod. eod. deinde Decreto Magistratus qui cognoscit justane subist distractendi necessitas, an non. l. si quidem II. Cod. eod. tit. estque hujusmodi venditio aut alienatio nulla sine decreto facta: & ita Parisiis judicatum teste Rebuff. ad constit. Reg. tract. de restit. art. 2. gl. 4. num. 15. tertio autoritate veri Tutoris. l. ult. §. si autem. Cod. si propter. public. pensitat. Horum aliquo deficiente, nulla est alienatio l. 5. Cod. de præd. minor. Vinnius in institut. tit. quib. alienare licet vel non §. 2. ad verba sine Tutoris autoritate. Cujac. in tit. Cod. de prædiis & aliis reb. minor. sine decreto non alien. vel oblig. cujus alienationis nomine venit actus omnis qui rem ponit extra bona minoris, vel ejus usum aufert, aut diminuit, uti donatio, venditio, permutatio, oppignoratio, in solutum, in emphiteusim, in usum fructum datio, servitutis impositio, remissio juris in rem competentis l. 4. Cod. de præd. minor. quæ alienationes omnes hic & infra articulo

271. prohibentur ante annum vigesimum octavum, qua de re vide supra turbam tertiam *in fine ad titulum de inductionibus fol. 108.* cum aliarum Brabantiae Civitatum mores hanc prohibitionem ad 25. ætatis annum solummodo extendant: uti Lovanienses *tit. 9 art. 16.* Antverpienses *tit. 41. art. 12. item tit. 43. art. 66.* Lyran. *tit. 18 art. 3* Nivellens. *tit. 1 art. 2* Herentall. *tit. 13 art. 12.* Casterl. *tit. 5 art. 17.* Ghelens. *tit. 9 art. 13* Bergozom. *in Camera pupillari art. 34.* Bladellens. *art. 22.* Mechlin. *tit. 19 art. 5 item tit. 20 art. 27.* Limburg. *art. 195. , 196. & 264.* idque ut ait Gail. *practic. observat. lib. 2 observ. 96 in princ.* ex generali quadam ubique locorum recepta consuetudine juri Romano consona §. I *instit. quib. mod. tut. finit. & l. I Cod. quando tutor vel cur. esse desin.*

Quæ ad alienationem bonorum minoris requirantur vide latius D. Tulden. *Cod. lib. 5. tit. 71.* Christin. *vol. 3 dec. 174.* Gutierrez *tract. de tutel. & cur. p. 2 c. 5* Masuer. *in pract. tit. 5 num. 25. & ibi Guenois Argentrae ad consuet. Britan. art. 481. gl. 2. , 3. & 4.*

A D D I T I O.

CUM VERO TOT PROPINQUI NON SUNT)
Can oock versocht worden by Requeste te presenteren aen de Heeren Wethouderen. acte van dispensatie om de alienatien te mogen doen met overstaen van twee Vrinden in plaetse van vier.

Articulus CXLI.

Venditiones, Alienationes, Gravamina
 aliique Contractus Orphanorum ac Pupillorum, inveniuntur pravo consensu & au-

thoritate Architutorum & Scabinorum Urbis, respective duobus Actis aut Apostillis consensuum apparentium in libellis supplicibus in hunc finem Architutoribus offerendis, idque previa informatione ab Architutoribus sumpta, nec non Attestatione propinquorum Pupilli de necessitate commodo ac utilitate ejus quod ex parte Pupilli poscitur.

Articulus CXLII.

Domus Dei, Domus Sancti Spiritus, Xenodochia, Gilde, Opificia aliaque Collegia, intra Urbem, ejusque jurisdictioni subiecta, non possunt inire Alienationes, Transportus, Gravamina aut Obligationes, aliquorum Bonorum, Fundorum, Domuum, aut constituere Census vel Reditus irredimibiles absque consensu Magistratus, & respectu predictarum Domuum Dei, Domuum S. Spiritus ac Xenodochiorum etiam intervenire debet responsum Præfectorum Generalibus Eleëmosinis prædictæ Urbis.

CORPORA NON POSSUNT ALIENARE)
Vide quæ supra art. 103. de manibus mortuis dicta sunt.

RESPONSUM PRÆFECTORUM ELEËMOSINIS)
Quæ Spectant ad Officium horum Præfectorum latè discutiuntur in volum. 3. Edict. Brabant. lib. 1. tit. 7. cap. 1., 2., 3., 4. & 5.

Articulus CXLIII.

NEquae Domus aliive fundi neque Census irredimibiles seu Fundiarii seu alii, neque Reditus, coram Scabinis transferri queunt in manus Clericas seu mortuas, sive pro Fundatione, Eleëmofinis, sive aliter, nisi consentiente Principe, ac previo responso & consensu Metropolis Brabantia sub qua bona sita sunt, ex edicto præcitati Caroli V.

NEQVEUNT TRANSFERRI IN MANUS MORTUAS) Vide supra art. 103. & 142.

Articulus CXLIV.

Quisquis coram dictis Scabinis, transfert, in emphiteusim dat, alienat, obligat, aut aggravat redivibus Domos aut Fundos, tenetur specificare, & requisitus, sub iuramento declarare omnes Census aut gravamina anteriora, nec non onera ac servitutes bonis annexa.

S U M M A R I A.

1. Consuetudines conformes.
2. Articulus hic maxime obtinet in callida taciturnitate.
3. Quo casu committitur species stellionatus.
4. Nisi pignus omnibus possit sufficere.
5. Articulus hic locum non habet respectu obligationis generalis.
6. Sed cum specialis pignoris obligatio celatur.
7. Onera rerum venditarum imputantur in pretium.

(1) SPECIFICARE GRAVAMINA ANTERIORA)
 Huic nostræ consuetudini consonant & aliorum locorum mores : uti Santhov. art. 154. Lyran. tit. 6. art. 5. Casterl. tit. 13. art. 8. Bergozom. tit. 13. art. 8. Sylvæ Duc. tit. 13. art. 5. Ghelens. tit. 5 art. 7. Deurnens. art. 188., 193. & 197. (2) nisi ut fur velit puniri ex præscripto dictorum articulorum : quod maxime obtinet si quis forte rem alii obligatam dissimulata obligatione per calliditatem alteri distraxerit, vel permutaverit vel in solum dederit : (3) in hisce enim casibus continetur species criminis stellionatus : *l. stellionatus accusatio §. ubicumque igitur ff. de crimin. stell. & Text. in l. si quis in pignore §. 1. ff. de pignorat. act. & in l. Julianus. §. idem Julianus ff. de action. empt.* imposturam enim facit proximo, & sic poterit stellionatus postulari. (4) Nisi omnibus possit sufficere pignus. Costal. in *advers. ad l. & quondam §. qui res ff. de pignorib. per l. si quis in pignore 36. circa fin. ff. de pignor. act.* nam etsi de dolo actio competat, tamen videtur cessare crimen stellionatus, si quando requisitus id oneris subticuisset, præsertim cum eo casu locum habere videatur *l. si à debitore ff. de fals.* (5) Papon. autem *lib. II. tit. 4 arrest. 14 & Choppin. lib. I. ad consuet. Andium cap. 73. n. 6.* quærit an crimen stellionatus & pœna hujus statuti locum habeat, si quis hypothecam creditori non declararit cum generaliter omnia bona obligasset. Et dicendum cum Fabro & Ang. *ad tit. de crimin. stell. lib. 9.* quod non, (6) sed tum solum cum quis hypothecam specialem celavit per text. in *l. labeo. Cod. de sec. pign. dat. manu.* quod probavit etiam Curia Parisiensis juxta ea quæ tradit Charond. *lib. 7. resp. 99.* vide plura apud Menoch. *de arbitr. judic. casu 381. num. 12. & seqq. Papon. in*

consuet. Burbon. §. 80. Choppin. de morib. Paris. lib. 3. tit. 2. num. 23. l'Abbé sur les Coustumes de Berry tit. des cens. art. 25. unde non abs re hic requiritur ut specificet, & si ab eo requiratur, scilicet venditore aut oppignorante, ut jure jurando quoque declaret omnes redditus censufve ac cætera onera omnia, quibus fundi venditi aut oppignorandi sunt gravati, ut postea major habeatur ratio dicti criminis stellionatus. (7)

Tantoque amplius cum onera rerum venditarum imputanda sint in partem pretii l. 1. §. si heres ff. ad S. C. Trebell. idque omne videatur abesse à re pro quo obligata est. Kinichot. resolut. 41.

NEC NON ONERA AC SERVITUTES BONIS ANNEXA) Hinc venditor, si scit onus rei venditæ debet illud specificè exprimere & de eo monere emptorem; nec sufficit, si generaliter, vel etiam universaliter dicat, quod det rem cum suis oneribus, vel cum omni sua causa vel similibus clausulis l. tenetur 6. §. fin. l. quero 42. ff. de action. empt. l. hoc autem 12. ff. de heredit. vel action. vend. l. queritur. 14. §. si venditor ff. de edilit. edic. l. qui libertatis 69. §. sed & hi ff. de evict. gloss. 1. & fin. in l. 1. Cod. de edil. edic. Alexand. cons. 14. num. 8. & 9. vol. 5. Surdus decis. 146. num. 9. & 11. & decis. 288. num. 58. Bertazzol. de clausul. instrum. claus. 29. gl. 1. num. 4. Cardin. Tuscus. in verb. vendens conclus. 51. num. 15. tom. 8. fol. 486. alias emptori permissum est recedere à contractu, præstito jurejurando quod empturus non fuisset si scisset hanc servitutum impositam. Et ita in suprema Brabantix Curia judicatum refert Stockmans decis. 97. quod ex gravitate oneris arbitrari debet Judex, non ex quavis asseveratione emptoris l. ex empto §. si quis virginem. ff. de action. empt. Welenbec. cons. 119. num. 19. addens num. 21.

hac in re acquiescendum esse juramento emptoris, si ille affirmare velit, se hoc animo esse, & fuisse cum emeret, idem firmat Burgund. de evict. cap. 46. Vide latè Lambert. Goris advers. tract. 3. part. 2. cap. 7.

A D D I T I O N E S.

WOrdt gevraeght oft iemandt in de vercoopinghe uytstekende sekeren Chyns uyt te gaene op de vercochte erve aen sulckenen Heere, ofte den selven Chyns daer mede geconstitueert ende vercregen wordt? Cuypers 2. Deel 39 quest. n. 6. leert dat dese bekentenisse maer en dient voor preuve, ende niet voor vaste dispositie, ofte en wordt daer door het goedt niet Chyns-roerigh *ibid.*

Maer uytsteecksel van Servituet dient voor constitutie *idem* Cuypers d. l. item 104. quest. n. 4.

Articulus CXLV.

QUod si postmodum reticium quid reperiatur, dictave bona prius alteri sint divendita, tales Venditores, Constitutores, aut Obligatores, eorum heredes & posterii, secundum statutum super non veracibus venditoribus, tenentur emptori ejusve heredibus, aut possessori Venditorum Bonorum vel Redituum (si ita eis placuerit) pretium restituere cum arrieragiis Redituum, nec non meliorationes bonis alienatis applicatas ex judicio Magistratus & praefectorum limitibus Urbis. Si vero bonis distractis carere nolint, eis de hoc satisfiat, tacitum onus redimendo,

vel solvendo emptori, ejusque heredibus aut actionem habentibus celati gravaminis summam capitalem: onera scilicet redimibilia per pretium quo redimi possunt, & irredimibilia secundum estimationem Magistratus, una cum omnibus arrieragiis & expensis, eaque omnia ex electione emptoris, ejus heredum, aut actionem habentium: & propter reticentiam commissam iidem Venditores, Constitutores aut Obligatores tenentur in multam aut viam Romanam versus aut S. Jacobum in Gallicia, aut in solutionem quadraginta florenorum Censualium, inter Dominum ac Urbem dividendorum, casu cujus defectu aut recusationis, licitum est Magistratui eadem commutare in exilium vel carcerem, manentque incarcerati donec emptori sit satisfactum de reticentia, una cum omnibus meliorationibus damnis & interesse.

RETICITUM QUID) Articulus hic est poenalis, utpote irrogans poenam exilii aut carceris, & per consequens requirens dolum, uti tradit Joann. Ferrar. in pract. sua in forma inquisitionis gl. 7. in verbo appensate & D. Præses Everard. in loco leg. 23. ab absurdo circa med. Propius ad propositum Boerius ad consuet. Bituric. tit. 2. de Jurisd. omn. jud. § 26. Bald. in tract. suo de statutis, verbo uxor. Ubi dicit quod consuetudo vel statutum, licet non faciat mentionem doli debet tamen subintelligi: quia poena inquit privationis beneficii non debet alicui infligi nisi propter dolum: minus ergo in proposito, ubi

est major pœna quam privationis beneficii : scilicet exilium aut carcer. Unde venditor qui ignorans vendidit rem servam, censui vel alteri oneri obnoxiam, non tenetur ad interesse, sed quanti minoris uti tradit Practic. Papiens. tit. 37. gl. 1. num. 4. vide tamen limitationem Caroli de Loyseau de la garantie des Rentes c. 2. num. 2. & seqq. Caballin. de evict. §. 3. num. 153. & num. 166. Christin. vol. 4. decis. 183. id verbum enim *reticet* intelligendum est de dolo malo uti & verbum *celat*.

TENENTUR EMPTORI) Quod importat necessitatem Alexand. conf. 223. in fin. vol. 2. quia cogitur venditor, si emptor velit, conditione ex statuto hoc redhibere pretium sibi ab emptore solutum: quæ actio cum ad partem ejusque utilitatem referatur, non poterit Officio Judicis ei adimi: ut innuit Chassanæus ad consuet. Burgund. tit. des droits appart. à gens mariés §. 6. & §. II. gl. verb. pour la moitié numm. 1. 2. & seqq. usque ad 10. & §. 12. in gl. ult. verb. pour la moitié num. 9. 10. & §. 13. num. 7. 8.

Remedia contra vendentem prædium obligatum pro libero tradunt Mynsing. observ. 37. cent. 1. Ludov. Charond. lib. 7. resp. 99.

PRETIUM RESTITUERE) Quibus verbis indicatur emptorem, cui aliqua onera fuerunt reticita, repetere posse pretium rei emptæ venditori solutum & res emptas restituere. Sed si quis emerit bona feudalia sibi vendita pro allodialibus, vel saltem putans ea talia fore, non videtur posse resilire à contractu, sed quanti minoris agere, sic ut, si venditor offerat illa efficere allodialia & liberare onere feudali, sufficiat: uti alias in supremo Senatu Mechliniæ judicatum in Februario anni 1595.

Si vero in schedis quæ in publicis aucionibus affiguntur venditor prædii vendendi qualitatem

aliter descripserit, atque postea in conditionibus consignavit, eaque de causa emptor in errorem perductus & læsus fit, ex empto illi actio esse videtur contra venditorem unde. Mornac. in l. Julianus 13. §. idem Julianus 6. ff. de act. empt. ait eum textum esse præclarum ad libellos qui ad ædes fixi vel suspensi sunt: si enim is qui licitatus est & emit, comperiat dissimulatum esse in ejusmodi tabulis publicis onus aliquod vel jus, quod si vidisset, vel omnino non emisset aut minoris emisset, con- queri jure poterit ut deceptus. Interest enim omnium neminem publice decipi l. quero ff. de act. empt. vide etiam Mornac. ad l. 13. §. ult. ff. de his qui not. infam. ad l. 6. ff. de dolo ad l. 41. ff. de act. empt. Et ad l. 1. §. 1. ff. de pignorat.

A D D I T I O.

DEn Cooper en is niet gehouden den Coop te houden, alwaer daer maer een deel met Fidei- commis belast. Cuypers Grondt-proced. 74. quest. de servitute celata vid. l. 1. ff. 1. de act. emp.

Articulus CXLVI.

CUm nonnulli gravati multiplicibus debi- tis, ac præstationum promissionibus, bona sua fraudulenter onerent pecuniis aut Reditibus in utilitatem extraneorum, inque eadem bona tales personas induci curent,

vendi, eorumque liberos in eis inheredari, qui postmodum, sub pretextu se non assumpsisse Parentum bona vi natiuitatis, sese pretendebant eximere à solutione eris alieni, & à satisfactione promissionibus suorum Parentum, in fraudem communium Creditorum dictorum Parentum, ejus emendandi causa Statuto quodam ordinatum est prædictam subtilitatem, confessiones debitorum, promissiones prestationum, & inheredationes pro utilitate dictorum liberorum non posse operari in fraudem Creditorum, debitorum ac promissionum Parentalium, sed iis non obstantibus ea bona in quæ inductio facta est, aut quæ alias distracta sunt, in liberis qui ea assumpserunt manent subjecta solutioni debitorum realium ac promissionum Parentalium, non aliter quam si ea bona vi mortis Parentum suorum aut vi natiuitatis obtinuissent.

NON POSSE OPERARI) Cum nimirum Parentes scienter & animo fraudandi Creditores, bona curant alienari, cui articulus noster occurrit, eoque amplius quia sciens tale nomen secutus videtur, quale initio obligationis fuit. l. dotem à Patre 35. l. promittendo 41. §. si à debitore 3 versic. quod si jam ff. de jure dot. Loyseau de la garantie des Rentes chap. 3. num. 9. & ita judicatum à Magistratu Bruxelensi anno 1631. in causa Henrici Lauryns contra Artum Ingels, sub Vander Borgh.

Articulus CXLVII.

Item cum quis bona fide vendit ac transfert proprietatem Domuum, Fundorum, Locationum, Censuum aut Redituum absque promissione præstationis super validitate dicti transportus, talis transportans, aut ejus heredes non tenentur de evictione ejus quod translatum est, etiamsi talia bona transportata, aut Reditus, postmodum ab emptore in judicio evincerentur.

NON TENENTUR DE EVICTIONE)
 Venditio enim Dominium rei venditæ transfert in emptorem. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 38. num. 3. & res transit cum suo onere, & perit suo Domino. Priusquam tamen res evincitur non potest emptor contra venditorem agere de Evictione l. 3. Cod. de Evict. l. si plus vel minus ff. eod. hoc est ad pretii restitutionem, potest tamen convenire venditorem, ut rem defendat d. l. si plus §. mota questione ff. eod. & si non defendat, re evicta agit emptor ad restitutionem pretii & sumptuum, & si emptor obtineat sic ut res non evincatur, nihilominus tenetur venditor reddere sumptus factos in defensione litis, si Judex victum non condemnavit in expensas uti expresse determinat Barthol. in l. 1. ff. eod. & in l. venditores ff. de verbor. oblig. reprobatur Gloss. in d. l. 1. ad cujus argumenta respondet ut ibi per eum, idque etiam consulendo tenuit Natta cons. 232. Cravetta cons. 334. num. 2. lib. 2. qui videntur loqui casu quo promissæ sunt expensæ litis, & si res invenitur alicui obligata, potest agi actio-

ne ex empto ut res liberetur, secundum textum in *l. ex prædiis Cod. eod.* & *l. creditor §. prædium ff. de act. emp.* & hoc sive res tradita sit sive non. Gloss. in *d. l. ex prædiis* potest quoque agere ut caveatur sibi de Evictione *l. 2. ff. eod.* & *l. quod si nolit §. assidua ff. de ædilit. edict.* idque quod dixi agi posse ut caveatur per *d. l. 2.* dicendum est quod hoc procedat in simplici cautione sive fidejussione, quia tunc tantum petitur cautio fidejussoria quando hoc actum est. *l. emptori ff. eod.* & *l. pacta ff. de contrab. empt.* vel quando imminet evictio in limine contractus. Ludov. Roman. *conf. 8. num. 3. gloss. in l. illud quæritur ff. eod.* & ad hoc ut quis possit agere de Evictione, debet notificare venditori litem motam. Quæ notificatio continet ut veniat ad defendendum, & liti assistat *l. emptor* & *ibi Bart.* & *l. empti actio Cod. de Eviction.* præstatur vero satisfactio pro Evictione quando imminet Evictio in limine contractus, non solum pro illa Evictione quæ ex causa imminet, sed etiam generaliter quocumque modo evinceretur Barthol. in *l. 1. §. stipulationum. ff. de prætor. stipul.* deinde si in limine contractus imminet Evictio priusquam pretium sit solutum, non potest emptor compelli ad solvendum pretium, nisi sibi idoneè caveatur de Evictione. *l. si post perfectam Cod. eod.* jurabit tamen emptor de calumnia quod non calumniose suppositum illum qui ei litem movet & eodem modo quoque compellitur jurare is qui eam movet, uti dicit text. in *l. habitationum §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.* & *ibi Bartol.* tum etiam agitur de Evictione priusquam res evincitur, quando venditor scivit rem esse alienam idque propter ejus malam fidem *l. servus in fin. ff. de action. empt.* non tamen ad restitutionem pretii, quia hoc non potest antequam res sit evicta per

per sententiam, sed ager ad interesse quatenus sua interest rem esse suam, imo si non solvisset pretium posset cogi ad solvendum quantumcumque emptor vellet probare rem esse alienam, quia venditor potest replicare quod sibi licet habere *l. emptorem §. fin. ff. de action. empt. si tamen mota esset controversia per verum Dominum, non cogere tur solvere pretium nisi dato fidejussore Paul. Castr. in d. l. servus §. fin. & hoc usque adeo verum est, quod etiamsi conveniret ne venditor teneatur de Evictione, nihilominus re evicta tenetur venditor ad restitutionem pretii, idque pactum proderit solum venditori ad hoc ut non teneatur ad interesse uti tradit dic. Castr. in d. l. emptorem qui id extendit & limitat tribus modis, & sic quoque judicatum in Senatu Pedemontano teste Ant. Thesfauro ejusdem Senatus primario Senatore decis. 85.*

A D D I T I O.

QUID JURIS *Als in de vercoopinghe ende transporte uytgedrukt staet dese clausule met den selven waerichappe ende vastigheydt die hy daer af heeft, sonder van synen t'wegen eenigh voorder waerschap te geloven? gedeponeert ende geturbeert dat den vercooper ter quaeder trouwe verswygende eenige Commeren oft lasten, de selve gehouden is af te draegen niet tegenstaende sulcke clausule, d'welck conform is aen de leeringe van Loys de la garantie de Rentes chap. 2. n. 9.*

Articulus CXLVIII.

QUANDO *Venditor Domuum aliorumve Fundorum Oneribus aut Reditibus gravatorum, in se sumit onus arrieragiorum*

Tomus III. S

qua ante venditionem elapsa sunt, tum satisfacit solvendo arrieragia usque ad diem ultimo lapsi Canonis ante Venditionem nec ulterius tenetur pro rata temporis usque ad diem Venditionis nisi aliter inter partes conventum esset.

Articulus CXLIX.

SI quis Domum aut aliud Prædium vendit nihil sibi reservando, omne id intelligitur debere sequi emptorem quod clavo affixum est, vel parietibus aut solo adhaeret.

QUOD CLAVO AFFIXUM &c.) Unanimis Brabantiae hæc est consuetudo: apparens ex Consuetud. Thenensi tit. 8. art. 12. Rodiens. art. 17. Lyran. tit. 6. art. 9. Herentall. tit. 16. art. 24. Ghelens. tit. 5. art. 11. Bergozom. tit. 12. art. 2. Sylvæ Duc. tit. 13. art. 12. Reusell. art. 60. Mechlin. tit. 7. art. 9. Deurnens. art. 189. & 372. hinc orta quæstio an statuæ aut imagines ahenæ, marmoreæ, & similes repertæ in Castris aut Ædibus particularibus numerari debeant inter immobilia? Tronçon. ad consuetud. Paris. art. 90. respondet quod non, si ferro, clavo, aut incrustatione non adhæreant, si vero ita fixe adhæreant, pro immobilibus habentur, ac partem domus constituunt & loci in quo reperiuntur. l. statuæ ff. de verbor. signif. ubi statuæ adfixæ basibus, aut tabulæ religatæ catenis aut erga parietem adfixæ, sunt ædium. adde l. cetera 41. Senatus Consultum de leg. 1. quod &

terminis expressioribus decisum est in *l. habitator. 39. ff. de rei vindicatione* hac ratione quod quæ alienis ædificiis connexa essent, ea quamdiu juncta manerent eorundem ædificiorum sint. Quia res affixæ ædibus vel quæ solo adhærent, sunt ibi incommutabiliter & perpetuo, & ideo pro immobilibus reputantur uti tradit Boer. in *cons. suo incip. Jacqueline du Molin. col. 6. quod habetur post tract. Dyni de reg. jur. in 6. Menoch. de recuperand. possess. remed. 1. num. 41. l. fundi ff. de action. empt. l. nutu §. columnis ff. de leg. 3. Charond. ad Consuet. Paris. art. 90. quibus opponuntur *ruta & cæsa l. 5. §. idem ex jul. ff. ad exhib. Costal. ad l. 76. de contrab. empt. nam juxta dispositionem §. cum in suo solo instit. de rer. divis. omne quod solo inædificatur vel solo adheret, solo cedit.**

A D D I T I O N E S.

W At aert ende nagel-vast is siet Cuypers 131. quest. alwaer hy seydt dat den alem van de Brouwers als Ketels, Backen, ende diergelycke, gehouden wordt voor meubel, ende niet voor aert oft nagel-vast, ende is den verhuerder daer op preferabel.

En worden oock niet gehouden voor aerdt ofte nagel-vast Huysen gebouwt op Kerck-hoven ofte op een ander Mans grondt, ofte oock niet het gene den Huerlinck plant op eenen gebuerden grondt ibid.

De Tichelen van een Dack genomen om daer weder op te leggen, worden gehouden voor aerdt-vast, gelyck oock de Boomen uytgedaen om daer wederomme te planten.

Item wordt tot Brussel geplogen dat de Brouweren vercocht ende geevinceert worden met de Comme gerecke ende alem.

Articulus C L.

OMnes suppositiones & conditiones insertæ litteris Scabinalibus faciunt cessare jus commune municipale, Fundumque afficiunt quo ad servitutes & onera, si inhereditio fiat assistente Domino Fundi respectu bonorum Censualium.

CONDITIONES FACIUNT CESSARE JUS MUNICIPALIS) Cum provisio hominis faciat cessare provisionem legis ut annotavit Bald. in l. fin. Cod. de pactis conven. & Bartol. in l. habet. §. fin. ff. de præcar. nec possit in dubium revocari quin pactis hujusmodi consuetudini possit derogari, cum id omnes concedant post Bartol. in l. Titia. §. Imperator. ff. de legat. 2. ubi & legi derogari posse admittit: qua de re latius Masuer. in sua praxi tit. de societ. §. 1. & Tiraquell. in l. si unquam. Cod. de revoc. donat. alii tamen Consuetudinem & Statutum pacto potentius affirmant D. Præses Everard. in locis legal. in loco à pacto ad legem. per l. non impossibile ff. de pactis. Jason. in l. jubemus Cod. de judic. col. 1. & in Authent. præterea. col. 6. Cod. unde vir & uxor. Bursat. in conf. 149. num. 14. vol. 2. quod verum est si per tale occultum inter privatos pactum occasio præberetur fraudandi tertium, quo casu locus esset regulæ quod pactum non operetur ultra personas inter quos est interpositum, nec etiam ultra illam rem de qua interponitur. l. si unus §. ante omnia ff. de pactis & tot. tit. Cod. res inter alios acta aliis non præjudicat. non vero respectu servitutum & impositionum onerum in fundo coram Scabinis distrahendo vel gravando, sub conditionibus litteris Scabinalibus inferendis.

Articulus CLI.

SI quis Debitum agnoscat coram Scabinis Bruxellensibus cum obligatione immobilium, eo casu utraque pars, debitor nimirum & Creditor, sub juramento tenetur affirmare, debitum istud esse legitimum, justum, nec fictum in alicujus fraudem; que affirmatio ordinarie annotatur in registro litterarum debitoriarum in fine Contractus, & nonnumquam litteris inseritur, ex voluntate partium: sique eadem affirmatio facta non sit, obligatio illa nihili reputatur & absque effectu. Simples vero agnitiones & condemnationes debitorum ubi nulla immobilium obligatio intervenit, possunt fieri coram Magistratu absque prædicta affirmatione.

SUB JURAMENTO AFFIRMARE) Hic articulus uti & art. 146. potissimum introducti sunt ad amovendas fraudes, quas Debitores multo ære alieno gravati, fraudandorum Creditorum causa machinarentur.

Articulus CLII.

Bona Mobilia non possunt valide obligari transferri aut adstringi, impedienda Executionis aut Confiscationis causa, vel alias, in præjudicium eorum quorum interest, nisi per realem traditionem eorum in potestatem

& facultatem Creditoris : & si dicta traditio non intervenerit, sed si talia bona postmodum reperiantur in detentione & sub Debitore aut Transportante, hoc casu tales Transportus & Oligationes pro nullis & invalidis habentur, licetque Creditoribus aut iis quorum interest hoc casu super iis via Executionis aut Arresti procedere, nullo habito respectu dicti transportus aut obligationis factæ absque traditione.

NISI PER REALEM TRADITIONEM) Dominium enim rei alienæ citra actualem traditionem nudis & solis pactis non transfertur. l. 40. Cod. de pactis l. 50. ff. de rei vindicat. quia nemo facto rem alterius acquirit nisi potestati suæ ita subjiciatur ut eam acquirere possit. Arg. l. 1. §. 1. ff. de acquir. possess. Leeuwen. censur. For. part. 1. lib. 2. cap. 7. num. 1. qua de re extat & Edictum de 29. Julii 1653. vol. Edict. Brab. 4. lib. 2. tit. 6. cap. 2. quo statuitur cessiones, transportus, venditiones, seu oppignorationes granorum, item pecorum aliorumve mobilium & fructuum fundo adhærentium, non affectare nisi secuta sit realis traditio, nisi forsitan hæ alienationes fierent coram Judice loci, quo casu ad effectum affectationis traditio necessaria non erit, salvo quod alienans eo casu jurare debeat alienationem esse veram & non simulatam, nec in præjudicium Creditorum procuratam. Unde non magni fit nec consideratur apud nos ficta traditio mobilium. Antiquiores enim nostri tam in alienatione mobilium quam immobilium semper requisiverunt realitatem aut ut ipsi dixerunt realisationem. Idque

ad evitandas fraudes, & multiplicationes processuum & controversiarum, quæ oriebantur ex eo quod mobilia subjecta erant distractioni & alienationi de manu in manum & de loco in locum, ac insuper etiam parvi valoris & æstimationis, ac proinde latius dicitur propriè *pignus à pigno* quia creditor Dominus illius rei mobilis fit, si quando habet in manu sua, hoc est, eam possidet *l. si rem §. propriè ff. de pignorat. act.* sed hic notandum duplicem esse traditionem, veram & fictam, seu quasi de quibus vide *Sichard. in Cod. de peric. & commod. rei vendit. in rubr. num. 2. & ad l. 1. num. 4. Cod. de donation.*

A D D I T I O N E S.

EXcipe nisi forsan hæ alienationes & oppignorationes fierent coram Judice loci, mediante juramento alienationem esse veram & non simulatam, uti dicitur superiori Art. Vide *Anselm. ad Articulum 15. Edict. perpet. §. fin.*

Siet het Placcaert van den 29. Julii 1653. staende in het derde Deel van de Placcaerten van Brabant fol. 85.

Als den Rente-brief wordt in handen gestelt als pandt metter minnen, den Crediteur en cryght daer mede geen recht tot de voorschreve Rente, gelyck nochtans soude geschieden door de overlevringe van meubel goedt. Cuypers Grondt-proceduren 48. quest. in de addit.

Articulus CLIII.

Qui se obligat ut nudum fidejussorem, aut promissionem prestat coram Magistratu aut Scabinis Urbis, non potest con-

veniri, nec ejus bona excuti, quo usque Debitor principalis in persona & bonis suis in Brabantia vel saltem in Ammannia Urbis sitis excussus non est.

FIDEJUSSOR NON CONVENITUR ANTE PRINCIPALEM) Conformis est huic articulo authent. *præsente Cod. de Fidejussorib. & mandator* qua principalis debitor præsens & solvendo ante Fidejussorem excutiendus est, & per eam correctæ sunt jura digestorum & codicis ut *l. 2. in pr. l. non rectè l. jure nostro Cod. eod.* quod & fundatur in authent. *hoc si debitor Cod. de pignor. & hypoth.* & ita sentiunt Canonistæ in *cap. pervenit de Fidejussorib. Jason. in §. item si quis in fraudem num. 66. instit. de actionib. Gail. lib. 2. obs. 27. Grivell. dec. 71.* & moribus obtinere dictant Consuetud. Antverp. *tit. 63. art. 3. Gheel. tit. 5. art. 26. Bergozom. tit. 12. art. 11. Moll. art. 158. Deurnens. art. 102.* nam olim jure ff. & *Cod.* Creditor habebat reum principalem & Fidejussorem vel etiam pignora simul, & dabatur electio Creditori utrum vellet initio convenire, an Fidejussorem vel principalem debitorem, quod hodie correctum est. Nam cum ambo sunt præsentis tam principalis quam Fidejussor, & principalis est solvendo, tunc debet primo loco conveniri, & ideo Fidejussor conventus habet hodie exceptionem ordinis, potest enim dicere *excute vel convento primo principalem, qui si non apparuerit solvendo, tum demum venito contra me.* Ex supra dicta Authentica notandum est quod hodie quodcumque principalis debitor & Fidejussor fuerint ambo præsentis, sublata sit electio Creditoris, qua olim poterat indistincte Fidejussorem primo loco convenire, sed tenetur primo convenire reum

principalem, si modo est solvendo: hinc evidens absentiam & inopiam principalis debitoris comparari; nam idem est debitorem principalem esse absentem, vel esse præsentem, sed inopem & qui non sit solvendo. Unde cum constaret omnibus, & esset notorium, principalem non esse solvendo, tunc istius inopia comparatur absentiae, ita ut primo loco possit perveniri contra Fidejussorem l. 10. ff. de verbor. oblig. gloss. in l. fin. ff. si certum petat. in verb. sed & si cum Sejo egero.

Sed in istis duobus casibus exceptis animadvertendum est, ut si Creditor primo loco velit convenire Fidejussorem, eo quod principalis non sit solvendo vel alias non possit conveniri propter personæ inhabilitatem, tunc in libello faciat ejus rei mentionem, dicendo quod conveniat Fidejussorem Titium qui obligavit se pro Cajõ in decem, cum notoriè non sit solvendo vel propter personam servilem vel aliam causam non possit conveniri, ideoque petat condemnari Titium Fidejussorem. Nam nisi exprimeret causam creditor, quare omisso principali, primo loco conveniret Fidejussorem, libellus esset ineptus, & ideo rejiciendus; cum Authentica det formam procedendi, contra reum & Fidejussorem, ut scilicet primo conveniatur reus.

Articulus CLIV.

SI vero unus aut plures sese obligarent tamquam principales & singuli in totum & singulum, tales fidejussores possunt conveniri & excuti ut debitor principalis, unus in totum, quamvis etiam debitor principalis esset præsens & solvendo.

TAMQUAM DEBITORES PRINCIPALES)
 Fidejussor tamquam principalis debitor acceptus vulgo (*Borghe als principael*,) solutionem ejus tamquam proprii debiti suscepisse intelligitur, perindeque est ac si omnibus beneficiis renunciasset, nec ut Fidejussor, sed tamquam principalis debitor, absque ulla alterius discussione convenitur. Quia in contractibus verba non debent esse otiosa l. 1. §. 1. ff. quod quisque juris l. 109. ff. de legat. 1. & moribus patriæ in contractibus & stipulationibus, sola facti veritate inspecta, consideratur id quod actum est. Vide Alexandr. *conf.* 22. num. 4. vol. 7. *disputat.* Fachin. *controvers.* lib. 8. cap. 54. & communiter in foro observari testatur Andr. Gail. lib. 2. *obs.* 28. *Christin.* vol. 1. *dec.* 135. Peck. *de jure fist.* cap. 4. num. 9. Lambert. Goris *ad Consuet. Velav.* cap. 17. art. 1. gl. 3. num. 5. Radelant. *Cur. Ultraject.* *decis.* 99. num. 8. Anton. *Thesaur.* *decis.* *Pedemontan.* 166. Grot. *introduc.* lib. 3. part. 3. *versic.* (byde dese) *in fine* etsi enim inter Doctores disputetur an Fidejussor cum ea clausula beneficio ordinis adhuc gaudeat, æquior tamen & menti contrahentium magis consentanea est opinio quæ sine ambagibus hunc Fidejussorem conveniri posse censet non discusso principali. Heringius *de Fidejussor.* cap. 27. num. 118. & in Consilio Brabantiæ ita aliquoties judicatum dicit Stockmans *decis.* 103. moresque Brabantiæ ita passim observare patet ex *Consuetud. Lovan.* tit. 9. art. 12. *Thenens.* tit. 8. art. 4. *Bruxell.* *hic* & art. *seq.* *Antverp.* tit. 63. art. 1. *Herentall.* tit. 16. art. 27. *Ghelenf.* tit. 5. art. 25. *Bergozom.* tit. 12. art. 10. *Sylvæ Duc.* tit. 13. art. 10. & 18. *Mechlin.* tit. 7. art. 15. *Moll.* art. 157. *Deurnens.* art. 100. & ita respectu Consuetudinis nostræ *Bruxellensis* turbatum est

anno 1561. 23. Februarii coram Vander Noot & Berlich. quod & Sim. à Leeuwen *cons. for. part. 1. lib. 4. cap. 17. num. 23.* ab Hollandiæ Curia iudicatum meminit contra Ant. Fabr. *Cod. lib. 8. tit. 28. def. 31.* & Carpzov. *defin. forens. part. 2. constit. 18. def. 2.* qui de jure Saxonico contrarium obtinere refert, vide etiam Christin. *ad ll. municip. Mechlin. tit. 7. art. 15.* & Wassenæ in *praxi notariali cap. 10.*

Articulus CLV.

SI quis Fidejussorem dederit de solvendo die constituto, vel limitato tempore, Creditorque predictum diem aut terminum prorogaverit, novamve conventionem cum principali debitore inierit, dictus Fidejussor liberatur.

SI CREDITOR TERMINUM PROROGAVERIT) Quia quando de præjudicio tertii agitur, tunc tempus prorogatum non dicitur idem tempus Felin. *in c. de causis de offic. & potest. judic. deleg. Text. notab. in l. si cum hermes Cod. locati* quem tamen aliter explicat Argentr. *in Consuet. Britan. tit. de obligat. art. 208. gl. 1. num. 1.* exemplum sit in eo qui fidejussit pro arrestato in domo sua, Creditorque eum permiserit per civitatem deambulare sub verbo fidejussoris eum reversurum fidejubentis; in quo statim ex primo exitu licito extincta fuit fidejussio, quæ amplius ad præjudicium fidejussoris sine novo ejus consensu nequit reviviscere Argum. *text. in l. fin. ff. de pactis Menoch. cons. 212. per tot. maximè num. 29. 32. 39. 59. Farinac. vol. 1. cons.*

59. num. 9. Ancharan. quest. 67. part. 1. Caballin. resol. crimin. 59. num 19. Grammat. conf. Civ. 66. num. 68. 69. quod verum est quamvis conditionalis fuisset licentia puta de redeundo Farinac. d. conf. 59. quia non fuit promissum hoc casu, & quia fidejussor censetur se obligasse pro prima vice tantum Arg. l. boves 89. §. hoc crimine cum latè ibi scriptis per Tiraquell. de verbor. signif. & ob id data semel licentia non censetur se ulterius voluisse obligare, cum fidejussio debeat strictissimè interpretari, ut minus obliget quam fieri possit, & sufficiat eam in aliquo tantum operari l. penult. ff. judic. solvi. l. fidejussores Magistratum 68. in princ. ff. de fidejuss. Decian. conf. 107. num. 2. versic. præterea Menoch. d. conf. 212. num. 13. nec extendatur de re ad rem nec de persona ad personam, nec de casu ad casum, nec de tempore ad tempus Caballin. d. resol. 59. num. 4. unde major est securitas in fidejussore simpliciter dato sine aliqua termini circumscriptione: eo enim casu prorogatione termini non liberatur fidejussor Alexand. in l. qui usumfructum ff. de verbor. oblig. §. conf. 72. vol. 2. & sicut dicit Andr. Gail. lib. 2. observ. 30 num. II. prorogatio termini liberat fidejussorem, quando tempus adjectum fuit causa limitandæ obligationis: secus si tempus dumtaxat solutioni adjectum sit, quo casu prorogatio termini non liberat fidejussorem & ideo Costal. in adversar. suis ad. l. labeo 25: §. sed si per ff. de recept. arbitr. tradit fidejussorem non liberari quando creditor debitori laxius solvendi tempus prorogat ignorante fidejussore: nam prorogatio ista, uti ibidem dicit, non tollit obligationem, sed diem & moram prorogat. Cum autem usque ad certum tempus fide-

jussor est acceptus, nihil agit prorogatio, quin tempore ipso liberetur fidejussor, potest enim in prorogatione non obligari uti in textu *d. l. labeo. ult. de pact. d. l. cum hermes. Cod. locati Hostiens. & Panorm. in c. constitutus de fidejussor & Jason. in l. lecta 6. col. ff. si cert. petatur de quo distinctius Argentæ. d. art. 208. gl. 1. & 2. dum dicit quod simplex termini prorogatio non eximat fidejussorem ab obligatione, nisi interim debitor factus esset non solvendo, vel fidejussor cum præfinitione termini intercessisset. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 7. art. 16. & ita intelligendi sunt Brabantia mores qui fidejussorem casu prorogationis absolvunt, uti Herentall. tit. 16. art. 28. Ghélenf. tit. 5. art. 27. Bergozom. tit. 12. art. 15. Sylvæ Duc. tit. 13. art. 9. Reusel. art. 61. Mechlin. tit. 7. art. 6. Moll. art. 159. alibi tamen fidejussor non absolvitur, nisi prorogetur terminus cum consensu fidejussoris Antverp. tit. 63. art. 6. quamvis enim illic principali debitori dies solutionis concessus sit absque consensu, voluntate, aut scientia fidejussoris, cum clausula (*als principael oft andersints, &c.*) fidejussor manet obligatus: poterit tamen frui die solutionis ipsi principali concesso: nisi facta fuisset expressa innovatio debiti, vel fidejussor se pro limitato tempore obligasset vide Gail. lib. 2. observ. 30. Cacheran. decis. 142. num. 11. Alexand. conf. 13. vol. 2. & Molin. ibi in verbo verius Cavalcan. part. 2. decis. 20. num. 2. cum multis seq. ac decis. 18. l. 4. Hippolit. de Marsil. in rubr. de fidejuss. num. 89. Gomez. l. 2. variar. resol. c. 13. n. fin. Charond. lib. 12. resp. 41.*

AUT NOVAM CONVENTIONEM INIERIT)
 Quoties enim alteratur obligatio pro qua quis fidejussit, tunc fidejussor liberatur, ut tradunt Socin. conf. 62. num. 23. vol. 4. Ancharan.

Regienf. *quæst.* 15. num. 9. & 14. lib. 2. *Surdus conf.* 460. num. 45. ubi inquit hoc verum esse, etiamfi dispositio alteretur aliquantulum tantum. *Hering. de fidejussor. cap.* 20. §. 25. num. 1. & 2. *Cephal. conf.* 331. num. 7. *Mench. conf.* 246. num. 5. idque five alteratio fiat respectu loci, rei, vel temporis *Antonin. variar. resolut. lib. 3. resolut.* 30. num. 5. & 6. vel personæ. *Theffaur. decis.* 202. num. 16. five casus. *Rimin. Jun. conf.* 136. num. 8. five quantitatis. *Salicet in l. fin. Cod. de novation.* *Parif. conf.* 107. num. 27. vol. 3. ita ut novatio vel mutatio obligationis pro qua intercessit fidejussor liberet ipsum fidejussorem. *l. novatione 18. ff. de novation. l. novatione 4 Cod. de fidejussor. l. 1. Cod. etiam ob chirographariam pecuniam.* *Francisc. Marcus decis.* 537. part. 1. vide *Autumn. in conferent. ad l. item queritur §. qui impleto ff. locati.* *Coler. de process. executiv. part. 1. c. 10. num. 302.* *Ant. Fabr. Cod. de fidejussor. def.* 25. *Papon. lib. 10. tit. 4. arrest. ult. Charond. lib. 7. resp. 74. & Papon. d. tit. 4. arrest. 32. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 7. art. 16. num. 4. & illic addita.* *D. Stockmans decis. Brabant. 147. ubi l. ult. Cod. de novat.* usu fori receptam non esse affirmat, qua statuebatur non aliter fieri novationem quam si id exprefferint contrahentes, minime vero ex his argumentis unde veteris juris conditores introducebant novationes, quod usus numquam admisit, nec consentaneum est menti contrahentium, ideoque rejecta est, & jus vetus resumpsit vires, ita postulante merciorum usu, & quotidie secundum jus vetus judicatum in Concilio Brabantia, teste eod. *Stockmans loc. cit.* & novatio inducitur etiam ex conjecturis & argumentis necessariis atque evidentibus, voluntatem contrahentium declarantibus, quod & multorum locorum moribus

receptum esse testatur Andr. Gail. lib. 2. obs. 30. Vinnius in §. præterea institut. quib. mod. toll. oblig. Henric. Zoësius ad tit. ff. de novat. Christianæus vol. 4. decis. 180. num. 9. Tulden. instit. eod. cap. 7.

Articulus CLVI.

Nemo potest pecunias mutuo dare ut lucrum inde percipiat, sive datis pignoribus sive non datis, sub pœna confiscationis pecunie mutuo datæ, & insuper sub pœna dupli, in tres partes dividendi, primæ pro Fisco, secunda pro Urbe, tertia pro delatore: & ille qui pecunias ita mutuo suscepit non tenetur in earum restitutionem nec ipsi qui mutuo dedit, nec ejus actionem habenti: Montes Pietatis excipe publicam mensam mutui profitentes.

MONTES PIETATIS) Quamvis usurarum exercitium jure divino vetitum sit, tamen quemadmodum in Republica, ut majora mala evitentur, tolerantur minora, sic Principes nostri, ne plures ad obscuras usuras majori Republicæ incommodo dilabantur, ut Edicto suo anni 1600. mense Mayo declararunt, propter necessitatem & populi indigentiam debuerunt permittere Lombardos. Id nomen sortiti sunt ab iis qui primum ex ea natione illud exercitium huc attulerunt & publicitus exercuerunt, idque & majores suos, aliosque supremos Principes fecisse declarant, & facere. Ut de Pontifice meminit Navarr. quo ad terras suas ex Bulla

Gregor. XIII. *conf.* 33. num. 3. *de usuris*, quasi facultas hæc ad regalia & supremam potestatem spectet, ut id censet Navar. *d. conf.* 33. & 34. *de usuris* unde invenitur in concordatis Ducis Brabantiae & Dominorum de Grimberghen anni 1297. hos stipulatos, ut in sua ditione eis jus foret habendi Lombardum, quod mero jure & citra pactum eis non licuisset. Et ideo dici potest hos esse argentarios, quæ à Frederico recensentur inter regalia *in usibus feudor. tit. quæ sint Regalia*, non vetus argentariorum munus, de quo *l. 4. & passim ff. de edendo*: nam & reliquæ regaliarum voces *d. t.* & jura vel nihil sonant Romanum, vel ab eo longo intervallo feceruntur, quamquam ex instituto etiam suo argentarii foenerabantur, sed tam aliorum pecuniam quam suam collocabant, quasi publici Ministri *d. l. 4.* ideoque ad edendum rationes cogebantur, & ex solo pacto usuræ eis debebantur *Novell. de argentar. contractib.* 136. §. *quia vero legem* quale aliquid in diplomate Philippi Pulchri anni 1499. refertur, cum aliis non nisi ex stipulatione debeantur *l. si tibi in princ. ff. de pact. l. 3. Cod. de usuris* itaque Joannes Dux Brabantiae anno 1312. Lombardos sub sua salva guardia constituit, & cognitioni suæ reservavit tabulis legum Brabantiae, ut & concordatis Brabanticis §. *de crim. usur.* & formam exercitii præscripsit. Philippus Pulcher *d. diplomate* quibusdam mercatoribus foenebrium mensarum exercitium permisit non tantum, sed & præmiis & privilegiis invitavit: quemadmodum Malder. *de justit. tract.* 8. *cap. 3. dub. 24.* ubi hanc tolerantiam probat, etiam addit ex Conrado, fieri posse, ut ea non solum liceant, sed etiam ex præcepto incumbat Magistratibus, sicut medicus tenetur omittere curam morbi levioris, quando ex ea periculum est majoris.

Ex

Ex quibus patet ante plura sæcula fuisse in his ditionibus qui ex indulto Principis mensas fœnebres exercuerunt, quos Edictum 10. April. 1510. sustulerat, sed publica necessitas rursus invexerat: & rursus Edictum 30. Januarii 1545. coercuerat, ut fœnebrem mensam exercentes, partem in ea, aut administrationem habentes, divinis Officiis non intersint; alioquin privilegium amittant & ut publici usurarii puniantur. Denique Edictum 8. May 1606. suppresserat Officium Superintendentis mensarum fœnebrum: & quibus indulta est tolerantia, ut eam exercent, vetuerat ne in singulas libras Flandricas per hebdomadam ultra duos quadrantes exigent, qui per annum conficiunt 21. in 100. sed & hunc excessum sustulerunt nunc Montes Pietatis, (magno beneficio Reipublicæ) hic erecti, quorum etsi adhuc onus debitores obliget ad decem in centum quotannis: spes tamen est brevi rebus paulatim constitutis, rationeque temporum emendata, leviori adhuc gravamine indigentibus commodatum iri. Zypæus *not. jur. Belg. lib. 4. tit. de usur. num. 3.* vide Philibert. Bugnyon. *de legib. Abrog. lib. 2. sect. 3.*

Articulus CLVII.

OMnes Contractus & Mercatura que in Urbe ejusque Territorio, bona fide & remotâ fraude ac indecentiâ, celebrantur à personis habilibus, effectum sortiuntor, & utrimque valeant.

CONTRACTUS EFFECTUM SORTIUNTOR)
Hinc partes possunt petere à Judice confirmationem contractuum per eas initorum, cum nimirum altera pars dubitat contractum infringendum ex aliqua causa, puta deceptionis vel simulationis. Vide Mornac. *ad l. 14. ff. commun. prædior.*

Articulus CLVIII.

Contractus à Minoribus in utriusque Parentis regimine existentibus, aut alias tutela subjectis, celebrati absque consensu & auctoritate talium Parentum aut Tutorum, nulli sunt ac invalidi, neque ex iis nasci potest actio adversus minorennem ut satisfaciat Contractui.

A MINORIBUS) Vide quæ supra art. 140. & ibi in addition. & infra art. 266. de Minorenibus eorumque Contractibus dicta sunt.

Articulus CLIX.

Mercatorum honestorum, & integra fame (uti sunt Sericarii, Institores, Lanarii, negotiatores aliique ejusmodi qualitatis, nec non Oenopolæ, Cerevisiarii & Tabernarii) libris plena fides adhibetur quo ad activa non vero quo ad passiva debita, & super iis jus dicitur accedente Mercatorum juramento, debita esse justa, legitima & insoluta.

SUMMARI A.

1. Quid sint rationes.
2. 16. Rationes debent scribi cum anno & die.
3. Rationibus rectè confectis qualis fides adhibenda.

4. *Rationum libris non semper plena fides adhibetur, nec denegatur.*
5. *Mortuæ voci non plus credendum quam vivæ.*
6. *Nummulariis olim semiplene creditum.*
7. *Nummulariorum officium erat publicum & juratum.*
8. *Tripartitio de fide adhibenda mercatorum libris.*
9. *An libri rationum probent pro scribente? negat.*
10. *Fallit in actu dependente à libera voluntate.*
11. *Item si mercator sit persona honesta.*
12. *Sic ut posset ei deterri juramentum.*
13. *In parva summa creditur rationum libris.*
14. 18. *Statutum an valeat indistinctè fidem dans mercatorum libris.*
15. *An libri rationum probent contra scribentem? affirm.*
16. *Etiam sine die & anno, si adsit causa: vel si possit probari.*
17. *An libri rationum probent inter tertios?*
19. *Antverpiæ libri mercatorum non probant plene si pars adversa neget debitum.*
20. *Secus si debitum est in confesso.*
21. *His libris tantum creditur in rebus ad mercaturam spectantibus.*
22. *Authores hanc questionem tractantes.*
23. *Requisita ut dictis libris stetur.*

MERCATORUM LIBRIS PLENA FIDES ADHIBETUR) Hoc Articulo difficilis & intricata rationum materia rescinditur, multisque litibus via præcluditur, & bonæ fidei, quæ inter Mercatores maximè florere debet, aperitur: (I) pro cujus pleniori intellectu rationem definit labeo l. si quis ex argentariis §. rationem ff. de edendo ultro citroque dandi, accipiendi,

credendi, solvendi vel etiam obligandi negociationem: quarum rationum unica tantum reperitur solemnitas quæ dat robur & formam rationibus, (2) & ea est ut cum die & consule, id est anno signentur §. *rationes ff. de edendo* quæ forma si absit rationibus, non probant. (3) An autem istis rationibus rectè confectis plena vel semiplena vel etiam nulla fides adhibenda disceptant Doctores in *l. bonæ fidei 3. Cod. de reb. credit. Et jurejur* & latius in *l. amonendi ff. de jurejur.* per Bald. in *rubr. Cod. de fide instrum.* erant enim qui putabant plenam fidem vel saltem semiplenam esse rationibus adhibendam, quod statuebant in universum moti per *l. quedam §. nummularios ff. de edendo*, ubi dicitur sæpe solère recurri ad libros rationum nummulariorum, ut ex illis probetur erogatæ & acceptæ pecuniæ summa: cum autem hoc fuerit antiquitus constitutum in rationibus nummulariorum, adducti similitudine nostrorum mercatorum, & camporum, putabant idem esse constituendum in ipsorum rationibus, nam quod non mutatur, ut vulgo dicitur, quare prohiberetur stare? & ita arguit glossa omnibus rationibus mercatorum nostratium esse adhibendam saltem semiplenam fidem, ita ut cum juramento scribentis plenè probent. (4) Sed quemadmodum isti erraverunt qui generaliter putabant omnium rationibus semiplenam fidem adhibendam, ita quoque errat Cynus in *d. l. bonæ fidei*, qui putat rationes privatos numquam inducere semiplenam probationem: (5) movetur ex eo quia non debet plus fidei adhiberi voci mortuæ quam vivæ, sed vivæ alicujus voci non creditur semiplene *l. omnibus Cod. de testibus* ergo nec mortua vox id est scriptura, debet semiplene probare: quæ tamen duæ extremæ sententiæ

moderandæ sunt. (6) Primo enim quod nonnulli putant nummulariis olim esse semiplene creditum, ideo etiam debeat hodie mercatoribus sic credi, hoc nihil est. Quia inter nummularios antiquos, & eos qui hodie exercent mercaturas diversa est ratio. (7) Nam nummulariis antiquitus imponebatur hoc officium publicè, quod gerebant jurati *l. argentarius §. i. ff. de edendo* hodie autem quisque pro sua voluntate sine publica autoritate & sine juramento mercaturam exercet: non ergo mirum, si etiam minus illis credatur, si enim crederetur omnium rationibus semiplene ita ut posset illis deferri juramentum suppletorium, tunc posset quilibet parare probationem, scribendo quilibet contra adversarium. (8) Cum ergo non ubique, & tamen aliquando credatur ejusmodi libris, videndum est quando id fiat: quo loco tres articuli occurrunt examinandi. Aut enim quæritur an libri rationum probent pro scribente, vel an probent contra scribentem, vel an probent pro aliquo tertio contra tertium?

(9) Primo casu an libri rationum probent pro scribente, dicendum est quod non: ita habemus textum in *l. exemplo Cod. de probation.* & ita potest intelligi Cynus & salvari quod eo casu rationes non probent semiplene & sic voci mortuæ non credatur perinde ut voci vivæ: (10) & hæc est regula quæ tamen fallit primo in actu pendente à libera voluntate, id est quod possum facere vel non facere, exemplum est in *l. Nesennius ff. de negot. gest.* (11) item fallit regula si scribens vel mercator sit persona honesta, quam vocamus legalem, & quæ alias rectè consueverit vivere, quia rationes ejus quamvis non plenam probationem, nec etiam omnino semiplenam inducant, tamen adferunt aliquam præsumptionem,

ex qua posset ei deferri iuramentum Cujac, ad. l. 3. c. de reb. cred. ita ut pro se rationes probarent, & ita loquitur l. rationes Cod. de probation. cum dicit solam scripturam non probare. (12) Ergo à contrario sensu scriptura cum aliis adminiculis plenè probaret. (13) Deinde fallit regula, si ex verisimilibus, quantitate summæ, æqualitate negotii aliud videtur judici l. quæ tutores Cod. de administr. tutor. ideo Baldus in l. unica Cod. de confessis dicit de jure communi esse verum ut in parva summa credatur libro rationum honestæ personæ, & perinde sit ac si sit plenè probatum, quod præcipue obtinet in tutoribus & curatoribus ne hoc officium sit eis damnosum: (14) tenetque non valere statutum vel consuetudo ut stetur indistincte libris mercatorum maximè in magna quantitate: uti & panormit. c. bonæ lib. 2. de post prelat. & Felin. in c. 2. de probat. in 2. conclus. § 2. limitatione. Francisc. Marcus decis. Delphin. 369. num 2. tom. 1.

(15) Ad secundum casum, an scilicet libri rationum probent contra scribentem, respondetur quod sic. Probant enim plenè sine iuramento. Et ita loquitur d. l. quedam rationes §. nummularios quæ regula vera est, sive rationes sint scriptæ manu propria, sive manu alterius, dummodo nos utamur illis rationibus pro nostris; quod facit hodie contra mercatores, in quorum libris nonnumquam factores scribunt. Nam etiamsi dominus neget suam scripturam, aut dicat se incio, aut etiam nolente scriptum, tamen præsumetur verum esse contra producentem, id quod est scriptum, nisi contrarium probaret, quemadmodum notatur à DD. in l. census ff. de probation. quin imo isti libri rationum probant contra producentem, (16) licet non habeant solemnita-

tem debitam, hoc est nec dies nec consul sit adscriptus Panormit. *in cap. 2. in 7. col. § de fide instrum.* dummodo tamen adsit expressa causa V. G. ex mutuo vel deposito per notata *in. l. cum de in rem verso ff. de usuris* & ita tradit Bald. *in rubr. Cod. de fide instrum. col. 10.* addens ibidem quod licet nulla causa sit inserta tamen facile causa posset probari & admitteretur probatio per conjecturas. Fallit & hic secundus casus, si quis expresse rationibus istis contradixisset Arg. *cap. ex eo de reg. jur. in 6.*

(17) Tertio autem casu, an scilicet libri rationum probent de re inter alios acta, recurrendum est ad distinctionem supra allegatam. Aut enim scribens est in publico officio juratus, & creditur ejus scripturæ, tamquam instrumento publico: & ita loquitur *d. l. quedam §. nummularios* aut non habet officium publicum, ut sunt hodie mercatores, tum certe eorum scriptura non probaret de re inter alios gesta. (18) Quæ omnia vera sunt, nisi consuetudo locorum aliud diceret, nam illa nonnumquam inducit ut libris rationum plenè credatur, quam consuetudinem servandam dicit Innocentius *in cap. 1. § de fide instrum.* Mart. tamen *de jurisdict. lib. 4. cap. 84.* contrarium tenet quod statutum de adhibendo plenam fidem rationariis mercatorum non valeat: (19) & ita Antverpiæ liber mercatoris privati, etiam cum juramento, non probat plenè, quando pars adversa contractum negat, sed tantum semiplene, uti per praticos ibi sub juramento depositum est 6. Augusti 1630. coram Domino Consiliario Uwens & Secretario Lemire in causa Cornelii Stockx, contra Joannem de Coninck. Quod & de jure probat Scac. *de judic. 2. restrict. 5. num. 261. & 262.* (20)

si vero debitum est in confesso quo ad quantitatem, statur libro & juramento mercatoris Cravett. *de antiquit. tempor. part. 1. cap. vidimus num. 9. 10. 11. &c.* Rota Genuens. *dec. 208.* & per ea quæ tradit Seraphin. *de privil. jurament. cap. 36. num. 1. 2. 3.*

(21) Quæ omnia tantum procedunt in rebus quæ spectant ad mercaturam quam quis exercet Scacc. *de jud. caus. Civil. lib. 2. cap. 11. num. 148.* in aliis enim eis non creditur Scacc. *dic. loc.* Hyppol. *de Marsil. tract. de fidejuss. num. 183.* Rebuff. *in ordin. Reg. de chyrograph. in præfat. num. 5.* Vivius *comm. opin. verbo statutum jubens libris.*

(22) Plura ad quæstionem quanta & qualis fides danda sit libris mercatorum tractant Mart. *de jurisdict. part. 4. cap. 84.* Gail. *2. obs. 20.* Viv. *lib. 3. decis. 445.* Surdus *decis. 199. & decis. 312. num. 6.* Guid. Papa *decis. 44.* Munnoz. *tract. de ratiociniis cap. 11. num. 17. & seqq.* Damhouder. *prax. Civil. cap. 175. num. 7.* Zypæ. *de jurisd. lib. 2. cap. 37.* Straccha *de mercat. part. 2. num. 51. & seqq.* Argentæ. *ad Consuet. Britan. art. 169.* Besold. *in dissert. de modo referrendi thesi 26.* Buridan. *ad Consuet. Rhemenses art. 394.* Ancharan. *lib. 1. quest. 55.* Menoch. *conf. 23. num. 14.* Mascard. *conclus. 976. num. 9.* Groeneweg. *ad tit. Cod. de probationib. ll. 5. 6. & 7.* Christin. *vol. 3. decis. 25.* Joannes de Passerib. *de privata script. lib. 4. cap. 21. de libris mercator. num. 30.* Consultat Batavic. *part. 1. conf. 204. & 304. 303.* Nic. Everard. *in loc. legal. 120.* Berlich. *pract. conclus. part. 1. concl. 36. num. 46.* à Leeuwen *conf. for. part. 2. lib. 1. cap. 29. num. 19.* (23) qui omnes volunt, ut libri contineant, mensem, diem, & annum, 2. expressionem causæ debiti. 3. quod scriptor sit vir

legalis & pro tali reputatus. 4. quod talis manu propria scripserit. 5. quod consueverit scribere veritatem. 6. quod is qui scripsit pro se, scripserit etiam in eodem libro aliquid contra se. 7. quod adsint aliquæ verisimiles conjecturæ 8. quod si scribens vivit, juret de veritate scripturæ. 9. quod summa non sit nimis magna & hæc omnia debent probari Guido Papa *quest.* 441. Cæphalus *cons.* 475. num. 6.

Articulus CLX.

Quoties Debitor Creditori suo Mobilia aut alia bona pignoris loco dat in securitatem debiti, talis Creditor, elapso die solutionis, potest eadem bona aut pignora sententiæ subicere, ut distraherentur in consecutionem crediti sui: in quem finem offert vel offerri curat per Ministrum juratum, nonnulla ex iisdem bonis aut pignoribus Ammanno ejusve locum Tenenti & quatuor Scabinis Urbis, si sententiam desideret; deinde Ammannus ejusve locum Tenens interpellat dictos quatuor Scabinos, quorum Judicium est dicta bona aut pignora divendi oportere judicialiter, ut Creditori satisfiat, & superfluum ipsi Debitori restituendum. Si vero per hoc Creditori nondum sit satisfactum, dictus Minister ulteriora pignora distrahet, donec ipsi Creditori plenè sit satisfactum, etiam de expensis. Quæ pignora ita publicè venduntur plus offerenti per dictum

Ministrum aut alium. Si tamen Debitor sit presens ac reperibilis, ipsa sententia ei debet notificari & insinuari, ut, si ita ei placeat, distractionem pignorum possit prevenire, per realem solutionem.

S U M M A R I A.

1. Statuta & Consuetudines de pignorum venditionibus disponentes stricte observandæ.
2. Cui fieri debeat denunciatio sententiæ de venditione.
3. An dicta denunciatio necessaria? disting.

(1) **P**IGNORA DIVENDI OPORTERE) Statuta & consuetudines circa pignorum venditiones & adjudicationes servari debent, & juri communi derogant Bald. in l. fin. in princ. post gloss. ibid. Cod. de jur. dom. impetr. & in l. ordo in 4. col. vers. nota tamen Cod. de exec. rei judic. ubi dicit quod ista statuta servanda sint ad unguem, tam in tempore quam in forma, & si contra fieret, ipsum esset irritum ipso jure, quia fieret contra jus legis municipalis, teste Fabiano de monte tract. de empt. quest. 5. num. 88.

(2) **S**ENTENTIATIO DEBET INSINUARI) Denunciatio, quæ fit debitori, ante venditionem pignoris fieri debet ad ejus personam, si inveniri potest: sed si non invenitur satis est ad domum denunciare: & ad hospitium fieri poterit denunciatio, nisi in civitate maneat, & in hospicio habitet Costal. ad l. 1. ff. de agnosc. & alend. lib.

(3) An autem denunciatio ista necessaria sit, ita distingue: ut agendo de pignore conventionali, si nihil sit dictum de pignore vendendo,

tunc ad hoc ut possit vendi, requiratur una denunciatio: si vero dictum sit quod creditor possit vendere, non est opus aliqua denunciatione. Sed si conventum est quod vendi non possit, tunc requiruntur tres denunciationses distinctis temporibus faciendæ. Uti illa deciduntur & notantur in *l. 4. ff. de pignorat act.* & ibi Bart. & in *l. fin. in princ. Cod. de jure dom. impetr. ac Bart. in l. debitores Cod. de pignorib.* & gloss. in *l. creditor hypothecas 4. Cod. de distract. pignor.* ubi Bald. dicit quod etiamsi actum esset creditorem posse vendere sine denunciatione, pactum valeat juxta textum & ibi Bartol. in *l. Titio. §. Titius ff. ad municip.* tamen benè faciet creditor, si priusquam vendat, denunciaret debitori, ad conservandam opinionem viri boni, utque non possit conveniri pignoratitia, ad quod videtur servire textus in *d. l. Creditor 4. Cod. de distract. pignor.* & sic multo magis videtur debere fieri denunciatio ubi simpliciter esset actum quod possit vendere, non addito quod sine denunciatione possit vendere, & ita expresse determinat Paul. de Castr. in *l. si convenit 4. ff. de pignor. act.* dicens quod in isto casu, ubi data est potestas creditori vendendi pignus, non fit denunciatio ad effectum ut solvat, sed ut veniat & assistat venditioni si velit, & sic ad tollendam fraudem, & fraudis præsumptionem, & iste est casus *d. l. creditor hypothecas 4. Cod. de dist. pign.* si tamen venderet sine denunciatione, venditio teneret, quia habuit facultatem vendendi, sed tenebitur ad interesse secundum Paul. de Castr. in *d. l. si convenerit venditionem pignorum incio debitore etiam ventant Consuetudines Antverpienses tit. 68. art. 54. loci,* & temporis etiam expressionem requirentes, vide Pinell. ad *l. 2. part. 2. cap. 2. num. 4. Mornac. ad l. 15. §. creditor. ff. qui satisf. cog.*



TITULUS UNDECIMUS

De Reditibus & Redemptione
eorum.

Articulus CLXI.

I Mprimis omnes Reditus hereditarii coram Scabinis Bruxellensibus constituuntur & agnoscuntur sub generali obligatione bonorum promissoris, & sub speciali hypotheca bonorum, prediorum, aut aliorum Redituum, cum cautione de evictione, neque predictae constitutiones Redituum hereditariorum sub sola obligatione generali & cautione de evictione hic fieri possunt, uti in nonnullis locis observatur.

GENERALI OBLIGATIONE BONORUM) Moribus nostris si hypotheca sit specialis non extinguitur per alienationem: adeo ut semper actio in rem competat, in cuius demum manus devenerit; juxta novell. 112. cap. 1. in fin. l. 14. Cod. de oblig. & authent. hoc si Cod. de pignorib. Simon. Leeuw. cens. for. part. 1. lib. 4. cap. 7. num. 10. si vero hypotheca sit generalis omnium puta bonorum, nulla specialis rei mentione facta, illa extinguitur per alienationem ex causa onerosa factam & ita expressum Consuet. Mechlin. tit. 7. art. 7. & ibid. Christin. nisi

tamen illa alienatio facta sit in fraudem hypothecæ : veluti ex causa lucrativa arg. l. 6. §. 11. ff. de his quæ in fraud. cred. l. 5. §. 28. ff. de doli mal. except. l. 41. §. 1. ff. de reg. jur. Hug. Grot. introd. lib. 1. part. 48. verb. (*ende sulcx*) & ita judicatum refert Sim. Leeuw. d. cap. 7. num. 9. unde regulariter moribus nostris hypotheca generalis non ulterius locum habet quam bona oppignorata in dominio debitoris permanent : deinde nec illa jus in rem concedit, neque exprimi debet in rei alienatione : sed ea quæ specialis est licet tempore posterior, generali priori semper præfertur, ut expressum Consuetudine Antverpiensi tit. 57. art. 49. 50. & 51. & ita judicatum refert à Sande lib. 3. tit. 12. def. 9. vide Boer. ad Consuet. Bituric. tit. 7. §. ult. Negusant. de pignorib. in 2. membr. 7. part. num. 6. Rebuff. ad constit. Reg. de litterar. oblig. art. 4. gl. 2. num. 39. observatur tamen in Civitate Amstelodamensi in Hollandia, ut generalis hypotheca conventionalis alienatione non solvatur : sed cum suo onere ad emptorem transeat & sic sæpius judicatum teste Groeneweg. ad d. loc. Hug. Grotii namque ibidem receptum est ex privilegio 8. Martii 1594. ut generalis hypothecatio coram cujusque loci Magistratu facta, eandem vim habeat quam specialis. Quamvis hoc generatim obtineat ut generalis hypotheca debeat constitui coram Magistratu aut Judice loci ubi contrahitur, non inspecto ubinam bona illa sita sint, specialis vero non aliter consistit quam coram Judice loci facta ubi bona jacent. Polit. ordin. Holland. art. 35. & placit. 9. May 1529. vide etiam ad hunc articulum Alexand. conf. 115. vol. 5. Ang. in l. 1. ff. de public. Chassan. ad Consuet. Burgund. tit. des censés rubr. 11. §. 6. ad verb. contre le tenementier. num. 9. Grivell. decis. 79. num. 4.

A D D I T I O N E S.

Generael verbandt gerestringeert tot sekere goeden brenght realiteydt mede, exempel als eene boeve wordt geaffecteert met syne appendentien. Cuypers 41. quest.

Generael verbandt en belet niemandt syn goedt te vercoopen, ende verdwynt soo wanneer den grondt generaelyck verbonden tot eene derde handt compt. Cuypers Grondt-proced. 28. quest.

Articulus CLXII.

Reditus autem vitalitii possunt constitui super bonis mobilibus & sub fidejussione, nec non sub personali & generali obligatione bonorum, cum dicta cautione de evictione tantum.

REDITUS VITALES) Et ita Reditus isti vitalitii, constitui possunt secundum mores cujuscumque loci, qui in eis observandi sunt: nam nemini injuriam facit qui secundum consuetudines locorum vel morem regionis contrahit. Gail. lib. 2. obs. 8. num. 5.

A D D I T I O N E S.

Lyf-renten in de taxatien der beden ende subsidien worden geestimeert voor half goedt. Instruct. op de beden de anno 1451. 2. Deel van de Placcaerten.

Vervolghens 300. Guldens Lyf-rente wordt genomen voor 150. Guldens Erf-rente. Vide Stockmans Decis. 3. n. 8.

Articulus CLXIII.

DICTI Reditus hereditarii debent esse redimibiles ad nummum decimum sextum, decimum septimum, & ultra, sed non infra. Et Reditus Vitalitii, ad vitam unius persone, ad nummum octavum: & ad vitam duorum ad nummum decimum, nec infra; nisi consensu & licentia Principis, convenientibus litteris aut actis in Concilio Brabantie desuper expeditis.

REDITUS HÆREDITARIII &c.) Justum pretium annui Reditus censetur in l. si quis argentum §. si autem donator. Cod. de donat. Bald. & Salicet. in d. l. §. si vero alicujus quantum ascendit cumulus pensionum quindecim annorum. at in l. 3. §. item si Reipublicæ ff. ad leg. falcid. unus nummus annuus æstimatur viginti quinque ad rationem trientis usuræ. Quidam rursus ad rationem unius pro duodecim ut Joan. Andr. ad specul. tit. de usur. communis autem opinio, frequentissima hominum opinione comprobata, pro justa pensione habet eam, quæ vigesimo anno sortem æquat, hoc est quando emptio redituum ita contrahitur, ut pro uno floreno annuo solvam viginti, vel centum pro quinque. Eadem enim est proportio viginti florenorum ad unum quæ est florenorum centum ad quinque. Text. & gloss. in novell. 7. de non alien. reb. Eccles. cap. 3. §. quia vero versic. si vero alicujus. Afflict. decis. 284. num. ult. Roman. conf. 423. num. 1. Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 6. num. 19. Guid. Pap. conf. 180. Cravett.

conf. 145. num. 8. & *conf.* 189. num. 6. in fin.
Decian *resp.* 2. lib. 1. num. 175. Menoch. *conf.*
341. & hanc æstimationem, tamquam justam
Imperator in Germania admittit.

REDITUS VITALITII &c.) Ad Reditus vita-
les quod attinet, eorum æstimatio est incerta
propter mortis incertitudinem. Oldrad. enim *conf.*
207. probare videtur justum pretium pro vita
unius, esse ad rationem unius pro sex, quod
de jure defendi non potest; consuetudo vero
nostra, uti & Antverpiensis ad octo id exten-
dit *tit.* 48. *art.* 15. Bald. autem *conf.* 292. *lib.*
5. justam esse æstimationem censet, etiam ad
vitam duorum, si unus florenus constituatur
pro novem. Idem *lib.* 1. *conf.* 410. admittit
pretium unius pro decem, ad vitam unius
hominis: & *d.* *lib.* 1. *conf.* 18. ad duorum
hominum vitam existimat justum pretium esse
ad rationem unius pro decem: quod & admittit
nostra Consuetudo. Tandem Roman. *conf.* 302.
Justitiam pretii annui Reditus ad vitam viri &
uxoris metitur ad proportionem unius pro
octo. Unde & lege Regia sub Philippo secundo
Madriti anno 1593. lata, Reditus Vitales antea
pro vita multorum, ad duorum tantum ætatem,
& ad rationem unius pro octo reduci jubentur.

A D D I T I O.

AD VITAM DUORUM) *Lyf-renten op twee,*
blyuen naer overleyden van den eersten Lyve
in 't geheel op het tweede Lyf. Ita turbatum 10.
Octobris 1560.

Articulus CLXIV.

Reditus sine dicto consensu aut licentia,
Rempti infra dictum permissum pretium,
& de quibus patet, pro invalidis habentur,
etiamsi

atiamſi ipſe litteræ Conſtitutionis juſtum ac permiſſum pretium comprehenderent: & conſequenter debent reduci ac diminui, alias ipſe conſtituens ſatisfacit, modo reſtituat ſummam capitalem receptam, ſubſtrahendo quidquid pro annuis reliquis ſolverit ultra id quod pro rata ſummæ capitalis debeat.

Vide addita articulo præcedenti & infra art. 168.

A D D I T I O N E S.

AN novus reditus pro arrieragiis conſtitui poſſit, vide *Chriſt. vol. I. deciſ. 49.* ubi videtur reſolvere primam fortem iis non poſſe augeri, ſed ex iis poſſe fieri novam & ſeparatam fortem.

Quod tamen improbat Concilium Brabantiæ in eo quod percipitur titulo anatociſmi *D. Stockmans deciſ. 79.*

Articulus CLXV.

Agnitiones vel Conſtitutiones Redituum non admittunt illicitas conditiones, vel alias Ordinationibus & Statutis Urbis aut juri ſcripto contrarias. Poterit tamen Creditor Redituarius ſtipulari conditiones immunitatis aut exemptionis ab omnibus oneribus quæ ſuper aut ex cauſa eorundem Redituum poſſent imponi tam realibus quam personali- bus aliisque ſimilibus, etiam ad conſtitutionem hypotheçæ ulterioſis vel redemptionem dictis

Reditus si hypotheca non videantur sufficere, vel si postmodum defectus in hypotheca vel reticium aliquod onus reperiat, & similia.

AD CONSTITUTIONEM ULTERIORIS HYPOTHECÆ) Non extra propositum erit hic quæstio an perempta hypotheca perimatur & ipse Reditus, nec supererit Creditori ulla personalis actio, qua servare possit id quod ratione minus idonei pignoris aut hypothecæ reliquum sibi deberi constiterit? in quam sententiam Mechliniæ tam in supremo Senatu quam duodecim virorum Tribunali judicari solere prodidit Paul. Christin. *decis. 32. num. 17. vol. 3.* quod iniquum videri non debet quando dissentientes Autores eodem tandem relabuntur, ut si limitate super certo fundo Reditus sit constitutus eodem perempto Reditus quoque perimatur. Covarruv. *variar. resolut. lib. 3. cap. 7. num. 5. in fin.* Joan. Garz. *de expens. & meliorat. cap. 4. num. 43.* Roderic. *tract. de annuis Redit. lib. 2. quest. 7. num. 4.* Hyeronim. *de Cævall. specul. opinion. comm. contra comm. tom. 1. quest. 312. num. 4. 5. & 6.* & eodem respexit Gabr. Mudæ. *ad rubr. ff. de pignorib. hypoth. num. 2.* dum inquit ne quem tamen id fallat, prætereundam non putavi, hodierno usu hypothecariam actionem aliquando principalem censerit, ut in redivibus perpetuis super certo prædio assignatis. Huic addi potest Parlad. *rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 16. num. 24.* ubi adducit confirmandi causa constitutionem Pii V. Pontificis, & Gregor. Lopez. *in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. à censo limit. 8.* quæ quæstio Bruxellis sublata est, eo quod illic Creditor redivualis habeat duplicem actionem personalem nimirum & realem uti supra *art. 94.* & infra *art. 167.* statuitur.

DEFECTUS VEL RETICITUM) Quicumque rem immobilem vendit aut eandem annuæ pensioni obnoxiam reddit, profiteri tenetur in ipsa effestuatione de omni onere anteriori, curabitque idem litteris exprimi, neque quidquam ejus generis celabit uti supra *art. 145.* latius exprimitur. Huic similes sunt mores *Lirani tit. 6. art. 5. 6.* *Santhov. art. 154. & 155.* *Silvæ Duc. tit. 13. art. 5.* *Gheelens. tit. 5. art. 7.* *Casterl. tit. 13. art. 8.* *Bergozom. tit. 12. art. 8.* *Mechlin. tit. 7. art. 5. & 20.* *Deurnens. art. 188. 193. & 197.* & facit huc quod eleganter dixit *S. Ambrosius de offic. lib. 1.* in contractibus vitia eorum quæ vaneunt prodi jubentur, ac nisi intimaverit venditor, quamvis in jus emptoris transferint, doli actione evacuantur. Sunt verba modo prolata generalia & indefinita, adeoque cujuscumque generis onus aut vitium comprehendunt, ut nihil quod rem vendendam fecius afficiat reticendum sit à venditore, quod etiam comprobant varii juris Romani textus. Nam & servitus exprimenda *l. 1. §. venditor. ff. de action. empt.* nec celandum quod tributi, vectigalis, indictionisve nomine debetur, aut id quod ad viæ collationem, & quod huic simile aggerum refectionem præstatur *l. Julianus 13. §. idem Julianus 6. l. si sterilis 21. §. si prædii 1. ff. de act. empt.* multo magis exprimi debet id quod constituti annui Reditus nomine pensitatur, quo allatæ leges municipales præcipue intendunt. Quibus rectè dicitur nihil celandum esse: quia generalis confusaque expressio non sufficit, sed specialis & aperta desideratur. Et dolum malum (inquit *Jurisc. in l. ea que 43. §. ult. ff. de contrab. empt.*) à se abesse præstare venditor debet, qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur, sed etiam qui insidiose vel obscure dissimulat, quod exemplo rei judicatæ

plenius confirmat Ant. Faber Cod. lib. 4. tit. 33. def. 1. adde Gomez. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 49. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 7. art. 20.

A D D I T I O N E S.

ILLICITÆ CONDITIONES) Renten vermogen
 t'allen tyde gelost worden, niet tegenstaende
 contrarie bespreeck. Cuypers Grondt-pr. 130. quest.
 Nec valet pactum reuisionis negatorium. A
 Wesel ad Constit. Ultraj. art. 20. n. 11. & 12.

Articulus CLXVI.

Pupillorum Tutores particulares à Ma-
 gistratu & Architutoribus Urbis autho-
 risati, ad constituendos Reditus nomine dicto-
 rum Pupillorum, possunt prestare cautionem
 de evictione ultra generalem & specialem
 hypothecam bonorum Pupillarum: tenen-
 turque Pupilli ad dictam cautionem prestan-
 dam etiamsi predictus consensus & authori-
 satio illud non exprimeret.

A MAGISTRATU AUTHORIZATI) Vide su-
 pra art. 140. & 141.

CAUTIONEM DE EVICTIONE) Idque quia
 illa cautio vulgo guarandia Bruxellensis, ex
 Consuetudine Urbis habet vim realis obligatio-
 nis quoad bona pupillorum: quæ sine decreto
 promitti non potest Franc. Kinschot. resp. 15.
 num. 7.

Articulus CLXVII.

Creditor vi Constitutionis sui Reditus duas habet actiones vel media consequendi solutionem arrieragiorum, realem nimirum tendentem ad evictionem perpetuam hypothe- ca (primo debite excussis Mobilibus) & personalem, excutiendo & vendendo bona Mobilia promissoris ejusve heredum. Et defectu Mobilium, ad venditionem in Camera Ammanni tam bonorum obligationi subjecto- rum quam aliorum Immobilium promissoris ejusque heredum, quamdiu ab ipsis detinen- tur, uti supra sub titulo de executionibus declaratum est: quarum duarum actionum Creditor electionem habet ut eas instituat omni tempore: ita tamen ut ultimo casu teneatur ad ratiocinium prestandum dicto promissori ejusve heredi, de bonis in Came- ra Ammanni distractis, & superfluum ei restituere: ad quod non tenetur casu evictionis.

DUAS HABET ACTIONES) Vide supra art. 94.

PRIMO EXCUSSIS MOBILIBUS) Ordinem ex- cussionis vide supra art. 106. & ibi in addi- tion. item art. III.

QUAMDIU AB IPSIS DETINENTUR) Obli- gatio enim generalis non affectat rem diutius quam in possessione & dominio ejus est qui eam obligavit, uti tradit Louet en son recueil d'Arrests in litt. C. num. 9. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 7. art. 8. quod & procedit in mobilibus.

A D D I T I O.

V Ide Cuypers Grondt-proceduren 2. Deel 44. quest. alwaer hy voorstelt dese vraege oft eenen Rentier noodtsaeckelyck moet beleiden? ende sustineert de negative, soo verre dat in de addit. n. 8. bewesen wordt dat eenen schuldt-eysscher vermogh te ageren hypothecaire tot laste van den besitter, sonder eerst personelyck geageert te hebben tegens den Rent-gelover, wesende de geschreve Rechten daer aen contrarierende geabrogeert.

Articulus CLXVIII.

Creditor inveniens defectum in conditionibus suorum Redituum coram Scabinis Urbis constitutorum, sive ratione insufficientie pignorum pro Reditu obligatorum, sive ratione reticentia anteriorum onerum, sive aliunde, actionem habet adversus constituentem & promissorem ejusdem Reditus ejusve heredes, ut vi generalis obligationis, & cautionis promissae de evictione, talem defectum, & supplementum illius, vel capitalem summam & arrieragia sui Reditus via executionis consequatur, adversus promissorem ejusve heredes, eorumque bona tam Mobilia quam Immobilia: vel etiam ut eundem promissorem ejusve heredes, nec non eorum quemlibet in particulari, cogat ad obligationem aliorum pignorum, in satisfactionem ejus quod prescriptum est.

RETICENTIAE ANTERIORUM ONERUM) Ultra ea quæ supra articulo 165. dicta sunt, quæritur an cum cæteris etiam exprimendus sit vicinus? affirmat Cajus in *l. quod sepe* 35. §. ult. ff. de contrab. empt. dum inquit: *si quis in vendendo prædio consinem celaverit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri venditorem declarat tamen Glossa ad d. l. si ad hoc requisitus fuerit, secus si emptor nihil super eo interrogaverit* Arg. *l. qui cum alio* 19. ff. de reg. jur. designatis namque fundi prædiive finibus, ut moris est in effestucationis instrumento, non habet quod queri potest emptor: præsertim quando minus commodus vicinus casibus fortuitis adscribendus venit, quorum nomine venditor non tenetur. Huic etiam conveniunt mœurs Galliæ, ut notat Ant. Mornac. in *suis observ. ad d. §. fin. l. quod sepe* ff. de contrab. empt. neque vero morosus est habendus emptor, si de eo forte inquirat ac stipuletur, ne sua culpa tantum sibi malum comparet, de quo idem Mornac. *d. l. & Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 83. num. 9. 10. 11. 12.* ubi interresse quod dicunt affectionis in eo verti demonstrat.

COGAT AD OBLIGATIONEM ALIORUM PIGNORUM) Annuo reditu super prædio aliquo constituto, periculum hypothecæ ad creditorem pertinet eatenus, ut cogi non possit debitor ad restitutionem fortis aut novam hypothecæ assignationem, remanente tamen interim obligatione personali Gaspar Roderic. *tract. de annuis reditib. lib. 2. quest. 19. n. 29. & d. lib. quest. 7. n. 3. & 4.* qua compelli potest debitor ad solvendum reditum in forma ut loquitur vulgaris text. in *l. Creditor* 28. ff. de reb. credit. *l. adversus* 10. Cod. de obligat. & act. quod tamen defendi non potest in locis, in quibus qui re-

ditum annuum ex prædio suo alicui constituit nullam inde personalem, sed realem contrahit obligationem, uti videre est in statutis Transfulaniæ *part. 2. tit. II. §. 17.* ac de consuetudine Burgundiæ notat Chassanæus *rubric. II. §. 6. super verbo contre l'assignal. num. 2.* dicens hoc esse æquum & juridicum *Arg. l. Imperatores 7. ff. de publican.* ubi ipsa prædia, non personæ conveniri dicuntur. Cui consonat similiter phrasi *l. denique 19. ff. de jure fisci.* debitor enim constituens uti venditor, in Creditorem ut emptorem, prædii sui partem vera non simulata venditione transfert, eique addicit & ex adverso ut notat quoque dict. Roderic. *lib. 1. quest. 4. num. 5.* pecunia quæ adnumeratur, vel potius fors ipsa, ita à creditore abalienatur, ut spes non sit eandem aliqua ratione repetendi nisi quando placuerit debitori reditum constitutum redimere, eoque onere hypothecam liberare vide Carol. Loyseau *traité du deguerpiss. lib. 1. cap. 1. num. 11. & 12.* Ant. Fabr. *Cod. lib. 6. tit. 19. def. II.* Papon. *lib. 1. tit. 3. arr. 8.* Annæ. Robert. *rer. judic. lib. 2. cap. 8.* Gudelin. *de jure noviss. lib. 3. cap. 3. versic. porro ut.* & post alios Coren *rer. judicat. Cur. Holland. obs. 35.*

Articulus CLXIX.

SI vero pignora obligata in alienas manus translata sint, neque amplius resideant penes Promissore, ejusve Hæredibus, eo casu Creditor Reditualis, vi ut supra, reticentiam dictorum onerum anteriorum, & eorum de-

fectum via executionis & distractionis in Camera Ammanni potest consequi super pignoribus obligatis. Poterit tamen Proprietarius ante perfectam venditionem in Camera Ammanni & ante ardentem candelam pro dicto redditu constituto & annua pensione ejus obligare alia sufficientia bona, vel onera reticita redimere, defectum supplere, vel aliter bona obligata exonerare.

Vide quæ articulis proximè præcedentibus dicta sunt.

Articulus CLXX.

Qui bona emerunt cum onere ferendi anteriora gravamina seu Reditus, non obligando se particulariter ad eorum solutionem, tales emptores eorumve heredes omni tempore possunt bona coëmpta deserere, & ita se à solutione dictorum onerum & Redituum eximere, quamvis etiam essent expressa, & ipsi vel eorum heredes ultra triginta annos solvissent, tenentur tamen isti emptores eorumque heredes arrieragia persolvere pro tempore possessionis vel usufructus sui, eademque bona deserentes non possunt amovere quod clavis affixum est vel solo inheret, nec aliqua tigna bonis coëmptis propria, neque cadere ullas arbores.

A D D I T I O N E S.

Cooper op den last van eene Rente, en can niet abandonneren ofte hem ontlasten, als de Rente ofte het Capitael van dien gecort is aen den Coop-prys als deel van dien. Ita judic. in Consil. Brab. 10. Martii 1701. sub Bodri.

Siet oock op desen Art. een Vonnis gegeven by de Heeren Wethouderen, tusschen Gilisen de Bruque Aenleg. ende Nicolaes Amaris Gedaeghde onder F. Van Asbroeck den 20. May 1585. waer by den Vertrecker niet alleen gecondemneert is geweest in den achterstel van syn vertreck ende abandonneringhe verschenen, maer oock in de rate van tyde.

Articulus CLXXI.

ET si non sit reperibilis hypotheca dictorum onerum aut Redituum, quos emptor ejusve heredes triginta annis solvit, talis emptor ejusque heredes eam solutionem tenentur continuare, hypothecam dictorum Redituum designare, vel aliam constituere.

TENENTUR CONTINUARE) Quemadmodum certum est annuis praestationibus spatio annorum triginta praescribi, per text. in l. cum notissimi 7. §. ult. Cod. de praescript. 30. vel 40. annor. & mores Antwerp. tit. 57. art. 40. Gheel. tit. 5. art. 2. Herentall. tit. 16. art. 5. Mechlin. tit. 12. art. 8. ita à contrario, quicumque Reditum per triginta annos persolverit, ad continuandam solutionem obligatur. Quod tempus

apud Antverp. tit. 57. art. 21. & Mechlin. tit. 13. art. 36. restringitur ad decennium. Nec obstat. *l. obligationum fere §. placet ff. de act. & oblig.* ubi dicitur quod tempus per se solum non sit efficax ad inducendam obligationem, sicut non est potens ad tollendam obligationem, vel inducendam liberationem. Cum regula ista sit vera generaliter solum tempus non inducere obligationem vel liberationem, nisi præcedat promissio vel contractus, aliud est in actibus meræ voluntatis & precariis, in quibus leges volunt quod si etiam multis annis vel longo tempore solverim, tamen illa solutio longi temporis non inducit obligationem imposterum ut est *l. si certis annis Cod. de pactis l. Creditor Cod. de usur. l. operis ff. de oper. libert.* ubi si libertus nulla præcedente promissione vel pacto diu alicui præstitit operas, tamen ex illa diuturna præstatione operarum non cogetur in futurum etiam præstare. Sed qui præter antiquitatem temporis idoneum titulum allegat hunc existimant fundatam habere intensionem in posterum. vide Bald. in tractat. suo de præscript. 3. part. 1. quæst. 10. Hottoman. cons. 19. Molin. in tract. de usur. quæst. 20. num. 205. Charond. lib. 2. pandect. cap. 14. Christin. vol. 2. dec. 95. à Sande def. 4. tit. 14. lib. 3. Argentr. ad consuetud. Britan. art. 266. in verbo pouvant le titre & art. 277. in verbo accoustumé num. 21. Fabr. Cod. lib. 8. tit. 4. def. 7. & lib. 4. tit. 24. def. 1. Autumn. ad d. *l. si certis annis Costal. ad l. cum de in rem verso 6. ff. de usur.* Papon. lib. 8. tit. 14. arr. 2. Imbert. instit. forens. lib. 1. cap. 16. num. 7. Chassan. ad consuet. Burgund. tit. des droits appart à gens mariées §. 23. gl. sera sufficament interpellé. num. 38. & tit. des Censes §. 2. num. 13. & Edictum Philippi Ducis Burgundiæ & Brabantix datum Bruxellis 21. Septembr. 1453.

A D D I T I O N E S.

Ditura & longa præstatio 20. vel 30. annorum sufficit per se, ut in posterum exigatur *Christ. vol. I. decis. 54. n. 4. Le Grand sur l'art. 51. de la Coutume de Troyes gloss. 2.*

Vide *Christ. vol. I. decis. 173.* ubi dicit vassallum cogi posse ad ostentionem feudi, non emphiteutam vel debitorem redditus, neque ad ostentionem litterarum acquisitionis.

Præstatio 10. annorum aliquibus locis habetur loco tituli. *Christ. vol. I. decis. 217.*

Annua præstatio uniformis & continua per 30. annos facta, jure & ratione redditus perpetui, inducit tituli presumptionem & veram redditus acquisitionem. *Covarr. ad cap. possessor §. 2. & 4. n. 3.* quod apertissimè dicit *l. 20. Cod. de Agricol. & censit.* De tali præstatione pulchrè *Le Grand aux Coust. de Troyes ad art. 51. gloss. 2.*

Hypotheca est tota in toto, & tota in singulis partibus. *Loys de l'act. mixte chap. II. n. 8.*

Articulus CLXXII.

Creditor Reditualis vel Censualis habens plures hypothecas pro Censu vel Reditu suo obligatas ad varias personas spectantes, non tenetur admittere divisionem redditus vel Censui sui, nec à quovis Proprietariorum in particulari solutionem petere, sed potest prosequi totum reliquum sui Censui aut Reditu super universa hypotheca aut parte illius: & Proprietarius vel Proprietarii illius tenentur satisfacere dicto Creditori Censuali

vel Redituali, quo casu etiam dictus Creditor tenetur, ad requisitionem & expensas Proprietarii, ei transferre soluta reliqua & expensas desuper factas, ut pro rata regressum habeat adversus alias hypothecas aut eorum Proprietarios.

NON TENETUR ADMITTERE DIVISIONEM) Individuitatem Census aut Reditus unanims Brabantiae consuetudo protegit *Lovan. tit. 5. art. 2. Antwerp. tit. 30. art. 16. Lyran. tit. tit. 11. art. 10. Herentall. tit. 16. art. 5. Gheel. tit. 5. art. 3. Sylva Duc. tit. 10. art. 10. Bredan. tit. 4. art. 63. Mechlin. tit. 12. art. 11. Deurnens. art. 203.* idque quia hypotheca est individua tam active quam passive, nec inter partes lex scindi finit. *l. solutum §. si creditori ff. de pignor. act. l. 1. §. 2. Cod. si unus ex plurib. hered. deb. vel credit. l. rem hereditariam 65. ff. de evictionib. l. pignoris ff. de pignorib. Bald. in l. quamdiu Cod. de distract. pign. Gloss. in l. moschis ff. de jure fisci. Chassan. in consuet. Burgund. tit. des Rentes vendues. §. 2. gloss. verb. son principal obligé num. 38. Christin. vol. 2. decis. 92. in princ. Elbert. Leonin. conf. 97. num. 5. Covarruv. variar. resol. lib. 3. cap. 7. num. 7. Sainson. ad Consuetud. Turon. tit. 20. Molin. ad Consuet. Paris. §. 11. num. 17. Charond. au marge du grand Coustumier cap. 37. in fin. lib. 2. Vincent. Carrocus de excuss. honor. quest. 1. part. 2. num. 8. §. 9. nisi volente Creditore, qui etiam poterit divisionem admittere; & sic recipiens à possessore partis divisae censum, pro parte sua censetur illum dividere. *Molin. in d. Consuet. Paris. par. 2. §. 55. glos. 4. num. 35. quest. 1. Joseph. Ludovic. Rot. Lucan. dec. 21. Charond. lib. 4. resp. 64. 84. §. lib. 8. resp. 38. §. resp.**

43. Et ad consuet. Paris. art. 74. Et 103. sic etiam si creditor spatio decem annorum ab unoquoque possessorum hypothecæ partem suam recepit, divisio redditus facta præsumitur. Charond. lib. 10. resp. 26. vide Louët litt. R. num. 6. ex quo capite individuitatis pro ea summa uti contracta est totam valere necessum est vel totam corruiere. Deckher. dissert. posthum. 9. num. 8. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 12. art. 11. num. 3. vide latius ad materiam hujus articuli Papon. lib. 13. tit. 2. arr. 14. Et ibi notat. Et lib. 11. tit. 3. arr. 1. neque negotium faceffit textus in cap. constitutus de relig. dom. nam illic si attentius animadvertimus, pensionis solutio in diversos non dividitur possessores, sed ab uno potius dumtaxat exigitur Monasterio, atque tantum pro rata fit condemnatio ad taxandos redditus, qui Ecclesiæ de qua lis erat, contingebant: perinde ac in l. fin. Cod. de debitor. civ. lib. 11.

CREDITOR TENETUR TRANSFERRE) Qui solidum solvit rectè desiderat, ut Creditor sibi cedat actiones adversus cæteros rerum hypothecariarum possessores, ut pro rata adversus eos experiri valeat: perinde ac in fidejussoribus observari manifestum est: de fidejussione enim ad hypothecam validum est argumentum. l. si legati ff. de pignor. Jason. in l. 1. ad fin. ff. de leg. 1. & hanc probare sententiam non obscure videtur l. Imperatores ff. de public. Et vectic. sed longè magis singularis est, magisque apertus textus in l. cum possessor. ff. de censib. is autem cui jure cessæ sunt actiones, adversus possessores agendo, suam debet ratam partem, quæ sibi ex toto debito contingit, deducere: ut tradit Speculat. tit. de cession. actionis §. 1. num. 27. Capicius decis. 51. num. 8. atque ita fit ut alio possessore alium per vices conveniendo, demum unusquisque pro sua tantum rata parte oneretur.

A D D I T I O N E S.

D Esen 172. art. is gefondeert op sekeren Vonnisse de date 12. September 1581. by de Heeren Wetbouderen geslaegen, tusschen Anthoon De Minne Opponent, ende Jan Van Gutte Executant.

Agitur in solidum actione hypothecaria contra quemvis hypothecæ aut partis ejus detentorem. D. Stockmans decis. 100. n. 1.

Vide Loyseau de l'action mixte chap. 8. n. 8. & si un des plusieurs obligez devient insolvable, les autres demeurent chargez de sa portion.

Il parle aussi en ce lieu de l'action recursoire, par laquelle si-tôt qu'un detenteur se void poursuivie pour le tout, il peut sommer & denuncer la poursuite aux autres, même conclure formellement contre eux à ce que chacun pour telle part & portion qu'il est detempteur soit condamné l'acquiter & indemniser de la poursuite.

Comme de contribuer avec lui au payement de la Rente, ce qu'est en droit decidé entre Coheritiers l. 18. §. Celfus. & 44. §. 7. ff. Famil. ercisc.

Cessionaire d'action jouit des mêmes hypotheques, de la même solidité & de toutes les prerogatives qui appartiennent à la premiere action. ibid. n. 11.

Articulus CLXXIII.

CUm Reditus constituuntur per emphyteusim, per divisionem Hereditatis, vel aliter per novam constitutionem unico contractu in utilitatem plurimum personarum

vel si in partes dividantur, & unus Creditorum vel Portionariorum, defectu solutionis procedat ad evictionem hypothecæ, talis evictio nequit fieri cum extinctione aliarum partium eorundem Redituum, non obstante diligentia prædicti evincentis, & quod alii Concreditores vel Portionarii non adstiterint evictioni: sed dicti Concreditores vel Portionarii jus suum salvum tenent, nullumque præjudicium in hypothecæ sua patiuntur, quisque pro rata sui Reditus: debetque evincenti sufficere sua portio ejusdem hypothecæ: vel alias, si maneat in possessione integræ hypothecæ, debet restituere Reditum vel partem Concreditoribus aut Portionariis.

PORTIONARII JUS SUUM SALVUM TENENT)
 Idque ratione individuitatis hypothecæ Reditui obligatæ de qua articulo præcedenti actum est. Ita ut hic fallat regula, quod jura vigilantibus succurrant.

A D D I T I O.

MEn can oock Rente constitueren op een deel pro indiviso van sekeren Huyse oft Grondt ende ingevalle desen grondt compt ten deele te vallen aen den mede erfgenaem die hem niet verobligeert heeft, soo en can den Rentheffer niet meer aanspreken de Erve die hem verbonden is, maer wel is syne hypotheque overgeset op den Cavel van den Rent-gelover. Cuypers Grondt-proceduren 64. quest. in de addit.

ARTICULUS

Articulus CLXXIV.

SI Debitor Reditualis per apochas aut alia legitima documenta faciat apparere de solutione trium annorum coherentium Reditus quem debet, tum præsumentur anteriorum annorum pensiones soluta, nisi pars adversa notabilem errorem adduceret, vel alias demonstraret anteriores Canones esse insolutos.

SOLUTIONE TRIUM ANNORUM) Qui ostendit se tribus proximis annis solvisse, retro solvisse præsumentur inquit Imp. Martianus in l. 3. Cod. de Apochis public. lib. 10. & ibi Cujac. totiusque debiti in præteritum soluti præsumptio inducitur: quasi omnium annorum pensionibus solutis Gloss. & DD. ad l. 2. Cod. de jure emphyt. Ant. Fabr. ad Cod. lib. 8. tit. 29. def. 32. quod non procedit si apocha constet terminis generalibus, V. G. si facta esset pro tribus ultimis annis sine alia speciali expressione: Mynsing. cent. 5. obs. 39. neque etiam procedit quando Creditor inseruit clausulam, sine præjudicio arrieragiorum præcedentium, quo casu ea petere posset Creditor non obstante apocha. Doctores in d. l. 2. de jure emphyt. l. si certis annis Cod. de pactis & ibi Jason. in l. nescimus versic. quid enim ff. de negot. gest. Masuer. de locat. cond. num. 37. Buridan sur les Coustumes de Rheims art. 144. n. 8. vide Molin. §. 85. Consuet. Paris. gl. 1. num. 41. Trentacinq. lib. 2. resol. 2. num. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 139. num. 15. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1320. Boer. ad consuet. Bituric. tit. de præscript. §. 4. in gl. & sic erit tutus. Chassan. ad consuet. Bur.

gund. rub. II. §. 2. num. 17. Leeuwen censur. for. lib. 4. cap. 32. num. 19. unde dispositionem hujus articuli N. Everard loc. leg. 90. dicit esse juris indubitati, nisi creditor contrarium manifeste probet. Tulden. Cod. de probat. num. 14. quia rationi non congruit, ut reliquatae sint pensiones V. G. anni 1686, 1687 & 1688. & deinde solventem 1689, 1690 & 1691. scripserim solvisse in posteriores illos annos tres, ac non potius in priores l. in his vero 5. ff. de solut. semper enim quis solvere in primum retro quemque annum intelligitur, quamvis in illum quo solvit annum, debeat tantumdem. Unde potius in quem annum, quam quo anno solvatur, apocha exprimit. Tulden. Cod. de probat. num. 13. Vincent. de Franchis decis. 137.

A D D I T I O N E S.

Vide ad hunc Art. Wames. cent. 4. consil. civ. 61. n. 4. Gigas de pensionibus quest. 81. per tot. Minshg. cent. 5. observ. 99. Fachin. lib. 3. controuv. 89. Le Grand Coutum. de Troyes sur l'art. 51. glos. 2. n. 51. Everard consil. 14 n. 7. & huic articulo conformis est l. 3. cod. de apoch. pub.

Exceptiones vide apud Costal. ad l. 6. ff. de usuris n. 16. & seqq.

Articulus CLXXV.

DEperditis aut non repertis Litteris Constitutionis alicujus Reditus, possunt procurare Censuarii aut Redituarii Creditores ut divisiones Hereditatis, Transportus aliave Munimenta authentica coram Scabinis Urbis facta aut approbata authorisentur, ut cum iis

defectu solutionis via executionis aut aliter super pignoribus obligatis procedant: super quibus jus redditur, non aliter quam super principalibus Litteris, salvo manentibus exceptionibus ac defensionibus parti in contrarium.

MUNIMENTA AUTHENTICA AUTHORIZENTUR) Præcipue talia quibus possunt constitui Reditus, ut sunt pacta antenuptialia, pacta divisoria hæreditatis & similia, de quibus supra art. 131. Lambert. Goris in adversaria tract. 3. part. 2. cap. 9. num. 12.

A D D I T I O N E S.

Libris antiquis censualibus fides adhibetur, & si per libros censuales apparet de solutione per decennium non est aliud inquirendum Christin. decis. 54. vol. 1. Rebuff. ad constit. reg. De Litter obligat. art. 1. glos. 3. n. 12.

Op dien voet isser oock eene evictie gedaen uyt crachte van copye authentique eener constitutie brief van Rente gepasseert voor Schepenen deser Stadt den 13. April 1679.

Ende is sulckx conform aen de geschreve Rechten in l. 1. cod. de fide instrum., & chirographis debitorum incendio exustis tutores eos ex inventario convenire possunt l. 57. de admin. Et per. tutor.

Volghens Placcaert van den 10. October 1522. geinsereert in den 1. Placcaert boeck van Brabant fol. 87. bevolen aen alle Rechteren, Justicieren, Schepenen, Wethouderen, te procederen tot betaellinge van achterstellen, over-renten ende chynsen, uyt crachte van oude possessie bewesen by Chynsboecken, Rollen, Registeren, Rekeningen, ende Bescheeden, partye geheel in haere defensien.

Articulus CLXXVI.

BRuxellis nulli Reditus pro realibus habentur, nisi qui coram Scabinis Urbis, vel alias coram Domino & Curia debite constituti sunt, & hypothecati, super bonis Immobilibus, Fundis aliisque hypothecis.

NISI HYPOTHECATI SUPER IMMOBILIBUS)
De jure Reditus sunt ipsi Immobiles, uti tradit Joan. Faber in l. hac edictali Cod. de secund. nupt. num. 5. & ita etiam communiter teneri dicit Molin. in tract. commerc. quest. 37. num. 237. Afflict. in tract. de jure protimis. §. I. num. 6. Roman. cons. 302. num. 5. Chassan. ad consuet. Burgund. rub. 5. §. I. num. 113. & seqq. Gayl. lib. 2. observ. 10. quod tamen non ad omnes omnino Reditus extendi potest, sed ad illos tantum qui coram judice competente super bonis immobilibus rite sunt hypothecati, cujus rei non leve argumentum est quod in hujusmodi Redituum constitutione & venditione eadem mancipationis aut transportus solemnia adhiberi soleant, quæ in rerum immobilium abdicatione Nicol. Burgund. ad consuet. Flandr. tract. 2. num. 30. quo loco reditus perpetuos & in corpore immobili constitutos, licet redimibiles, fundi partem dicit, adeoque immobiles esse asserit. Adde text. in l. jubemus 14. Cod. de Sacros. Eccles. Clementin. exivi §. cumque annui de verbor. signif. Christin. decis. 212. num. 15. vol. 1. & facit hic judicatum Curie Parisiensis, de quo Ludov. Charond. lib. 6. resp. 34. agens dicit, que les Rentes constituées sur certain Heritage spécialement hypothecquées par le Contract sont réputées Immeu-

bles, à cause de la réalité procédante de l'hypothèque spéciale, quæ magis fundum afficit. arg. l. quamvis Cod. de pignorib. mais si elles sont généralement constituées sur tous les biens du débiteur, elles sont censées & estimées Meubles: par ce qu'elles ne sont perpétuelles, ains ne durent que d'autant que le débiteur ne le veut racheter: car il est dans son option & volonté de les racheter toutes & quantes fois qu'il voudra: aussi ne sont que deniers comptez & non heritage. C'est l'opinion de Balde in d. l. hac edictali & in l. si certis annis Cod. de pact. Charond. ad consuet. Paris. art. 94. tamen Sim. à Leeuwen censur. for. lib. 2. cap. 1. num. 4. dicit quod in Hollandia pecuniarii reditus, qui redimibiles sunt à parte debitoris, sola pecuniæ constitutæ ratione, vulgo (Los-renten) licet pro illis pignus aliquod immobile constitutum sit, & fundi ipsorum nomine obligati sint, immobiles dici minimè possunt, quia res corporales non sunt, sed res æstimatæ, quibus in securitatem ejus quod debetur accedit tantum nuda pignoris sive hypothecæ persecutio. Quæ tota in jure & actione consistit, non ut possideatur aut consequatur res immobilis, sed ut distrahatur, & ex nummis ex distractione provenientes solvatur quod debetur, scilicet pecunia constituta l. 18. Cod. de pignor. l. 17. ff. eod. quæ cum domini causa nihil commune habet l. 1. §. 4. ff. eod. pecunia enim absque ullo dubio pro re mobili habetur. novell. 22. cap. 45. §. 2. ut latè Vinc. Carroc. de excuss. bonor. part. 1. quest. 4. num. 2. Matth. Coller. de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 25. Berlich. part. 3. concl. 33. num. 5. 6. & consequenter actiones pro pecunia mutuo data, inter mobilia referri debent, & certe conditio quæ ex mutuo datur, velut ad rem mobilem competentem, inter mobilia recensentur.

da est. Moller. *ad constit. Elect. Saxon. part. 3. const. 23. num. 1.* Carpzov. *defin. for. part. 3. const. 23. def. 8. num. 3. § seqq.* Argent. *ad consuet. Brit. art. 61. gl. 1. num. 5. § art. 219. gl. 6.* Charond. *lib. 7. resp. 47.* quod dubium respectu Consuetudinis Bruxellensis est extra controversiam per Statutum supremi Brabantiae Consilii super facto annotationum omnium inhæredationum quæ Bruxellis ineuntur de 4. Septemb. anni 1649. quo expresse statuitur quod imposterum nulli transportus, alienationes, vel obligationes quæ fient coram Judicibus Camerae Vectigalis hujus Urbis, coram subsellio Vice-Comitis ejusdem, vel subsellio Nivellensi, Hierichontino, aliisve subalternis, afficient nullumve jus reale tribuent antequam litteræ sic à subalternis expeditæ continebunt notitiam inscriptionis, seu annotationis in registros Domus Civicæ, laudimia esse soluta, & signatæ fuerint per scribam ex parte Urbis ad hoc commissum.

Quo referri debet articulus 24. Edicti perpetui de anno 1611. quod jus reale in re immobili non permittit acquiri, nisi adhibitis mediis juxta Edicta patriæ requisitis: alias isti reditus semper in personalitate permanebunt.

A D D I T I O N E S.

O *Et eene Rente gecreert van wegens een Dorp ofte Gemeynte uyt crachte van Octroy moet gehouden worden voor reel, geadviseert dat neen, als daer geen beset en is. 16. October 1725.*

Nochtans wordt gehouden van jae, als daer by comt eenen laps van 30. jaeren, ende wordt alsoo geobserveert oft immers gesustineert voor 't meestendeel der Dorpen in de Kempen.

Articulus CLXXVII.

HIs non obstantibus per obligationes pos-
sunt fieri agnitiones Redituum redimi-
bilibium ut ante, una cum promissione congrue
hypotheca, potestque Creditor reliquatas pen-
siones petere & accipere, si realis numeratio
summe capitalis intervenit, quamvis nondum
facta sit constitutio, hypothecatio aut realisa-
tio, ad quam Creditor compellere potest de-
bitorem, vel ad restitutionem sortis una cum
reliquis pensionibus, qua de re tamen com-
petit optio debitori ut alterutrum eligat.

QUA DE RE COMPETIT OPTIO DEBITORI)
Idem statuitur Consuet. Lovan. tit. 9. art. 3.
idque ad excludendum metum usurarum, cum
nemo possit manere Dominus sortis & interim
percipere annuas pensiones. Quoties enim ap-
paret hoc actum ut Creditori maneat jus repe-
tendæ pecuniæ, incidit res in usuram, licet
nomen Reditus usurpaverint paciscentes. Stock-
mans. decis. Brab. 74. num. 4.

Articulus CLXXVIII.

OMnes Reditus constituti & hypothecati,
pretio pecunia empti, debuerunt redimi
sub conditionibus, & tali pecunia, qualis in
litteris constitutionis exprimebatur, una cum
termino proxime sequenti, nisi Debitor legi-
timo documento contrarium potuisset demon-

strare, donec in hac Urbe emanaverit ac publicata fuerit certa constitutio, & Edictum Celsitudinum suarum, ut Provincia Principum, die 25. Junii 1601. à quo tempore, quo ad predicta, eadem constitutio fuit observata.

CUM TERMINO PROXIMO) Hujus articuli dispositio videtur usuraria & illicita, & contractum vitare, idque ob additionem dictorum verborum, uti docet Imbert. *instit. forens. lib. 4. cap. 34. gloss. ad verb. quinquennii circa med. in latinis* & *cap. 34. num. 6. circa princ. in Gallicis* & *Molin. de usur. quest. 51. num. 354. versic. sexto*, quod Creditor. consuetudo tamen excusat ut usurarius contractus non censeatur, qui alias usurarius esset *Covarruv. de matrim. cap. 7. §. 3. Ferron. ad consuet. Burdig. tit. 8. de feud. §. 20. Petr. Salazar de usu & consuet. cap. 2. num. 1.*

EDICTUM DE 25. JUNII. 1601.) Exstat hoc Edictum volum. Gand. 2. lib. 2. rubr. 5. fol. 439.

Articulus CLXXIX.

Census aut Reditus perpetui, quorum Littere constitutivæ nullam redemptionis conditionem continent, Bruxellis pro irredimibilibus habentur.

BRUXELLIS PRO IRREDIMIBILIBUS HABENTUR) Post Molinæum censuit olim Dom. Elbert. *Leonin. conf. 52.* Reditus omnes, de quorum quidem origine non constat, in dubio potius redimibiles quam irredimibiles præsumi:

esse quippe eosdem, quasi veterum usurarum succedaneos, odiosos quodammodo, & contra illorum redemptionem ac liberationem, cui in jure favetur *l. Arrianus ff. de obligat. & act.* oppido quam favorabilem; tum quod debitor semper in leviores causas habeatur obligatus, item quod minimum in obscuris sequi præcipiamur *l. cum servus 39. quæ alias incipit. apud Julianum ff. de legat. 1. l. semper in obscuris ff. de reg. jur.* quod cum in redditibus pecuniariis (excepto solum censu qui ab exiguitate pensionis facile cognoscitur. Vide Covarruv. *variar. resol. lib. 3. cap. 10. num. 5. vers. primum illud.*) facile admiserim, per ea quæ *dict. conf.* tradit Elbert. Leon. tamen fallere existimo in Reditibus frumentariis sive specierum, ut loquuntur, cujuscumque generis, in quam sententiam existant præcipuarum aliquot curiarum diversæ res judicatæ de quibus Paul. Christin. *vol. 1. decis. 217. num. 2. 3. & 4.* nec fere dubitationem admittit casu quo creditor probatur ultra tempus præscriptionis pensionem suam certa specie recepisse. Quod confirmatur re judicata primæ Cameræ inquisitionum Parisiis anno 1601. de qua Joan. Chenu *in fin. addit. ad arrest. 20. Joan. Papon. lib. 12. tit. 7.* vide etiam Christin. *d. vol. 1. decis. 303. num. 23. & seqq. & ad ll. municip. Mechlin. tit. 12. art. 1.*

A D D I T I O N E S.

Vide ad hunc Art. D. Stockmans *decis. 71. Christin. vol. 1. decis. 261.* ubi dicit reditus super fundis & domibus constitutos esse redimibiles ex Edicto Caroli V. Imperatoris 19. Octobris 1520.

Reditus in dubio censetur impositivus non pecunia constitutus. *ibid. n. 1.*

Les Rentes assises sur Maisons & Villes, Chaussées & Fauxbourgs, sont fait rachetables, encore qu'elles appartenissent à l'Eglise. Le Maistre en son traité de criées chap. 28.

Articulus CLXXX.

HAc tamen exceptione, ut si Reditus aut Census isti perpetui, præcipuè hypothecati super Domibus aut Fundis qui olim Domos continuere, intra Urbem, comparati sint ante Festum S. Joannis Baptiste anno 1424. possint redimi ad nummum vigesimum quartum, tali pecunia, qualis anno 1436. admittebatur: Census vero aut Reditus creati post annum 1424. usque ad annum 1436. possunt redimi ad nummum vigesimum, & post annum 1436. ad nummum decimum octavum, eaque omnia pretio prædicto, ex tenore Statuti de redemptione Redituum perpetuorum, de anno 1436. die 2. Maji: si tamen aliqui dictorum Redituum aut Censuum subjiciantur constitutioni de anno 1601. ea in his observanda venit.

HYPOTHECATI SUPER DOMIBUS AUT FUNDIS QUI DOMOS CONTINUERE) Et sic à contrario sensu Census Reditusve constituti super fundo in quo nullum ædificium fuit umquam videntur irredimibiles. Quam articuli dispositionem decori splendorique Urbium condonatum fuisse putat Choppin. *de morib. Paris. lib. 1. tit. 3. num. 14.* ubi & aliorum statutorum similium meminit, Edictum Imperiale ei conforme referens, quod & recenset Molin. *conf. 9.*

PRÆCIPUE) Unde articulus non obtineret si Domus aut area quæ olim in Urbe domum continuit, tantum esset subpignus Molin. conf. 9. num. 13.

Articulus CLXXXI.

Locationes perpetue, Census & Reditus olim pecunia pretio empti, in utilitatem Monasteriorum, Domuum Dei, Ecclesiarum, locorumve Spiritualium, hypothecati super bonis intra Ammanniam Bruxellensem sitis, etiam redimi possunt: nempe quodlibet modium frumenti in Locatione perpetua, pro triginta sex Petris aureis aut valore eorum, & Census aut Reditus perpetui ad nummum decimum octavum, pretium intelligendo ut supra, in conformitatem Statuti de 13. Aprilis 1440.

A D D I T I O N E S.

ITa iudicatum refert Stockmans, etsi de pretio non liqueat, modo mentio fiat de venditione in instrumento decis. 72.

By Decreet van den 5. Meert 1571. is verclaert dat de Renten, soo geamortiseerde als andere, competerende de Geestelyckheydt in specie van Graenen oft andere Waeren voor prys van Gelde, subject syn aen de reductie, maer geene andere, siet het eerste Deel van de Placcaerten van Brabant folio 88.

De ontquytbaere Renten reket men ordinaris teghens den pen. 27, den capuyn teghens 10. stuyvers, het mudde terwe teghens 200. guldens, het mudde rogge teghens 160. guldens, het mudde

gerste teghens 120. guldens, het mudde evene teghens 80. guldens.

Chynsen worden verdeylt in heereycke ende straet-Chynsen, de heereycke Chynsen worden ordinarij te leen gehouden van den Prince ofte anderen Leen-Heere, waer uyt hy recht vercryght om jaereyckx sib-dagh te houden. Siet Cuypers 51. quest. Bacquet 1. partie du Droit de Franca Fiefs chap. 2.

Des Rentes Foncieres voyez Loys de la distinction des Rentes liv. 1. chap. 3. art. 5.

Articulus CLXXXII.

Similiter redimibiles sint Reditus constituti in compensationem emptionis Aedium, aut Fundorum Bruxellensium in quibus olim Aedes substitere.

Articulus CLXXXIII.

Nihilominus qui in emphiteusim dat, aut transfert Aedes vel Fundos allodiales, in illis potest retinere Censum irredimibilem usque ad valorem veteris scuti annui, importantis 28. stuferos, duas placcas, & octo mitas Brabanticas, nec ultra, sed recte infra, ut ita fundet jus suum Dominico Fundiale.

Articulus CLXXXIV.

Qui Census Fundialis redimi non potest nisi consentiente Proprietario dicti Censu: qui si non & jus Dominico Fundiale acquisivit, aut jam detinet, redemptio fieri debet consensu Domini Fundialis.

Articulus CLXXXV.

SI vero Census Fundialis antiquum Scutum annuo excedat, ejus dimidium redimi potest sine consensu & assistentia Domini Fundialis, secundum Statutum de anno 1436.

Articulus CLXXXVI.

Quemadmodum nec redimi possunt Censuum Fundiarii spectantes ad Ducem Brabantiae, Vice-Comitem Bruxellensem, Praepositum Capella, nec ulli Censuum irredimibiles super quibus fundata sunt beneficia, vel quae relicta sunt ut celebrentur anniversaria, ut fiant distributiones Temporales, Missae aliave Divina Officia, Eleemosinae aut Fundationes similes, nec Censuum irredimibiles ad Clericos spectantes, quousque patebit eis permissum esse Proprietatem irredimibilem posse acquirere.

SUPER QUIBUS FUNDATA SUNT BENEFICIA) Nomine beneficii ex paritate rationis non videntur hic comprehendi Hospitalia, & pro pauperibus relicta, quia statuta sunt stricti juris, nec admittunt interpretationem extensivam.

QUAE RELICTA SUNT) Quod intelligi putat de primæva constitutione Chassan. tit. des mains mortes in verb. lesquels en ce cas num. 29. nam si primæva constitutione ad eum finem non fuerint relicta, redimi poterunt, quia natura primævæ constitutionis alterari non potuit, nec debitor gravius onerari.

ANNIVERSARIA &c.) Vide Loyseau de la distinction des Rentes liv. 1. chap. 8. nomb. 22.

A D D I T I O.

Rentes delaisées à l'Eglise, pour célébrer des Anniversaires & Obits assignées sur certains fonds sont réputées Foncières, partant au cas de ces Rentes les Héritiers ne sont recevables au deguerpissement, & le Frere auquel en succession collaterale appartient le Fief entier ne payera pas plus de la Rente pieuse assignée spécialement sur le Fief que la Sœur qui n'y pretend rien. Loys de la distinction des Rentes liv. 1. chap. 8. n. 22.

Articulus CLXXXVII.

Possunt & coram Scabinis Urbis, pactis divisoriiis Hereditatis, Emphiteusi, Permutatione, Transportu constitui Locationes perpetuae, Census, aut Reditus irredimibiles, tam in Frumento, Pecunia, Avibus, Ovis, quam aliis speciebus ac substantiis, super omnis generis Fundis tam intra quam extra Urbem sitis, Domos excipe & Areas in Urbe sitas, secundum distinctionem supra datam.

SECUNDUM DISTINCTIONEM SUPRA DATAM) Nimirum articulo 178. & seqq.

Articulus CLXXXVIII.

Quoties Census aut Reditus redimuntur, quorum ususfructus ad alium pertinet, Heredes vel Proprietarii Censuum vel Redituum ita redemptorum summam capitalem possunt assumere, modo eundem ususfructum

in aliis pignoribus, non ultra secundum lapidem ab Urbe sitis, constituent: cuius & solutionem in Urbe prestare tenentur: quod si dictus heres aut Proprietarius recusaret, sed esset contentus Usufructuario, pro Usufructu, sortis portionem cedere, eo casu Usufructuarius vel Usufructuaria, si quinquagesimum annum non excedat, medietate gaudebit & altero dimidio Heres, & ab anno quinquagesimo ad sexagesimum quintum triente uno, reliquis duobus in commodum heredum vergentibus: & ultra sexagesimum quintum annum quadrante uno, reliquo dodrante pro Heredibus remanente.

Articulo huic conformes sunt Consuet Lyran. tit. II. art. 9. Mechlin. tit. 12. art. 10. moribus tamen Sylvæ Ducensibus cap. 10. art. 9. Reditus quorum ususfructus ad alium spectat perimi nequeunt, sed tenentur ad eorundem ut vulgo dicitur *remploy*, idque de consilio Proprietarii.

A D D I T I O N E S.

STaet te noteren uyt desen Artieckel, dat de tochte van den genen oudt is onder de vstigh jaeren getaxeert ende genomen wordt in capitaet weerdt te zyn de hellicht van de proprieteyt. Vide Cuypers Grondt-proced. 60. quest. in de addit. n. 8. alwaer by breeder bandelt dese computatie.

Terres chargés à douaire ou viage estimez à mis prix. Argentré ad consuet. Britt. art. 253.

Aliam ususfructus æstimationem. vide in l. 68. ff. ad leg. falcid.

Articulus CLXXXIX.

Casu quo Proprietarius vel Usufructuarius talium redemptorum Censuum aut Redituum, aut alius quispiam eorum non esset qualificatus ad Cassationem Litterarum vel Registri, vel debite assicurandi Debitorem per Aepocham Scabinalem, tunc licet Debitori pro securitate sua sortem una cum arrieragiis, termino proximè sequenti, & expensis, ex tenore Litterarum Constitutionis, consignare sub Questore Civitatis, tamquam sub Magistratu, que illic consignata manent donec prædicta Cassatio debite facta sit, vel alias Debitor sit certioratus ut ante.

Articulus CXC.

Similiter consignandi sunt nummi de redemptione Censuum aut Redituum procedentes, qui spectant ad mente Captos aut Minores 28. annis: qui Minores non poterunt levare dictos nummos nisi cum assistentia propinquorum qui Magistratui tenentur asseverare tales nummos in maximum commodum minorum esse applicandos, alias Minores debebunt obtinere consensum à Magistratu ut dictos nummos levare possint.

Vide quæ supra de Minoribus dicta sunt art. 140. & infra art. 271.

ARTICULUS

Articulus CXCI.

CUm quis vendidit Census aut Reditus irredimibiles hypothecatos super Domibus aut Areis in Urbe sitis, Proprietarius dictarum Domuum, aut Arearum, Censum aut Reditum venditum per modum retractus poterit retinere, eumque redimere, vel alias emptionis venditionis contractum via Transportus assumere, pro eodem pretio quo dicti Census aut Reditus alteri sunt divenditi.

Vide Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 12. art. 6.


Articulus CXCII.

CUm Debitor Reditualis via transportus acquirit Censum aut Reditum hypothecatum super variis hypothecis, quarum aliqua ad eum spectant, tum per talem acquisitionem minuitur ille Census aut Reditus pro rata portionis ipsi competentis in hypotheca, nec poterit integrum Reditum pretendere super aliis compignoribus ut bona sua conservet.

Turbæ aliquot spectantes ad materiam Censuum, Redituum, eorumque redemptionem. Vide Tom. I. pag. 206.

Tomus III.

Y




TITULUS DUODECIMUS

De materia Finium Regundorum.

Articulus CXCIII.

Quo ad prædictam materiam Finium regundorum factum est Statutum, cui Magistratus, & jurati Finium Rectores hujus Urbis, & Partes eo indigentes, sese conformant.



TITULUS DECIMUS TERTIUS.

De Præstationibus, earumque Virtute & Efficacia.

Articulus CXCIIV.

Prestatio Bruxellensis, est promissio, inserviens securitati & corroboracioni Contractuum, Agnitionum, Conventionum, aliorumque munimentorum, coram Scabinis Urbis & aliter initorum, qua promissor talis præstationis ejusque Heredes tenentur supplere omnem defectum qui post modum circa ea. posset occurrere.

EJUSQUE HÆREDES) Id confirmatum est anno 1590. 25. Septembris, quando Turbatum est quod hæredes ejus qui præstationem promisit, repræsentent personam promissoris, uti titulo præcedenti Turba 21. dictum fuit.

A D D I T I O N E S.

ANtiquissima *Warandiæ* præstatio, si quidem Henricus II. Dux Brabantiae promisit Walthero Berthoudt *veram & firmam Warandiam præstare & stabilem*, & litteras suas patentes super hoc exhibere, in compositione facta anno Domini 1238. ut videre licet apud Butkens *in probat. fol. 80.*

Warandia certa species cautionis pro evictione, quæ evictio in jure notissima, in quâ receptum hoc axioma quod si fundus venerit, ex consuetudine ejus Regionis, in quâ negotium gestum est, pro evictione caveri oporteat. l. 6. ff. de evict.

In beloofst Waerschap steken twee saecken, d'eene den vercryger te verdedigen in Rechte, ende dat den Vercooper oft Autheur hem assistere, daer toe bybrengende de noodige probatien, d'andere den oplegh van schaeden ende interresten, in cas van geene defensie, ende dat daer door den Cooper oft Vercryger den Pandt afgewonnen wordt, wesende het eerste point eene obligatie van te doen, ende het tweede van te geven. Cuypers tractaet van Grondt-proceduren 1. Deel 7. questie.

Wordt gevraeght oft de obligatie resulterende uyt de gelofte van Waerschap solidaer is, soo dat het gebreck van eene Rente gevonden naer discussie van de hypotheque, soude mogen verhaelt worden tot laste van eenen der Erfgenaemen die alleen solvent is? de affirmatie scheynt gefondeert te zyn in dese woorden: te voldoen allen het gebreck.

Accedit quod in materia Reditus, ejus natura sit individua, & consequenter etiam de eo promissa evictio, ende is alsoo geadviseert by de Advocaeten du Rappoy, ende andere, vide l. 85. ff. de verb. oblig. ende den 168. art. van de Costuymen deser Stadt.

Articulus CXCV.

QUOD jus prestationis fundatur in antiqua observantia, & certis Privilegiis dicte Urbi concessis, & nominatim per Sententiam Sancti Audomari, & provisionem desuper decretam tam respectu inductionum & executionum quam aliter.

Articulus CXCVI.

CONSEQUENTER Ammannus ejusve locum Tenens aut jurati Ministri Urbis, possunt litteras prestationales sententiatas executioni mandare, in personam & bona, tam Mobilia quam Immobilia promissoris dicte prestationis, ejusve heredes, quamdiu reperiri possunt, cujuscumque sint conditionis, non solum intra Urbem ejusque Territorium, sed & ruri per universam Brabantiam, extra liberas Civitates.

EXECUTIONI MANDARE) Idem quoque statuitur supra art. 90. sub hac distinctione tamen, ut si personæ sint eminentioris condi-

tionis, executio debeat fieri per Ammannum ejusve locum Tenentem, ubi respectu inferiorum etiam per juratos Ministros fieri potest uti dicto art. 90. & hic apparet.

Articulus CXC VII.

Quotiescumque aliqua Bona, Fundi, Locationes, Conductiones, Census aut Reditus in Camera Ammanni distrahuntur, tum dictus Ammannus ejusve locum Tenens nomine Ducis Brabantie promittit emptori inheredando debitam ac solidam prestationem emptionis, que per hoc confirmatur ut supra art. 106. dictum est.

A D D I T I O.

Quarto existimo evictionem quam secundum hunc Articulum promittit Ammannus nomine Ducis, fieri nomine Debitoris cujus Bona venduntur, non in nomine Creditoris.

Articulus CXC VIII.

In executionibus dicta prestatio prefertur omnibus aliis personalibus obligationibus, afficitque & obligat bona allodialia & Censualia promissoris, ejusque heredum, quamdiu in eorum Dominio permanent, ut Creditor via executionis consequatur desuper in Camera Ammanni defectum pro quo dicta prestatio promissa est.

A D D I T I O.

GEturbeert den 7. April 1589. dat voor het verswygen van Renten, den Rent-heffer vermagh uyt crachte van de constitutie ende het Waerschap voor Schepenen deser Stadt beloofst, procederen by verrycken ende verthieren van de panden voor syne Rente verbonden tot verhael oft remboursement van de capitaale penningen synder Rente met den achterstel van dien, ende met de costen daer toe gedaen, behoudelyck nochtans dat den Proprietaris van de Panden voor sulcken Renten verbonden vermagh voor het volcomen van de selve verrycken en verthieren, ende het branden van de Keersse verbinden andere solvente panden ofte de verswegene Renten te quyten, ende syne Goeden bevryden, oock niet tegenstaende sulcke Goeden mogen wesen in den boesem van eenen anderen, niet wesende Gelover oft Erfgenaem van den selven Gelover.

Articulus CXCIX.

PRestationi promissa non praescribitur, sed vires suas retinet in infinitum, absque limitatione temporum vel annorum adversus promissorem ejusve heredes, quamdiu eorum quis reperiri potest, sive ea promissa sit cum obligatione hypothecae, sive simpliciter in solutionem annuorum Redituum, Debitorum, Transportuum, aut aliter, illiusque executio fieri potest tam super hypothecis obligatis, quam personam promissoris ejusve heredibus, nec non eorum bona, ut ante.

Articulus C C.

SI quis prestationem coram Scabinis Urbis promiserit pro solutione Redituum, Venditione vel Transportu bonorum, Censuum, aut Redituum, pro debitis, promissionibus aliisque obligationibus, cum expressione & obligatione specialium hypothecarum, promissor ejusdem prestationis aut ejus heredes nequeunt easdem hypothecas alienare, transferre, gravare, obligare aut de eis disponere, nisi cum onere dictæ prestationis, & satisfactionis ejus, pro quo præstatio promissa est, tamdiu obligatis manentibus iisdem hypothecis, ac adstrictis solutioni ejusdem.

Articulus C C I.

QUOD attinet ad prestationem promissam pro Reditibus coram aliis subselliis constitutis, aut pro transportibus bonorum vel Redituum, aut etiam pro debitis aliisque personalibus obligationibus, absque obligatione specialis hypothecæ, ea non est tantæ virtutis, ut bona promissoris ejusque heredum per eam affectentur, qua propter licet eidem promissori ejusque heredibus de bonis suis libere disponere, ea vendere, alienare, transferre, obligare & aggravare pro placito suo, quousque virtute litterarum præstationalium sententiata-

rum saisita non sunt, non vero post saisinam aut inductionem in bona, utpote qua per eam Creditori affectantur.

DE BONIS SUIS DISPONERE) Cum inductiones & saisinae tribuant jus reale, quod in hypotheca generali non durat nisi quamdiu ea bona ad promissorem spectant uti supra art. 102. 105. & 161. latius describitur.

Articulus CCII.

PRestatio promissa coram Scabinis Urbis, constituendo vel hypothecando Reditus, cum obligatione specialium hypothecarum, afficit & obligat eas pro reticentia aliorum onerum, ac gravaminum quam qua Litteris constitutionis exprimuntur, & habet vim realitatis, ita ut dicta hypotheca possint conveniri & excuti, quamvis etiam in alienas manus essent translate, nec amplius in dominio Promissoris ejusve heredum.

Articulus CCIII.

Promissiones prestationis debite executioni mandari possunt, cum in iisdem promissionibus reperitur defectus, isque aliquatenus patet, nec desuper exspectanda est liquidatio.

NEC EXSPECTANDA EST LIQUIDATIO) Idque contra jus, cum generale sit in omni debito, ut executio pro eo aliter fieri

non possit, quam pro liquido, & rectè Baldus ait impediri executionem exceptione quod non sit liquidum debitum l. 1. Cod. de jur. & fact. ignor. & l. 2. Cod. de execut. rei judic. l. stipulatus sum te fisti ff. de verbor. oblig. l. tutores à patruo ff. de confirm. tut. l. 2. Cod. de sentent. que sine cert. quant. profer. Barbat. cons. 2. col. 5. lib. 5. & cons. 35. vol. 4. Cuman. cons. 136. Jason. l. 1. Cod. de edendo vide etiam Ordinat. Cur. Brabant. art. 649.

Articulus CCIV.

CUM quis coram Scabinis Urbis transfert Censum, Reditus aut Credita cum promissione præstationis, is, ejusque heredes tenentur supplere defectum, periculum, ac fortunam ut postmodo reperietur, ita tamen ut, cum talis promissio præstationis tantum sit subsidiaria, ille in cujus commodum transportus factus est, primo teneatur demonstrare, hypothecas pro translatis Reditibus ac Creditis obligatas, non esse sufficientes: nec se defectum suum aut satisfactionem in Brabantia posse commode consequi via debite executionis aut aliter, super promissore ejus heredibus aut eorum bonis.

A D D I T I O N E S.

DE la garantie des Rentes, voyez Loys.
Deux sortes de garantie, l'une Evictio Juris, qui concerne le droit & propriété de la chose,

l'autre Eviçtio Facti, qui regard la bonté intérieure d'icelle chap. 1. n. 6.

Garantie de droit est deu encore qu'elle ne fût promise, au contraire garantie de fait n'est deu s'il n'est spécialement promise chap. 2. n. 7.


N'echet garantie quand la chose est vendue en bloc, per averfionem, idem Loys ubi vide quid sit per averfionem emere N. 18. & 19. item si la chose est vendue telle qu'elle est &c. vide ibid. plura.

Clause de garantie en une cession de dette, ou de rente opere que le cedant est tenu de l'insolvabilité du debiteur, qui étoit lors du contract, mais non du peril & insuffisance qui pourroit survenir. Loys au dit traité chap. 3. n. 13.

Articulus CCV.


CUm quis coram aliis Subselliis transfert bona, Reditus, credita, obligationes aut actiones pro quibus ante promissa est præstatio, tum acceptans per talem transportum etiam acquirit jus dictæ præstationis, nec de ea fieri debet particularis transportus coram Scabinis Bruxellensibus, nisi in securitatem dictæ præstationis speciales quædam hypotheca coram dictis Scabinis essent obligata, quo casu de super specialis transportus requiritur.




 TITULUS DECIMUS QUARTUS

De Civibus.

Articulus CCVI.


 Emo Civis Bruxellensis habetur , nisi qui jus Civitatis emit , aut in ea ejusve Territorio natus est de Patre aut Matre Cive nato vel emptitio : ita tamen ut talis nativitas debeat fieri postquam talis Civis mediante juramento ad jura Civitatis sit admissus.

CIVIS BRUXELLENSIS) Duplici via ad jura Civitatis accessum patere dicitur hic articulus , *nativitate* nimirum , qua quis nascitur ex alterutro parente cive , & *emptione* qua quis per quasi contractum jura Civitatis acquirit : qui enim receptus est in civem obligat se ad onera , & Civitas obligat se ad conferendum commoda ut per Bartol. in l. quod favore num. 10. Cod. de legib. & Roman. in l. prætor. §. patronum ff. de in jus vocand. Boer. decis. 260. cum tamen sola origo propriè possit civem facere Gloss. notab. in l. 1. Cod. de municip. & originar. lib. 10.

AUT MATRE CIVE) Et sic matris dignitas ad filios transmittitur , & verificatur illud , partum ventrem sequi : de quo vide observator Eugen. lib. 1. cap. 27. & authores illic citatos.

POSTQUAM TALIS AD JURA CIVITATIS SIT
 ADMISSUS) Qua de re in simili illustris con-
 troversia est num nobilitas simpliciter concessa
 patri ad liberos ante natos extendatur, quod
 imprimis negat Bartol. in *l. fin. Cod. de decur-
 sion.* & in *l. 2. §. filii ff. de decur.* Bald. in
l. Imperialis §. his illud Cod. de secund. nupt.
 Alex. in *c. jam itaque 1. quest. 4. Argentr. ad
 Consuet. Brit. art. 224. gl. 3. num. 2.* & en
ses avis sur les partages des Nobles quest. 20.
 Hottom. *illust. quest. 20. Mornac. in l. 5. ff.
 de senat. Molin. §. 8. gl. 1. ad Consuet. Paris.*
 & DD. in *l. si Senator Cod. de dignit.* ubi non
 dicitur sequi paternam dignitatem qui ante sus-
 ceptam dignitatem natus est: nec enim legi
 aut rationi consentaneum videtur ut dignitas &
 nobilitas ad tempus præteritum retrotrahatur,
 ex quo notat *ibid.* Bartol. quod non dicatur
 filius Regis qui natus est antequam Pater Rex
 esset, nec Filius Sacerdotis, qui natus est ante
 Sacerdotium Patris. Gloss. in *d. l. Imperialis l.
 filii §. Senatoris ff. ad municip. l. ex libera Cod.
 de suis* & à contrario Filius non est Nobilis,
 qui in lucem prodiit postquam Nobilitatem Pater
 amiserit. Aym. Cravet. *conf. 165.* & hoc vult
 Text in *l. divo Marco Cod. de questionib.* & *ibid.*
 Joan. Fab. Anchoran. in *cap. 1. de nat. ex
 lib. vent.* quæ tantum applicata sint ad similitu-
 dinem argumentorum, nam hodie nobilitas ac-
 quisita à Patre æque prodest filiis ante, quam
 post natis: uti judicatum refert Paul. Christin.
vol. 5. decis. 5. num. 53. & ita obtinere affirmat
 observat. Eugeneal. *lib. 1. cap. 16. & cap. 21.*

A D D I T I O N E S.

DEn 18. Junii 1597. is voor het Recht van
 binnen ende buyten Poirters betaelt geweest
 vyf R. iiij. st. iiij. d.

Suburbani in favorabilibus appellatione Civium veniunt. Rebuff. *de litt. oblig. art. 6. glos. 3. n. 44.*

Natus aliquo loco fortuito & in transitu, cujus loci censeatur originarius vide Leon. *consil. 34. & consil. 54.*

Curiam sequentes non censentur Cives ejus loci ubi curia residet. Christin. *vol. 1. decis. 51. n. 26.*

An Advocatus censeatur Civis ejus loci, ubi curia residet. *Ibid.*

Quamvis hoc Articulo tantum duo modi acquirendæ Civitatis enumerentur, nimirum *emptio & nativitas*, est tamen & alius modus nimirum *Matrimonium*, Civis namque exteram Uxorem ducendo eandem Civem facit, sic ut iam Vidua facta fruatur privilegiis Civis originarii, donec forensi nubat.

Mechliniæ Filia Civis originarii extraneo nubens eundem Civem efficit, qui mortua Uxore Civis remanet. Christin. *ad ll. Mechlin. tit. 5. art. 3. n. 3. & 4.*

Articulus CCVII.

Predicti Cives urbani possunt exercere omnia Opificia, Manufacturas, & commercia intra Urbem, si capaces sint & qualificati ut ad eâ admittantur, & ad hæc Commercium Civica: excepto Lanionum opificio, ad quod, vi Privilegii cujusdam, nemo admittitur nisi Lanionum sanguine prognatus: iidemque Cives gaudent Privilegiis, Juribus, Immunitatibus & exemptionibus à persolvendis Vectigalibus, viarum Resectionibus, juribus Cochlearis in Basilica Frumentaria, aliisque prerogativis quæ residentibus Civibus sunt concessa.

GAUDENT PRIVILEGIIS) Civis ex privilegio in ampla forma dicitur verè & propriè civis & æquiparatur originario, quia civis non solum origine, sed etiam creatione & privilegio fit l. 1. verb. recepti in Civitate & verb. nisi forte privilegio & ibi Gloss. & Bartol. sub. num. 19. ff. ad municip. l. civis 7. Cod. de incolis lib. 10. Aretin. l. 2. col. 6. versic. nam si Civis creatus ff. de verbor. oblig. & l. 3. §. hæc verba num. 2: ff. de negot. gest. Imol. conf. 35. num. 11. Cephal. conf. 451. num. 16. 18. & 28.

Et ob id gaudet etiam privilegiis & præemi-
nentiis originariis tantum concessis. Bald. in l. omnes populi 9. sub. num. 92. versic. sed ponè & ibi Crot. num. 224. alias est num. 147. ff. de justit. & jur. idem Crot. conf. 60. num. 6. Jason. in l. si rufinus 4. col. fin. versic. ego addo quod &c. Cod. de testam. milit. Ripa in l. 1. num. 4. ff. de legat. 1. Alexand. conf. 99. num. 5. vol. 6. Roland. consil. 60. num. 19. vol. 1. & conf. 67. num. 44. vol. 3. Mar. Antonin. lib. 2. resol. 42. num. 2. Honded. conf. 5. num. 8. vol. 1. maximè si creatur ita ut habeatur pro originario in omnibus, tunc enim in nihilo ab originario dicitur differre quo ad juris effectus Bertazzol. consil. Civil. 85. num. 1. & 2. latè Aldobrand. conf. 2. num. 56. & 63. vol. 1. Boer. decis. 260. col. penult. Menoch. conf. 738. num. 6. Christin. ad ll. municip. Mechlin. in rubr. de Civib. 5. in princ.

Articulus CCVIII.

Qui vult admitti ad jura Civitatis, non sit Minor decimo quinto anno, & persolvat statuta jura, prestetque jusjurandum fidelitatis, tam ipsi Brabantie Duci, quam Civitati Bruxellensi, observandi Statuta, Ordinationes, & mandata dictæ Urbis.

ADMITTI AD CIVITATIS JURA) Ultra ea
quæ hic requiruntur, pro aliarum Civitatum
moribus vide *Consuet. Antverp. tit. 37. art. 1.*
Lyran. tit. 5. art. 1. *Herentall. tit. 9. art. 1.*
Bergozom. tit. 11. art. 1. *Sylvæ Duc. tit. 7.*
art. 1. *Mechlin. tit. 5. art. 1.* *Meghem. art.*
30. *Traject. ad Mos. tit. 2. art. 1.*

Articulus CCIX.

S*Purii & illegitimi ad Civitatis Bruxel-*
lensis jura non admittantur absque Placito
Camera Rationum Brabantie, aut alias per-
solvant tale augmentum quale ultra ordinaria
jura ipsis fuerit impositum.

S*PURII ET ILLEGITIMI) Fundatur hic arti-*
culus in Edicto de 29. Novemb. 1478. titulo
instructionis cui Ministri Justitiæ sese tenentur confor-
mare in administrationem officii sui : in quo art. 17.
Maximil. & Maria Brabantie Duces caverunt in
hæc verba Prædicti Ministri quorum in potestate
est creare Cives, Spurium non admittant nisi de
advísamento & consensu nostræ Camera Rationum,
propter interesse nostrum quod in eo versari posset,
& conservationem juris nostri.

Articulus CCX.

I*l qui è septem Familiis Patriciis prognati*
sunt iisdem gaudent Privilegiis, Juribus,
Immunitatibus & Exemptionibus uti Cives
prædicti & iisdem legibus ac judicio subditi sunt.

F*AMILIIS PATRICIIS) De his Familiis earum-*
que nominibus, & cæteris ad eas pertinen-
tibus vide supra art. 11. & ibi addita num. 4.

Articulus CCXI.

Similiter & Cives forenses in Brabantia extra liberas Civitates habitantes, excipe immunitatem & exemptionem à Vectigalibus, aliisque oneribus, dictis residentibus Civibus concessam: modo quotannis tertio per sex septimanas cum majori familie parte in Urbe ejusve Territorio fixum domicilium tenuerint, idque legitime probaverint per duos Cives aut Incolas ejusdem Urbis: aut aliter persolvendo in recognitionem unum florenum Caroli in commodum Civitatis, ea tamen restrictione, ut, si defecerint tribus annis continuis, jura Civitatis amittant, & priventur omni commodo quod eis posset obvenire de jure Civitatis, eoque non obstante ejusdem civitatis subditi manent nec non correctioni ipsius Ammanni ac Magistratus obnoxii.

QUOTANNIS TERTIO PER SEX SEPTIMANAS) Quod Cives Urbici annuo ter per sex hebdomadas domicilium fovere debeant in Urbe ejusve districtu turbatim depositum est 4. Decemb. 1574. eique turbæ sententia conformis lata à Magistratu Bruxellensi die 28. May 1575. quæ postmodum 14. Julii 1576. in supremo Brabantia Concilio confirmata fuit, inter Dominum Grimaldi Arrestantem & Dominam Mariam Carondeleth Arrestatam.

A D D I T I O.

Simile quid habetur in concordatis inter Joannem III. & Dominum Teneramundensem factis anno 1318., quæ citat Butk. in probat. fol. 151.

ARTICULUS

Articulus CCXII.

Civis Bruxellensis univagus per absentiam suam non amittit jus Civitatis, quamvis plus minus anno, Commercii vel Negotiorum suorum causa, in aliis Regionibus aut Urbibus degat, si postmodum in Urbem ejusve Territorium residentiam suam referat.

PER ABSENTIAM NON AMITTIT jus CIVITATIS) Idem quoque obtinet Antverpiæ tit. 37. art. II. Sylvæ Duc. tit. 7. art. 2. nemo enim præsumitur mutasse locum habitationis Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 15. Corneus conf. 169. num. 2. vol. 1. Aretin. conf. 103. num. 7. Rimin. Jun. conf. 355. num. 3. & sic non dicitur amisisse jura propriæ civitatis, nec ejus commoda. Alexand. conf. 32. num. 20. vol. 5. Marfil. singul. 519. Ruin. conf. 59. num. 4. in fin. vol. 3. Socin. Jun. conf. 18. num. 14. vol. 3. Surdus conf. 59. num. 11. nisi civitati renunciaverit, & alio domicilium transtulerit, quo ipso perdit privilegia & jura civitatis Afflict. decis. 384. Gail. 2. obs. 36. num. 7. domicilium autem originis de jure est immutabile etiamsi per sæculum & ultra quis fuerit absens. Bartol. in princ. l. questum ff. de legat. 3. Tiber. Decian. resp. 44. num. 76. & seqq. ita ut domicilium originis semper retineat civis originarius, quocumque se transtulerit: si quidem domicilium naturale vel originis quod ex ipsa natura naturaliter venit & tam ex propria quam parentis persona acquiritur secundum Text. in l. cives. Cod. de incol. & Gloss. 1. ibid. de jure communi est immutabile: jura enim naturalia sunt immutabilia per text. in l. origine Cod. de municip. & orig. lib. 10. & l.

assumptio. Et ibi Bart. in princ. ff. ad municip.
Alex. cons. 34. vol. 5. Text. in l. jura sanguinis
ff. de reg. jur. Et in §. sed natural. instit. de jur.
nat. gent. Et civ. ita tamen ut in loco originis
nemo conveniri possit nisi ibi inveniatur Gail.
2. obs. 36. Argentr. ad consuet. Brit. art. 9. nota.
I. num. 3. Et art. 449. num. 3. Christin. vol. 5.
decis. 31. num. II. adde Groeneweg. ad l. 2. Cod.
de jurisdic.

A D D I T I O.

UNIVAGUS) Daer door schynt verstaen te wor-
den eenen Jonghman die geene Familie ofte
vaste Domicilie en heeft.

Articulus CCXIII.

PRædicti Cives Urbici & forenses in materia
Criminali aut de rebus Mobilibus, nec
non Multis, Debitis, & Actionibus perso-
nalibus subsunt Magistratui dicte Urbis ut
Judici ordinario, cujus forum declinare non
possunt: Cives tamen forenses, antequam co-
ram Magistratu citentur & in jus vocati sint,
possunt prorogare jurisdictionem Judicis sub
quo resident, non autem postea. Idemque
Cives forenses eodem cum vicinis jure utantur
ejusdem Subsellii, vel Subsellii sub quo bona
sita sunt: nimirum quo ad refectionem via-
rum, aquagiorum purgationem, damnum
proximo illatum per quadrupedum in Fructus
ingressum, jura ipsi Officiario persolvenda,
honorum circumcinctioem, pecorum actum,
ordinationes opificiorum vicino more obser-
vandas, & in Messe veritatem declarandas

PROROGARE JURISDICTIONEM) Jurisdictionis prorogatio alia tacita est alia expressa. l. 1. l. 2. ff. de judiciis. Marant. prax. aur. distinct. 12. num. 110.

Expressa prorogatio est, cum quis expressis verbis se alterius jurisdictioni submittit. d. l. 1. de judic. l. 1. ff. si quis in jus vocat. non ierit. l. 7. ff. qui satisfacere cog. l. 4. §. 4. ff. si quis caution. l. 18. ff. de jurisdic. l. 1. §. 3. Cod. eod. cap. significasti & de foro comp. Gail. 1. observ. 1. num. 29. §. observ. 6. num. 7. in fin.

Jurisdictionis tacite prorogatur cum quis ad Judicem incompetentem vocatus, prætermissa exceptione, litem contestatus fuerit, quo ipsum Judicem recognoscere intelligitur arg. l. 30. l. 52. ff. de judic. DD. ad l. 18. ff. de jurisdic. Bartol. ad l. 33. ff. de judiciis. Cujac. ad l. 18. ff. de jurisdic. §. d. l. 2. ff. de judiciis.

A D D I T I O N E S.

QUADRUPEDIUM IN FRUCTUS INGRESSUM) Aengaende den schaede die de Beesten doen in de vruchten, is een oudt gebruyck, tot verhael der selve schaede, de Beesten te schutten ende in 't schot te stellen, waer van can gesien worden den 81, 82. ende 83. art. van den Landt-Charter van Grimbergen, ende de Ordonnantien ende Statuten der Vrybeydt Overyssehe.

Siet oock d'instructië van den Warandt - Meeſter van Brabant, van den jaere 1515. art. 8. te vinden in 't derde Deel der Placcaert - Boecken van Brabant folio 495.

Articulus CCXIV.

CIves Bruxellenses non possunt extra jus tractari, nec pro Realibus aut Civilibus causis, Multis, vel Actionibus personalibus

*intra Urbem ejusque Territorium fisci aut in-
carcerari, nisi casu fugæ, latitationis, aut
defectu bonorum; in Criminalibus vero non
possunt apprehendi sine prævia informatione:
uti supra art. 64. dictum est.*

Vide supra art. 64. & 86. & ibi annotata
quoad suspectum de fuga, latitantem; &
similes de quibus tractat hic articulus.

A D D I T I O N E S.

NOta volgens Privilegie van der daete Ste.
Luciæ dagh anno 1326. en vermagh geenen
Poirter oft Poirterffe ergens gevangen, gearresteert
ofte gehouden worden, noch oock hun goedt, sy en
syn met Vonnisse van Amman ende Schepenen der
selve Stadt te vorens verwonnen, op pene dat wie
contrarie dede ende terstont den gevangen en ofte ge-
arresteerden oft syn goedt niet vry ende onbecom-
mert en liet gaen, dat den selven boven 't verlies
van syn Poirterschap oock draegen ende betaelen sal
alle costen, schaeden ende interesten, ende is het
voorschreve Privilegie geregistreert in 't boeck met
den hair fol. iij. & iiij.

Vervolghens en magh geen arrest oft verbodt ge-
schieden op Poirters Penningen oft Goeden, ten zy
uyt crachte van Vonnisse, jae selfs en soude niet
genoegh zyn een Decreet oft Permissie van de
Heeren Wethouderen sonder kennisse van saecke
gegeven.

Quod hic Privilegio adseribitur, galliæ mores
cuilibet Domino Justitiario concedunt, ut liceat
illi Subditum suum Incolam & Forenssem vin-
dicare, si coram alio Judice conveniatur, ex-
clusa submissione vel reconventionem, idque eâ
ratione quod Justitiæ in Francia sint hereditariæ
vel Patrimoniales, & nemo eorum fructu vel

emolumento frustrandus. Ita Bacquet *des droits de Justice* chap. 8.

Et quatenus id moribus nostris receptum, vide apud D. Stockmans *decif.* 130.

Articulus CCXV.

Casu quo dicti Cives, in Brabantia extra liberas Civitates, ubicumque locorum, in jus vocarentur eorumve persona vel bona sifterentur, apprehenderentur vel ipsi carceri mandarentur pro causa Criminali vel Civili, aut pro actionibus personalibus, vel pro quavisumque causa, dicti Cives litteris Civitatis se possunt curare evocari; tenenturque Domini, Judices, Prætor & Scabini ubi tales Cives in jus vocati sunt, eorum persona vel bona arrestata sunt, apprehensa vel detenta, sub notabili pœna desistere à cognitione & Judicio ejusmodi cause, Cives eorumque bona indemnita dimittere & relaxare ab arresto, apprehensione ac detentione: easque judicio sistere coram Scabinis Urbis; Cives tamen forenses in loco residentie aut coram alio competente Judice citati pro multa Civili (si eo loci nulla possideant bona) tenentur sub cautione juratoria promittere se coram iisdem Judicibus diem Judicii observaturos.

DE autoritate Magistratus super Civibus suis, vide supra art. 42. & 45.

Articulus CCXVI.

ET casu Criminis, predictus Toparcha, ejusve Officiarius tenetur tradere captivum Civem ipsi Ammanno Urbis, ejusve locum Tenenti: quod si non fecerit talisque Civis ab ipso Toparcha ejus Officiario, aut Judicibus in ere vel cute male tractaretur, id ipsi in ere vel cute tenentur rependere absque dilatione, & insuper solvere expensas quas dictus Civis tulit.

Articulus CCXVII.

SI quis Civis mulctetur aut incarceretur pro Crimine seu Delicto per eum commisso antequam admissus sit ad jura Civitatis, ejus cognitio remanet eo loci ubi mulctatus vel apprehensus fuit, nec Toparcha ejusve Officiarius tenentur dictam relaxationem aut traditionem facere.

Articulus CCXVIII.

DEbet & cognitio Civilium ac personalium causarum, ad forenses Cives spectantium, remanere apud Judices residentia vel alios competentes, idque tam in terris divisionis quam in Brabantia, quarum causarum gratia immunitati suae & juribus Civitatis debite renunciarunt, quarumque causam non possunt evocari per literas citatorias ipsius Magistratus.

IN TERRIS DIVISIONIS) Terram divisionis olim constituebant pagi plures, ideo sic dicta quod diviso hoc est separato à vicinis jure uteretur. Et ex eo processit, quod antiquitus circa annum millesimum centesimum omnia loca ac dominia jure diviso utentia, spectabant ad unum eundemque dominum: qui dum viveret, jubebat cogebatque omnes suos tunc temporis subditos hoc ipsum servare jus: ac ulterius disposuerat, ut iisdem regionibus ac dominiis post ejus obitum in hæredes divisis, illud etiam jus servaretur, quod etiam postea semper fuit observatum, sic quod vel à divisione vel divisa jurisdictione id *jus divisum* vocatum fuerit quod ab aliis dicitur *jus conventum* quasi ex conventionem contra jus introductum. Et de hoc jure postea anno 1444. prima Martii concordatum quoddam inter Lovanienses, Bruxellenses & Antverpienses, ex una, & civitatem Mechliniensem ex altera partibus initum fuit ac conclusum: deinde anno Domini 1513. suborta aliqua inter eos controversia, convenerunt omnes, qui hoc jure fovebantur, in Civitatem Mechliniensem ad eam assopiendam, & in domo civica congregati, in hunc qui sequitur ordinem sederunt. Primum obtinuit locum Prætor Mechliniensis cum ejusdem Senatu uti caput totius juris divisi. Et post eos ut membra ejusdem confederunt Drossardus seu Præfectus Territorii Mechliniensis, Drossardi de * Keerbergen * Waelhem * Duffel * Gheele, Rethi, Westerloo. Subsequebantur Sculteti de Heyst * Iteghem * Schella * Nyle, Mortsele, Rumpst, * Con-tycque, Puers. Et post hoc Mayeri de Willebroeck, Ruysbroeck, Blaefvelt, t'Semps Domini Grimbergensis, t'Semps Nosocomiæ D. Oliveti, & Grimbergen simpliciter, de Londerseel, Eppegem, Humbeeck, Grootloo, * Beclaer, Lisele,

Bruysegem, * S. Joannis in Schrieck, Vrempde, * in Putte. Illi autem * S. Catharinæ Wavere subsunt Drossardo de * Duffele, & * S. Mariæ de Wavere subest Drossardo de * Putte, uti etiam pagus de Rymenam.

Notandum autem hic venit, quod aliquot pagi hic supra nominati qui asterisco signantur subsint curiæ feudali Mechliniensi, sic ut in materia appellationis rectè ab eorum Judiciis appelletur ad dictam curiam feudalem.

RENUNCIARUNT) Nempe expressa renuntiatione: uti probatur in *l. si quis in conscribendo, Cod. de pactis in l. recusari ff. de acquir. hered. l. 1. §. assignare ff. de assignat. libert. c. nonnulli de rescript. c. dilecti de foro compet. c. nuper. de decim. vide supra art. 216. & quæ illic de renuntiatione dicta sunt.*

Articulus CCXIX.

Cives residentes habent privilegium & jus citandi coram Magistratu Bruxellensi Debitores suos ruri intra Ammanniam & districtum Bruxellensem degentes, pro solutione Redituum & promissione coram Civibus facta, uti supra sub capitulo de Administratione Justitia art. 46. latius enarratur.

V Ide supra art. 46.

Articulus CCXX.

Idem Cives residentes possunt pro solutione debitorum suorum arrestare omnis generis personas, cujuscumque sint conditionis, sive

Aulici, sive Nobiles vulgo Comptez par les Escrois, sive Ministri Principis, sive alii privilegiati qui Cives non sunt, & in Urbe fixum domicilium non fovent nec illis bona Immobilia possideant.

V Ide supra art. 70.

Articulus CCXXI.

Civis non potest concivem suum in jus vocare pro causis Civilibus aut Actionibus personalibus coram alio Judice quam Magistratu Urbis, ut qui eorum est Judex competens & ordinarius.

Articulus CCXXII.

Similiter Civis non potest concivem suum sistere in Urbe, ejusve Territorio, nisi casu fugæ, aut nisi suspicio de ea foret.

CIVIS NON POTEST CONCIVEM SISTERE)
Uti & de incolis disponitur apud Thenens. tit. 4. art. 1. Lyran. tit. 1. art. 29. item tit. 5. art. 8. Bergozom. tit. 3. art. 1. Deurnens. art. 51. Limbourgens. art. 55. de quo latius supra art. 85.

Articulus CCXXIII.

Juratis Ministris Urbis, licet Cives sint, non subveniunt jura Civitatis adversus Principem ejusve Officiarium in causis ad eorum officia spectantibus.

Articulus CCXXIV.

Civis Bruxellensis in aliis liberis Civitatibus Brabantia vel Ruri degens, illicque Judicis Officium exercens non ideo amittit jura & immunitates Civium.

JUDICIS OFFICIUM EXERCENS &c.) Sed retinet semper domicilium originis, quod ut jure naturæ datum immutabile est: tamen quo ad jurisdictionem & munera personalia variat: vide Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 5. art. 7.

Articulus CCXXV.

Qui anno & die residentiam suam & fixum domicilium in Urbe habuerunt incolæ reputantur, non Cives.

ANNO ET DIE) Modo animo residendi id fecerint non autem si alia de causa, ut divertendi: ideo si quis studii, litis prosequendæ aut operis consummandi, aut alia non perpetua, residet, tunc tanto temporis spatio incolatum non contrahet, sed decennio uti plerique innuunt, opus esset l. nec ipsi de incol. Cod. lib. 10. l. si filium ff. de petit heredit. & gl. in l. heres absens ff. de judic. vide Chassan. tit. des mains mortes §. 1. num. 12. 13. & §. 2. in Glossa verbi ne peut prescrire & tit. de feudis §. 7. in verbo & selon la nature d'icelle num. 7. & seqq. & d. tit. des mains mortes §. 2. gl. verbi quelque part que ce soit num. 5. & 6. gl. verb. & payé en son Chef & §. 13. gl. verb. si non eux demeurans ensemble num. 3. & tit. des forests pastur. & rivier. §. 5. & ita intellige Consuetudines Antwerp. tit. 39. art. 1. Herentall. tit. 9. art. 12. Mechlin. tit. 5. art. 9.



TITULUS DECIMUS QUINTUS

De Retractu.

Articulus CCXXVI.

R Espectu Bonorum, Locationum Con-
 ductionum, Censuum & Redituum,
 tam in Urbe quam extra, quæ coram
 Scabinis Urbis inheredantur, ejusdemque ju-
 ribus subsunt, nullus est retractus gentilitius,
 nec alius, nisi respectu Redituum aut Censuum
 irredimibilium, super Domibus aut Areis
 hypothecatorum, quoties dicti Censuum aut Re-
 ditus distrahantur, idque per Proprietarium,
 dictarum Domuum vel Arearum uti supra
 titulo de Reditibus art. 191. dictum est, sub
 quo tamen non comprehenduntur Aves, ut
 sunt Capones, Gallinæ, Anseres &c.

A D D I T I O N E S.

Onder Brussel en valt geen naerderschap, ten
 waere van Leen-goeden, Uckelsche Goeden, ende
 Gronden buyten de Stadt gelegen subject aen de
 Thol-caemere, oft aen andere Bancken niet ressor-
 terende onder de Stadt, alhoewel daer binnen ge-
 legen, als Jericho.

Ad hunc Art. vid. Ferrieres ad Consuet. Paris.
 tom. 2. tit. 7. art. 129. & seq. & ibidem Bro-
 deau. Christin. ad ll. Mechlin. tit. II. A Sande
 decis. lib. 3. tit. 5. Gudelin. & Zoef. de Feudis

Tiraquell. *de retractu*. Le Grand *sur la Coutume de Troyes* art. 144. & tit. 9. *Edict. perpet. anni 1611*. A Leeuwen *Cens. For. lib. 4. tit. 20*. Bart. *de Feudis* fol. 216. Wamel. *Cent. 3. consil. Civ. 39., 40, 41, 42. & seq.*

An Consanguineus vel Filius possit retrahere Feudum, venditum ab eo cujus heres est, judicatum pro affirmativâ apud Christin. *vol. 1. decis. 239.*

Recht van Naederschap 't zy conventioneel oft statutair is prescriptibel met 30. jaeren. Cuypers *Grondt-proced. 96. quest. N. 2.*

Ende is in de Pratycke oock bekend Naederschap uyt convenientie geaccordeert binnen s'jaers aen den Eygenaer van de Goeden by Decreet vercocht, ende is alsoo geaccordeert naementlyck in 't regard van eene Rente van groot Capitael competerende eene edele Eamilie.

Articulus CCXXVII.

Reditus hypothecati super corpore Civitatis & Aquæ ductus, si dividantur aut transferantur in alienas manus, possunt pro eodem pretio retrahi per Questores, qui eorum habent notitiam; idque tam vi cujusdam Statuti desuper erecti quam conditionum quæ litteris Constitutivis talium Redituum inseruntur.

A D D I T I O.

HEt Recht van calengieringe hoc articulo vermeld, competeert oock de Bergen van Bermhertigheydt, volgens sekere resolutie van de Heeren der jointe de date 28. September 1654.

Articulus CCXXVIII.

ET quamvis Tabula Brabantia in Ammannia Bruxellensi contineant, quod bonorum feudalium, allodialium & immobilium venditio denuntiari debeat in Paræciis locorum ac Dominiorum, sub quibus Reditus & Bona vendenda sita sunt, tertio, semper intermitendo quindenam, die Dominica sub summo Sacro: & quod ille, qui ante distractionem perfectam non comparet, à retractu sit exclusus, illud tamen non observatur respectu Bonorum aut Redituum quorum inhereditio fit coram Scabinis Urbis, vel qua subsunt ejusdem Urbis juribus: cum tamen in Camera Ammanni plus offerenti venduntur Bona, Census & Reditus, Ruri sita sub jurisdictione qua retractum admittit, tum Proclamationes ordinariorum confessuum fiunt ante inheredationem.

A D D I T I O N E S.

DEn Landt-charter hoc articulo beroepen, is den genen van Hertogh Jan den II. de anno 1312. art. 17. Siet den I. Placc.-boeck. fol. 120. Volghens den 21. art. der Costumen van Lovers van het 10. cap. en mogen geene Geboden geschieden om het Naerderschap uyt te sluyten, ten zy dat de goedinge oft erffenisse daer van eerst gebeurt zy.

Articulus CCXXIX.

SEd si bona Censualia, allodialia, aut Reditus, quorum inheredatio ultimo facta est coram Scabinis Urbis, postmodum vendantur & mancipientur coram Judicibus jus retractus admittentibus, talia Bona aut Reditus tum subjiciuntur eidem retractui, unde alias exempta mansissent si eorum inheredatio coram Scabinis Urbis continuata fuisset.


A D D I T I O.

DAer syn Turben waer by gearresteert is dat Goederen, gegoeyt voor Schepenen deser Stadt, niet en syn onderworpen aen Naederschap, al is't dat sy syn gelegen onder Jurisdicdien alwaer Naederschap valt, doch quaelyck, ende het contrarie is t' sedert eenige jaeren verscheyde mael verstaen, cum consuetudo vel privilegium non possit tollere vel impedire Jus Radicale inherens fundo.

Articulus CCXXX.


SI quis bona hujus Urbis juribus subjecta, una cum aliis bonis retractui subjectis, unica emptione sibi compararet, eo casu dicta bona Urbana non possunt alia bona à retractu eximere, neque econtra bona retractui subjecta naturam retractus aliis bonis immittere, sed qualibet bona naturam & jura sua retinent loci situs & fori quod sortiuntur, secundum situm uniuscujusque, pro valore estimationis Mercimonii.

Turbæ ad materiam Retractuum spectantes. Vide Tom. I. pag. 264.


 TITULUS DECIMUS SEXTUS

De Jure Conjugum.

Articulus CCXXXI.


 Aritus Uxori suæ est loco Tutoris, & consequenter habet potestatem & authoritatem, absque ejus mandato & consensu, prosequendi, exigendi, defendendi ac protegendi tam in judicio quam extra, omnia ipsius Bona, Proventus, Debita, nec non Actiones reales & personales.

SUMMARI A.

1. Uxor Mariti curæ subiecta, & quare?
2. Non solum in juribus naturæ, sed & aliis obsequiis.
3. Mulier peccans, moderate potest à Marito castigari.
4. Lex de viri cura respectu Uxoris, apud Gallos, Longobardos & Belgas recepta: & Consuetudines conformes.
5. Ratio Consuetudinis.
6. 8. Maritus quasvis Uxoris res administrare, sed non alienare potest.
7. In quo consistat administratio hæc.
9. Maritus rectè alienat consentiente Uxore.
10. Locationi à Marito factæ Uxor stare tenetur, etiam mortuo Marito.

(1) **M**ARITUS UXORI SUÆ EST LOCO TUTORIS) Consuetudo hæc lege divina etiam comprobatur, legitur enim *Genes. cap. 3. sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi.* Itemque Paulus ad Roman. 7. cap. ait: *nam quæ sub viro est mulier alligata est legi viri, si autem mortuus fuerit vir ejus soluta est à lege viri.*

(2) Neque hæc subjectio in eo quod jure Naturæ debetur, solum intelligenda est, sed aliis etiam omnibus obsequiis est devincta: quod post Joann. Andr. notat Abbas in *c. litteras circa fin. & de restitut. spoliat.* quod & probat textus in *l. campanus & gloss. in verb. esse debet ff. de oper. libert.* conferunt etiam tria decretorum capita, nempe *c. est ordo. item c. hæc. imago & cap. satis 33. quest. 5.* (3) quo etiam loco quasi Famula Viri Mulier appellatur, adeo ut si ab officio desciverit, hanc moderate Viro castigare, citra sævitiam, liceat, ut in *d. c. litteras*, quod etiam plane ostenditur in *c. placuit ead. caus. quest. 32. & l. consensu Cod. de repud.*

(4) quam consuetudinem per universam Galliam observatam testatur Joan. Fab. in *l. non sine Cod. de bon. quæ lib. & idem Rursus institut. ad Tertullian. sub fin. princ. cui consentit quoque Masuer. tit. de jurejur. §. item filia Uxorata & in lit. de possess. §. item Maritus.* Le Grand sur les Coustumes de Troyes tit. 5. art. 80. Tronçon sur les Coustumes de Paris tit. 10. art. 223. Buridan. sur les Coustumes de Rheims art. 12. num. 2. & 3. quam quoque apud Longobardos Populos Italiæ finitimos in usu esse affirmat Accurs. in *l. velles Cod. de revoc. donat.* testis quoque est Alber. in *l. adversus Cod. de crim. expil. hered.* asserens hanc è Longobardiæ legibus esse desumptam, in tantum ut hodie per universam Brabantiam invaluerit. Consuetud. Lovan. tit. 12. art. 1. Antwerp. tit. 41. art. 13. item tit.

47. art. 94. Liran. tit. 8. art. 33. Santhov. art. 67. Herentall. tit. 13. art. 15. item tit. 14. art. 1. Casterl. tit. 14. art. 1. Gheel. tit. 8. art. 1. Bergozom. tit. 14. art. 22. Traject. ad Mos. tit. 2. art. 17. Mechlin. tit. 9. art. 1. Limburg. art. 101. Gudelin. de jure noviss. lib. 1. cap. 7. versic. hoc enim jure. Zyp. not. jur. Belg. tit. de tutel. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 1. Wames. cent. 2. conf. 73. num. 2. idem quoque de foederatis Belgii Provinciis affirmat Sim. à Leeuw. cens. for. part. 1. lib. 1. cap. 7. num. 4. Groenew. ad §. Instit. de excusat. tut. & ad tit. Cod. qui legit. person. stand. num. 5. Joann. à Sande def. Fris. lib. 2. tit. 4. defin. 1. Andr. vander Meulen ad statut. Vianens. rubric. 1. art. 6. Grot. lib. 1. Isagog. part. 5. num. 27.

(5) Huic autem introducendæ consuetudini causam potissimam dedisse non videtur levis illa de mulieribus concepta æstimatio uti passim innuunt Authores Everard. conf. 144. sic enim more Romanorum foeminae in perpetua deberent esse tutela, cum foeminae celibes nuptis non sint sagaciores, & ita sive nuptæ sive celibes numquam possent contrahere, quod tamen aliter obtinet; sed præcipue unica & adæquata ratio est quod is qui in alterius est potestate uti uxor Genes. 3. 1. non possit sine consensu ejus, in cujus est potestate, contrahere Christin. d. art. 1. num. 9. & tit. 9. art. 4.

(6) PROSEQUENDI &c.) Verba hæc omnimodam rerum uxoriarum administrationem viro relinquunt, etiam sine speciali mandato, quod & obtinet Antwerp. tit. 25. art. 3. item tit. 41. art. 14. (7) absque distinctione utrum ea dotalia, an paraphernalia sint: administrat autem maritus quando excolit vel locat fundos, domos, pecuniam fænorî exponit, nomina exigit, actiones exercet vel suscipit, & cætera omnia

facit, quæ quilibet bonus pater familias in rebus suis faceret. (8) Cæterum alienare maritus invita vel inscia uxore res ejus nequit: uti constat de consuet. Nivell. art. 56. Antverp. tit. 41. art. 7. Liran. tit. 8. art. 16. Santhov. art. 67. Herentall. tit. 13. art. 3. Casterl. tit. 6. art. 1. Ghelens. tit. 8. art. 6. excedit enim alienatio jus & terminos administrationis, & pugnat cum rerum administratione quam maritus ut curator habet, non tantum eas donare & perdere *l. filiusfam. 7. in pr. & §§. seqq.* sed etiam alienare.

Administratio si quidem isti fini marito conceditur ut res uxoris ab ipso rectè curentur & administrantur, qui autem alienavit, quod administraret habere definit. Denique alienare rem & rectè agere opponuntur *l. 1. ff. de offic. procurat. Cas.* (9) & ita Senatui Frisico visum asserit Joann. à Sande *lib. 2. tit. 4. def. 2. ubi & contra l. 1. §. cum lex Julia. Cod. de rei uxor. act. & §. 1. instit. quib. alien. licet.* dicit maritum consensu mulieris res ejus alienare posse. Sunt enim omnes mulieris res sive dotales sive paraphernales in promiscuo commercio & mulier authore viro sine distinctione eas alienat, distrahit, donat, dominiumque earum quoquo alio modo transfert.

(10) Denique quod maritus ad longum tempus hoc est annorum decem, fundum uxoris locare possit, ut ei locationi mortuo viro mulier stare cogatur affirmat Pet. Rat. *ad consuet. Picton. art. 230.* quamvis uxoris consensus non intervenerit; cum alienationis verbo locatio non comprehendatur *l. alienationis verbo ff. de verbor. & rer. signif. &c. c. nulli & de reb. Eccles. non alien.* huc etiam confert textus *in l. Codicillis §. instituto ubi Bart. & alii ff. de leg. 2.* item quod mulier stare debeat locationi à viro factæ probat text. *in l. filiosfam. §. si vir in quinquennium ff. soluto matrim.*

Articulus CCXXXII.

ET ita Mulier conjugata (non Mercatrix) non potest in jus vocari aut arrestari, uti nec agere ei licet, nec Procuratorem constituere, nec quemquam in jus vocare, sine mandato, consensu, vel authoritate Mariti sui.

SUMMARI A.

1. Sponsa non venit nomine mulieris conjugate.
2. Distinctio inter negotiatores, artifices, & officiales.
3. 7. Qui veniant nomine Mercatorum.
4. Qui intelligantur per artifices.
5. 8. 9. Mercatores qui.
6. Officiarios nomine qui comprehendantur.
10. An mulier foenus exercens dicatur Mercatrix?
11. Mercium appellatione non venit pecunia.
12. Articulus non obtinet nisi in publica Mercatrice.
13. Quando aliqua dicatur publica Mercatrix.
14. Uxor non habet personam standi in iudicio, sine authoritate mariti.
15. Consensus mariti quâ litis parte interponendus?
16. Consensus solius mariti etiam minoris sufficit.
17. Quid de marito bannito, aut furioso?
18. Consensus mariti debet esse expressus.
19. Consensus non sufficit, sed & accedere debet authoritas.
20. Differentia inter consensum & authoritatem.
21. Authoritas requiritur in ipso actu.
22. Consensus potest ex post facto adhiberi.

23. *Authoritas mariti non potest per litteras interponi.*
24. *Nec per procuratorem.*
25. *Contractus à muliere initus sine auctoritate mariti, etsi ratificetur post mortem mariti, à tempore ratificationis tantum operatur.*
26. *Consuetudines similes in Brabantia.*
27. *In contractu mulieris post decem annos praesumuntur omnia solennia intervenisse, etiam consensus mariti.*

(I) **M**ULIER CONJUGATA) Talis scilicet quæ jam uxor esse cœpit : qua consuetudine non continetur sponsa, etiamsi verbis praesentibus matrimonio consenserit. Disputatur id à Salic. *l. cum in te. Cod. de donat. ante nupt.* in consuetudinis enim statutique interpretatione verba propriè ac strictè perpetuo accipienda sunt, maximè ubi consuetudo cum jure communi pugnat : quo fit ut uxor hic pro foemina, quæ legitimo ac perfecto matrimonio conjuncta est, accipienda sit, omni solemnitate nuptiarum forma observata : hanc tamen Salic. sententiam omnino aspernatur Paul. Castrenf. *in l. cum fuerit. ff. de condit. & demonstr.* adducitque casum contrarium, secundum Bald. *in l. Deo nobis Cod. de Episc. & Cleric.* quo motus contendit consuetudinem qua de uxore cavetur locum habere etiam ubi matrimonium tantum per verba de praesenti esset contractum, nec necesse consummatum illud fuisse viri cognitione aut nuptiarum solemnitate, quam tamen opinionem nonnulli admittendam negant Alb. *conf. I. vol. I. Salic. in d. l. cum in te & d. l. Deo nobis & conf. 184. si qua inquit Mulier. & Ang. in l. I. de Imp. luc. descript. lib. 10. Cod. idem censuit Cinna in l. de divisione & Plenius in l. si cum dotem §. transgrediamur ff. solut. matrim. Anchar. in c. I. de*

sponsalib. lib. 6. Abbas in c. tertio loco de presump. & in c. ex publico de convers. conjug. & in c. si inter de spons. & in c. 2. per illum text. de despons. duo & Socin. in cit. l. cum fuerit.

(2) NON MERCATRIX) Ut clarius perspicatur consuetudinis hujus sensus, nosse oportet distingui inter negotiatores, artifices, & officiales, quarum vocum differentias tradunt Accurs. & Bart. in *l. legatis ff. de leg. 3. & in rubr. de navicul. l. II. Cod.*

(3) Negotiatores ii sunt quos vulgo Mercatores appellamus, id est qui quæstuariam negotiationem exercent seu qui negotiationis exercendæ, quæstusque inde faciendi causa, merces emunt, ut subinde vendant forma interim rerum non mutata.

(4) Artifices autem ii intelliguntur qui res emunt ut subinde distrahant forma quidem mutata: cujusmodi sunt ii qui ferrum comparant ut enses, galeas, & similia cudant, qui ligna ut supellectilem ligneam conficiant, ut sunt fabri lignarii. Qua appellatione veniunt ii omnes operarii, ut vocant, mechanici qui suas operas aliis in dies locant. Hanc differentiam tradit Pontan. in *l. si publicanus §. I. ff. de public. & nominatim Bartol. in tractat. de test. vers. 35. Mercatorem ubi docet eum qui Mercator sit, non esse artificem.* (5) Nec item Mercatorem ex eventu appellari, ut qui urgente necessitate ac rei familiaris angustia, domum mercatur ac distrahit, sed qui perpetuo huic mercandi arti se addixerit, exercetque. Nam & idem Bart. in *rub. de navic.* eos candelarios rectè appellari docet & qui candelas conficiunt & qui vendunt. Præterea & eos quoque, qui nec conficiunt nec vendunt, sed ea in re magnam fortunarum suarum partem collocatam habent. Censet tamen magis propriè eum candelarium dici qui can-

delas conficiendi artem callet, quam eum qui vendit, cum illud sit magis artificii quam negotiationis nomen, quamvis in contrarium senserit Accurs. & idem Bart. sibi ea in re non constans in *l. semper. §. negotiatio ff. de jure immun.* quo loco docet immunitatem concessam Mercatoribus, his quoque competituram, qui majorem partem fortunarum suarum in illo genere mercium constitutam habent, ut est ibidem textus, & in *l. navicularii ff. de muner. & honor.* quam sententiam sequitur Alexand. *cons. 193. visis & ponderatis col. 1. vol. 7.* idem & in statuto dicendum est, quo ii qui Pannorum mercaturam exercent certis donantur privilegiis quo nedum continentur ii qui Pannos conficiunt, sed qui per se vel per institores vendunt.

(6) Porro officium generale nomen est ad omne ministerium seu artificium æque pertinens: licet in specie differant officium & artificium. Officium quippe est quod à natura sine doctrina insitum habemus. Hujus generis sunt agaso, mulio, opilio, saltuarius, armiger, dapifer, coqus & cæteri innumerabiles, qui sine arte exquisita domino operas præstant. At artificium sine arte ac doctrina exhiberi non potest; quo fit ut officio artificium dignius sit ac præstantius & ex illo honestior quæstus, ex hoc vilior percipiatur. Item & officia solent ad tempus dumtaxat pro rei familiaris necessitate subiri.

(7) Qua ex re videtur concludendum, hanc nostram Consuetudinem, quæ de mercatrice muliere agit, esse in proprio vocabuli significato accipiendam nec ad artifices officialesque trahendam, cum statuta non nisi strictam recipiant interpretationem. Quam sententiam nominatim confirmat Pont. in *cit. l. si publicanus, §. 1. de public.* (8) crediderim tamen, in hujus consuetudinis nostræ dispositione, mercatricis ap-

pellatione venire quoque omnes opifices ac artifices cujuscumque generis. Nam majorum nostrorum mens ea intelligitur fuisse, ut mulieres ad artis alicujus exercitium invitarent, quæ ratio in quocumque artificii genere procedit: pro expressa itaque habendam censeo, *juxta l. milites agrum sub fin. princ. de re milit. ff.* ita ut ex ea liceat arguere etiam quod aiunt extensive, ut docent Accurs. & Bartol. *in l. quamvis Cod. de fidejuss.* & idem Bartol. *in l. maximum vitium Cod. de lib. præter.* & nominatim Pont. *in l. mutum ff. de acquir. hered.* quin etiam dici potest hanc interpretationem extensivam non esse de casu ad casum: quia ut argute inquit Baldus *in l. de quibus ff. de leg.* ubi in pluribus casibus eadem subest ratio, eos omnes decedit ipsa, & non quidem ex extensione, sed ut genus omnes sub se suas continet species, ita generalis ratio diversas emergentium casuum species. At cum species ratione ipsa inter se differant, tunc eæ extensione rectè ad alias trahuntur. Idem censuerunt Cyn. & Pet. *in l. jura non in singulas ff. de legib.* Paul. Castren. *cons. 84. præsens casus* tum & magis ea urget ratio quod vulgari loquendi modo negociatores ac artifices in eandem significationem usurpantur & Mercatores quoque iidem appellantur, unde quidquid sub hoc vulgari vocabulo continetur in eandem venit dispositionem, ut docet Bartol. *in l. si quid earum sub princ. de leg. 3.* quo loco notat vulgus respuere differentiam illam, quam observant jura inter eas voces *emere & comparare.* Item inter *filios & liberos* ut idem Bartol. *in l. liberorum sub fin. ff. de verbor. sign.* qua ex re, ubi de alicujus plebisciti interpretatione disputatur vulgi opinioni standum esse dixit Bald. *in l. I. col. I. Cod. de ver. permut.* in quam rem videtur textus expressus

in *l. sciendum §. illud ff. de edil. edict.* ubi si quispiam artificem promiserit vel dixerit, eum utique perfectum præstari non oportere. Sufficeret itaque talem esse quales vulgo artifices dicuntur.

(9) Quare non absque ratione concludendum arbitror, hac consuetudine comprehendi quoque mulieres quæ aliquo artificio officiove vitam sibi quæritant, ut ea in re absque Mariti authoritate legitimam gerant personam. Quod probari potest ex singulari textu in *l. I. princ. ff. de tributor act.*

(10) Sed aliquando dubitatum est, num ea quoque mulier quæ publice fœnus exerceret hac nostra Consuetudine comprehenderetur. Et videri potest non comprehendi. (11) Etenim Mercatoris appellatione non veniunt, eo quod pecunia in merce non sit: cum hodie aliud sit merx, aliud pecunia. *l. I. ff. de contrab. empt. & vendit.* quæ autem mercis appellatione proprie veniunt abunde suppeditat Alexand. in *l. Mercis ff. de verbor. & rer. signif.*

(12) Neque solum sufficit ut Mulier, de qua agit hic Articulus, sit Mercatrix, sed & publica uti supra *art. 87.* patet.

(13) Palam autem sive publice negociationem exercere eam dicimus quæ publicè solita sit mercari: id quod non uno actu dignoscitur, sed ex pluribus frequenter iteratis, ac subinde repetitis, probatur ex *l. I. §. I. ff. de tribut. act.* ubi Accurs. in *verbo omnes*, dicens negociationem ex uno tantum contractu non intelligi. Bartol. in *l. legatis §. ornatricibus de leg. 3. & in proëm. ff. col. 3. & Abbas in c. I. in penult. col. de judic.* publicæ autem eam ob rem vocantur, tum quod publicum quasi officium gerere dicantur, ut ait Bald. in *rubr. de constit. pec. in cujus rei confirmationem facit singularis textus*

in l. qui sub prætextu Cod. de Sacros. Eccles. nam & vulgo dici solet nomina quæ à possessione emanant, profitendo acquiri: quæ vero ex Consuetudine seu ab actuum generalitate dicta sunt, usu ac pertinaci exercitio acquiri, non unico actu. Unde in Aleatoris visum non incurret, qui semel alea luserit: nec lectoris merebitur nomen, qui semel legerit, nec receptoris, cui semel receptasse contigerit, & ita de similibus judicandum censuit Luc. de Penna in l. 1. in 2. col. de desertor. & occultat. lib. 12. Cod. quo loco hanc rem uberrime tractat & in l. unic. de colon. thracens. lib. 11. at nomina quæ respectu actuum in genere non denominantur, sed unius dumtaxat actus, cujusmodi sunt homicida, adulter & cæteri, uno tantum actu verificantur. In quam partem est textus in l. 3. de Episc. audien. in eam ferè sententiam sed aliis tamen verbis locutus est. Bartol. in l. mariti §. quæsitum ff. de adult. & §. ornatricis, l. legatis ff. de leg. 3. vide supra art. 87.

(14) IN JUS VOCARE) Ita ut personam standi in judicio non habeat sine autoritate maritali, alias actus esset nullus: res etenim indecora est mulieri se forensibus actibus immiscere & lites prosequi; ne, ut inquit l. maritus 21. cod. de procurat. persequendæ litis obtentu, in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruat: uti olim Calphurnia propter cujus garulitatem & irreverentiam Prætor Romanus mulieribus in judicio postulare interdixit. Ulpian. in l. 1. §. ait prætor & seq. ff. de postul. quo etiam pertinet l. neque foemina 54. ff. de procurat. & l. 2. ff. de reg. jur.

(15) SINE CONSENSU) Hic oportune quæritur, qua litis parte hic viri consensus interponendus sit? & sub ipsum litis contestatæ tempus eum interponi debere est in l. si cum

dotem §. eo autem tempore ff. solut. matrim. idem censuit Accurs. in l. ultim. §. necessitate cod. de bon. quæ liber. hinc constat non satis esse, si hujusmodi consensus adhibitus sit post litem jam contestatam: nec enim potuit Uxor juxta hujus consuetudinis constitutionem citra viri auctoritatem litem contestare, quæ prima ac potissima est judicii pars. Nam hic consensus pro forma & solemnitate ipsius judicii, sine qua consistere non potuit, requiritur, & ad integrandam & habilitandam Mulieris personam, ut notat Alexand. in l. 1. §. fuit quæsitum num. 9. ff. ad Trebell.

(16) Si ergo Maritus minor sit, sufficietne solus illius Mariti consensus an vero una cum Tutoris vel Curatoris auctoritate adhibendus est? minime: sed solum Mariti consensum sufficere putamus cum Chassanæo ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 7. text. Et des prochains num. 6. Tiraquell. de legib. connub. gloss. 8. de son Mary quest. 5. num. 48. præsertim cum hic obtineat ut Maritus licet minor, ipso jure, consummato Matrimonio, Patris vel Curatoris potestate exemptus sit & liberatus. Infra art. 17. (17) aliud statuendum est de Marito bannito. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 4. ille enim habetur pro mortuo Alciat. conf. 302. num. 2. sicut etiam de Marito furioso qui nullam habet voluntatem l. 40. ff. de reg. jur. Christin. d. art. 4. num. 24. & ibidem DD. allegati: adeoque tunc adhibendus est consensus agnati ut testatur Tiraquell. d. tract. de legib. connub. gl. 8. quest. 3. num. 32. Et seqq. nisi tamen habeat dilucida intervalla Lamberteng. in suo tract. ad statut. Mediolan. de solemn. in alienat. Et oblig. mulier. observ. quest. 13. num. 38.

(18) Debet autem hic consensus esse expressus. Christin. d. art. 4. non vero fictus, qui per præsentiam & taciturnitatem inducitur.

Nam consensus oritur ex voluntate, de qua ex præsentia & taciturnitate non potest constare, quia illa proprie non est voluntas. *l. 2. §. 2. ff. sol. matrim. verb. videri consentire, & verb. quasi ex voluntate.* Alexand. *lib. 5. conf. 114. num. 7.* & statutum requirens in actu quodam consensum, intelligitur de vero, & expresso consensu, adeo quod non verificatur in consensu tacito, ex præsentia & taciturnitate resultante. Alexand. *l. 6. conf. 218. num. 2. & lib. 7. conf. 189. num. 10, 11. & seqq.*

(19) AUTHORITY) In tantum ut solus consensus non videatur sufficere, nisi & Maritus auctoritatem suam interposuerit. Qua de re Tertullian. *lib. 1. ad Uxorem.* Virum dicit necessarium sexui, auctoritatis & solatii causa, & S. Hieronym. *epist. 3. ad Salvian.* maritalis auctoritas tutamen Uxoris: quæ & est opinio Chassan. *tit. des droits apparten. à gens mariez rubr. 4. in verbo si le consentement* cum ait, quod aliquando lex requirat consensum, aliquando auctoritatem, aliquando jussum, aliquando præsentiam, aliquando consilium, aliquando licentiam, & aliquando mandatum. (20)

Quantum ad consensum dicit quod differat ab auctoritate *gloss. notab. in cap. 1. in verb. defensore de reb. Eccles. non alien. nec auctoritas ferri potest per æquipollens: Innocent. in cap. cum consuetudinis, de consuetud.* ita resolvit: auctoritas quæ debet interponi à Marito, debet formaliter inscribi in contractu per verbum *authoriso* & non sufficeret eam exprimere per æquipollens.

(21) Quin imo auctoritas hæc in ipso actu exigitur, id est dum ipsum negotium geritur, aut saltem incontinenti *l. obligari §. Tutor. & ibi Accurs. de auctorit. præst. & §. Tutor. instit. eod. & Interpretes in l. qui bona §. jussum ff. de acquir. hered.*

(22) Consensum vero seu approbationem præcedentis actus dicunt, sine quo tametsi actus non possit subsistere, non tamen necessario in ipso actu intervenire oportet, sed ex post facto adhibitus sufficit. Cum etiam ex intervallo præstitus consensus præcedentem actum confirmet. *l. per fundum ff. de servit. rust. præd. l. receptum ff. comm. præd. § c. prudentiam § de offic. deleg.* quam differentiam inter auctoritatem & consensum tradit Alexand. *cons. 106. vol. 1.* quo loco ait consensum seorsum ab obligationis actu efficaciter interponi posse per *l. si autem plures ubi Bartol. ff. de aqua plu. arc. & idem in l. is qui §. 1. sub fin. ff. de mort. caus. don.* at auctoritas in ipso actu intervenire debet *ut in cit. §. Tutor.*

(23) Neque sufficit hanc mariti auctoritatem per epistolam seu litteras interponi. Aretin. *in d. §. jussum col. 5. Archid. c. 2. 65. dist. & Abb. in c. cum parati col. 1. § de appellat.* item nec per procuratorem ut placuit Bald. *in l. 1. sub fin. Cod. qui admitt. ad bon. possess. & Aretin. in l. minorum Cod. de præd. min. Alexand. cons. 189. in pr. vol. 5. Socin. cons. 48. lib. 1.* quibus & illud adde, non posse actum à muliere, absente viro gestum, sequenti ratihabitione confirmari. (24) Vulgatum siquidem est, ubi lex alicujus personæ contractui resistit ob consilii infirmitatem, quod postmodum ad hujus actus confirmationem adjicitur pro nullo habendum esse *l. si minor. 20. annis ff. de serv. ex post.*

(25) Quæ tamen intellige, quando ea auctoritas ad actus substantiam ac validitatem exigitur: secus autem ubi ad actus tantum confirmationem adhiberetur.

(26) Quod si mulier post mortem mariti sui ratificaret contractum ab ea initum sine dicta auctoritate, ea ratificatio dumtaxat valebit ut novus contractus, neque hypotheca constituta.

intelligetur nisi à die ratificationis, in tantum ut contractus initus pendente viduitate potior sit habendus quam ille qui vivo marito, ejusdem auctoritate neglecta, fuerit initus. Bartol. in l. *observare* 4. ff. de offic. procons. Alexand. lib. 5. *conf.* 78. *versic. quarto respondeo num.* 6. vide le Grand sur les *coustum. de Troye tit.* 5. *art.* 80. *gl.* 2. *num.* 8. & 61.

(27) Sed si reperiatuŕ contractus per uxorem factus post decem annos, & non appareat de mariti licentia, ex tractu tanti temporis intervenisse præsumetur, cum tanti temporis lapsus faciat præsumi solemnitatem non solum intrinsecam, sed etiam extrinsecam, itemque ratihabitionem, & denique omnia solenniter acta. Joan. Lopez de *lucr. marit. & uxor. in l.* 57. *num.* 3.

Quæ omnia refer etiam ad Consuetud. Lovaniens. *tit.* 12. *art.* 5. Herentall. *tit.* 14. *art.* 2. Liran. *tit.* 8. *art.* 29. Sylvæ Duc. *tit.* 13. *art.* 21. Mechlin. *tit.* 9. *art.* 4. Antverp. *tit.* 41. *art.* 36. Bladell. *art.* 24. Casterl. *tit.* 2. *art.* 49. Thenens. *tit.* 11. *art.* 3.

Articulus CCXXXIII.

CAsu quo uxor ejusve bona in judicia traherentur vel excussionem paterentur, & Maritus negligeret aut recusaret protectionem suam, eo casu Mulier, ad instantiam suam, cum causa cognitione, ad hoc à Magistratu authorisatur.

AMAGISTRATU AUTHORISATUR) Ex articulo præcedenti & ibidem annotatis patet uxorem in contractibus teneri adhibere mariti consensum & auctoritatem, quod & docet

Bartol. *in l. 8. §. 2. ff. de transact.* Joann. Lopez *de lucr. marit. & uxor. ad l. 55. num. 19.* sed si maritorum nonnulli pertinaciter operam suam denegaverint uxori gerere volenti actum aliquem lucrosus & utilem, eo in casu iudicem uxor adire potest, qui mulieri suam præstare poterit auctoritatem: à quo & mores Antverpienses non dissentiunt *tit. 41. art. 24.* Faber *ad l. 1. num. 3. Cod. de bonis matern.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. judic. cas. 182. num. 12.* Christin. *ad ll. municip. Mechlin. tit. 9. art. 4. num. 35.* Loyseau *lib. 2. cap. 4. num. 12.* & *seqq.* quo casu iudicis auctoritas æquivalet maritali Pinell. *ad consuet. Andeg. art. 15. vers. les appellans.* Tronçon *sur les coutum. de Paris tit. 10. art. 223. ad verb. & consentement versic. en Pays coutumier:* non enim ferenda est malignitas mariti sine causa recusantis Argentoræ: *ad consuet. Brit. art. 424. gl. 1. num. 3. & seqq. & art. 427.* Christin. *d. tit. 9. art. 1. num. 7.* Boerius *sur la coutum. de Berry tit. des personnes.* Imbert. *in enchirid. versic. des successions des conjoints par Mariage.* Joann. Manduitus *ad consuet. Berrenses art. 16. 17.* veluti si mulier voluerit adire successionem, divisionem hæreditatis, aut alias quasvis actiones ad uxoria jura pertinentes. Buridan. *sur les coutumes de Reims art. 13. num. 3.* quo casu tamen si res male succedat, mariti bona executioni non fore subjecta *ibidem* affirmat. Quandoque enim marito suppetit justa recusandi auctoritatem causa V. G. si nulla est communio, quando successio suspecta obvenit uxori de qua maritus participare non vult. Vigier *sur les coutumes d'Augoumois tit. 3. art. 101. num. 7.* alios casus, quibus mulier sine expresso mariti consensu, contrahere seu obligare, & de rebus suis disponere potest vide apud Joann. à Sande *lib. 2. tit. 4. def. Frific. 4.*

Articulus CCXXXIV.

Mulieres nuptæ, quousque Mariti illarum vivunt, iidemque bona seu Mobilia seu Immobilia possident, earumque bona excuti non possunt pro debitis maritorum, neque pro debitis stante matrimonio contractis, pro quibus sese specialiter non obligarunt: sed primo excutienda sunt bona Mariti, & Mobilia, deinde communia: ita tamen ut sub Mobilibus non comprehendantur vestimenta uxoris, & quidquid ad ipsius corpus spectat, cum ea omnia ipsam libera sequantur.

PRO DEBITIS MARITORUM) Constitutionis hujus ratio generalis redditur *Cod. lib. 4. tit. 12. in rubr.* cum dicitur ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur. Et hinc desumptæ videntur conformes *Consuetud. Lovan. tit. 12. art. 8. Antverp. tit. 41. art. 37. item. tit. 65. art. 14. Liran. tit. 8. art. 37. Herentall. tit. 14. art. 6. Ghelens. tit. 8. art. 12. Bredan. tit. 1. art. 7. Mechlin. tit. 9. art. 8.* unde nec uxoris bona pro mariti debito capi nec distrahi posse censuit *Accurs. in l. quinque legibus, in gloss. ff. de bonis damnat.* ex qua lege ibidem colligit missionem in possessionem bonorum dotalium prohibitam esse, exceptis quinque casibus ibidem expressis videlicet *Majestatis legis juliaë, vis publicæ, parricidii, veneficii, & de sicariis,* quibus etiam casibus dos ipsa publicatur: quam *Accursii* sententiam eod. loc. sequitur *Bartol. fusiuseque eam interpretatur Guid. Pap. quest. 445. ponè uxor. conveniatur: qui eum Accursii locum intelligendum ait*

de debito tempore matrimonii contracto. Alias uxoris bona pro delicto mariti confiscari non possunt *c. ex parte* & *de consuet.* And. Gail. *obs.* 86. *lib.* 2. & ideo, uti ibidem dicitur, si fiscus omnia bona mariti ad mortem condemnati occupasset, posset uxor dotem ab ipso repetere, quam etiam restituere tenebitur: *l. maritorum. Cod. ne uxor. pro marit.* & *l. res uxoris. Cod. de donat. inter vir. & uxor. l. si quis 2. & authent. bona damnat. Cod. de bon. proscript.* Christin. *ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 8.* atque adeo confiscatio non auferet uxori dimidiam conquestuum partem Gomez. *ad l. 77. Tauri*: nec aliud lucrum nuptiale, vel conventionione aut consuetudine ex bonis competens, five usumfructum, five etiam proprietatem contineat. *l. quisquis §. Uxores Cod. ad l. Juliam Majest. l. res Uxoris 24. Cod. de donat. inter Vir & Uxor.* Chassan. *ad consuet. Burgund. rubr. 2. des confiscations. §. 2. in verb. par traité de mariage.* Gail. 2. *de pace publ. c. 16.* idemque vicissim obtinet, confiscatis bonis Uxoris. *l. quinque 3. cum l. seq. ff. de bon. damnat.* vide Abraham à Wesel *de pact. dotalib. tract. 2. cap. 3. num. 56.* Goris *in adversar. tract. 1. cap. 4. num. 7. & ad Consuet. Velav. cap. 2. art. 5. gl. 1.* Groeneweg. *ad d. tit. Cod. ne Uxor pro Mar. num. 3.* Loüet *en ses arrests lit. C. arr. 31.* Rodenburg *de jure conjug. part. alter. tit. 2. an conjug. oblig. delinq. num. 3.*

Ad hæc cum consuetudine Belgii & Galliæ societas bonorum inter Virum & Uxorem constituatur, & is ejus sit curator, ideo de debitis ab ea ante Matrimonium contractis hodie convenietur: de contractis vero in Matrimonio ita demum si consensit, veluti si ipso sciente negotietur. *gloss. ad consuet. Burgund. rubr. 4. des droits & appart à gens mariez. §. 1.* deinde si communem

communem negotiationem aut cauponam exercent conjuges, de mercibus vel pecunia in illam creditis valide tenebitur & Uxor, nec Vellejano juvabitur ne alioqui particeps lucri inique aversetur onera connexa. l. 1. ff. de exercit. act. l. planè ff. pro socio nam hoc casu pecunia Creditoris versa in rem Uxoris præsumitur. Tulden. ad tit. Cod. ne Uxor pro Marit. qua de re vide etiam Sichard Cod. eod. Loyseau du deguerpissement lib. 4. cap. 2. num. 5. Guid. Coquille quæst. 115. Charond. in pand. lib. 2. cap. 5. circa fin. expilly playdoie 26. num. 19. Præs. Everard cons. 197.

A D D I T I O N E S.

D At de Goederen van de Vrouwe, gestorven voor den Man, en wiens Man geduerende het Houwelyck opgelicht heeft eenige Penningen, sonder dat de Vrouwe mede geteekent heeft, in subsidium daer voor aengesproken mogen worden, judicatum in Curiâ Brabantix 8. Octobris 1684. in causa Francisci de Fraye Procuratoris, ende de Kinderen van den Advocaet Marsilie, sub Gindertaelen.

Vide oock een Vonnis van Heeren Wethouderen deser Stadt, in den jaere 1733. in saecke van Jouffrouwe De Becker tegens d'Heer Farinau.

Articulus CCXXXV.

MUlieres nuptæ, non Mercatrices, stante matrimonio non possunt quidquam promittere, nec se nec maritum suum obligare, aut aliqua debita contrahere sine consensu & autoritate maritali, nisi ad subsistentiam familiae, uti pro Esu, Potu, Vestimentis &

similibus, nec ultra: authorisante vero Marito Mulieres possunt promittere, se obligare, & condemnationem suam admittere pro Maritis suis, aliisque debitis communibus, nec in talibus promissionibus, obligationibus, aut condemnationibus requiritur renunciatio exceptioni Senatusconsulti Vellejani, authent. Si qua mulier, aliisque exceptionibus, in favorem mulierum, de jure concessis. Quo casu dictæ Mulieres earumque bona possunt conveniri & excuti pro satisfactione medietatis talium debitorum, durante vita mariti.

MULIERES PROMITTERE OBLIGARE MARITUM &c.) Quemadmodum præcedenti Articulo bona Uxorum pro Mariti debitis non possunt distrahi, ita & ex hoc Articulo Mulieres Maritos suos non possunt obligare absque eorum consensu quod juris communis dispositioni conforme est. l. 3. Cod. ne Uxor pro Mar. cum ex ista lege neque Maritum pro Uxoris obligatione conveniri posse constet: Uxor itaque in Mariti potestate existens absque ejus consensu & autoritate, nec in judicio consistere, nec contrahere, nec quidquam aliud in Mariti præjudicium agere potest, nisi in iis quæ victum & amictum, adeoque & œconomiam ipsi demandatam spectant, excepta palam negotiante, quæ in his, quæ ex negociatione quam sic exercet, dependent, se Maritumque suum obligat, uti & Antverpienses dicunt Consuetudines tit. 41. art. 13, 34, 40, 42. & 43. Grot. introduct. lib. 1. part. 5. num. 35. & seq. Neostad. de pact. antenupt. obs. 18. in fin. à Sande lib. 2. tit. 4. def. 3. & 4. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 4. 10. & vol. 3. decis. 17.

Gudelin. *de jure noviss. lib. 1. cap. 7.* Groenew. *de legib. abrog. in princ. Instit. quib. alien. licet.* Tiraquell. *de leg. connub. gl. 1. num. 99.* Joan. Bapt. de Costa *de facti scientia & ignorantia inspect. 51. num. 6. & seq.* & quæ Articulis præcedentibus dicta sunt.

OBLIGARE) Per verbum obligare intelligitur obligatio Civilis, quæ verbis, litteris, aut consensu contrahitur, non autem ea quæ ex re, delicto vel quasi descendit: quod & probari potest ex comparatione Mulieris cum pupillo pubertati proximo, ac doli capace. Cum itaque certum sit pupillum in obligationibus, quæ re contrahuntur, ut in mutuo, commodato, & deposito etiam sine Tutoris authoritate obligari posse tam naturaliter quam civiliter, & naturaliter quidem cum nullum damnum ex eo patitur, & probatur *Instit. quib. mod. contrah. oblig.* ubi Accurs. item naturaliter & civiliter quando est factus locupletior *l. pupillus ff. de author. tut. & l. 3. in pr. ff. commod.* ita idem definiendum videtur in Uxore, ut si quid mutuo commodatove acceperit, vel in depositum, absque Mariti authoritate, obligetur quidem naturaliter & civiliter si ex hoc locupletior facta sit. Naturaliter quidem, si nullum damnum passa sit. Quo posteriori casu, licet hujusmodi naturalis obligatio non sit potens & efficax ad actionem directam producendam ex hujusmodi contractu adversus Mulierem, alio tamen remedio ei qui cum ea contraxerit succurritur; videlicet conditione sine causa, vel actione ad exhibendum: in simili de pupillo est textus *in l. 3. in pr. ff. commod.* quod & confirmari posse arbitror ex textu *in l. certæ condictio §. quoniam igitur de reb. credit. si cert. pet.*

Cum item in delictis constet pupillum pubertati proximum, dolique capace pro furto

ac injuria teneri, *l. pupillum ff. de reg. jur.* & *l. impuberem Cod. de furtis.* Et in uniuersum ex quacumque specie delicti ut *eod. loc.* notat Accurs. & est text. singularis in *l. excipiuntur ff. ad syllam.* ita quoque Mulierem ex delicto, non habita ratione Virne consenserit nec ne, obligari manifestum est. In cæteris autem actibus Uxorem sine Mariti auctoritate aliquid contrahentem, agentemve, minime obligari, nec naturaliter nec civiliter, certum est ex hujus consuetudinis dispositione. Nec nascetur aut reuiviscet obligatio dissoluto Matrimonio, uti à supremo Brabantiaë Senatu iudicatum refert D. Stockmans *decif. 52.* usque adeo ut si rem suam ipso facto alienaverit non adhibito Viri consensu, ejus dominium non transferat. Ejus enim traditio pro nulla habetur. Nam etsi res distracta ac tradita penes emptorem periret, hoc periculum ad emptorem pertinebit: quandoquidem qui cum alterius Uxore contraxit sine Mariti auctoritate, censetur id mala fide fecisse, ut & is qui cum pupillo contraxit, non vocato tutore *l. ult. Cod. pro empt. Alex.* & Jas. in *l. non omnis §. pupillus ff. pr. empt.* potest & desumi similitudo à filiofamilias, qui ex quocumque contractu qui re contrahitur, obligatur *l. filiusfam. ff. de negot. gest.* & ex delicto *l. i. §. filiumfamilias ff. depof.*

A D D I T I O N E S.

Vide ad hunc Articulum een Vonnis in het Leenhof van Brabant, den 26. Meert 1698. tusschen den Baron van Willebroeck, ende de Weduwe van den Graeve van Maldegem, waer by gewesen is, dat eene Vrouwe opnemende Penningen ende op haer Goedt besettende met auctoriteyt van haeren Man, niet en moet renuntieren aen het

Senat. Conf. vell. & authent. si qua Mulier. *Rapporteur* : Gathovius, *Affessores* : Caverfon, Colins, Wynants, Zybers, De Bley, Christin, & *Advocati* Cole, & Vaes.

Neque contractus à Muliere nuptâ initus dissoluto Matrimonio acquirit Vires, ita ut Maritum obliget. Stockmans *decif.* 52.

Articulus CCXXXVI.

Publicæ Mercatrices nuptæ, possunt in rebus ad negotia & Merces suas spectantibus, contrahere debita, & sese obligare sine consensu & auctoritate Maritorum suorum, & pro iis conveniri ac excuti possunt in persona & bonis suis, nec tenentur Creditores, quo ad ea, maritos prius discutere.

IN REBUS AD NEGOTIA SPECTANTIBUS)
 Quandoquidem contra quam Romanis placuit apud nos uxor per matrimonium pro minore habeatur, transeatque in tutelam mariti, supra art. 231. *Zypæ. not. jur. Belg. tit. de tutel.* sed mercaturæ ratio hoc exegit, ut quæ marito auctore vel consentiente propalam mercatur, se suumque maritum obligandi facultatem habeat. Quasi, ut inquit Abrah. à Wesel *de connub. bonor. soc. tract. 2. cap. 3. num. 27.* maritus uxorem isti negociationi præposuerit, ut suo ipsius facto intelligatur semet ipsum obligasse. Itaque cum maritus ex tali negociatione lucrum sentiat, rationis quoque est ut & debitis mercaturæ nomine contractis obnoxius sit. Gudelin. *de jure noviss. lib. 1. cap. 7. vers. hoc enim jure.* Stockmans *decif. Brabant. 56. num. 2.* Grotius *lib. 1. Isag. part. 5. num. 37.* Joann. à Sande *lib. 2. tit. 4. def. 4.* Herbai *rer. quotidian. cap. 13. §. 20.*

Mævius *ad jus Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 7. num. 100.* Choppin. *lib. 2. de morib. Paris. Balthasar. resolut. jur. Civ. & Bavar. tit. 4. resol. 14. num. 13.* Charond. *en ses pandect. liv. 2. chap. 5. p. m. 198.* & *sur Paris art. 230.* Joan. Cowell. *instit. jur. Angl. tit. quib. alien. lic. §. 6.* Chassan. *ad consuet. Burg. rub. 4. §. 1. consentiunt consuetudines Lovanienses cap. 12. art. 6. Antverpienses tit. 41. num. 34. 40. & seq.* Car. de Mean *ad jus Leod. part. 1. obs. 59.*

Ad Negotiationem autem vel mercaturam non illi saltem spectant actus, quibus emitur aut venditur, sed etiam sine quibus negotiationem exercere non licet. Unde si mulier negociatrix pecunia egens, mutuum ab alio sumat, vel pro securitate crediti bona sua etiam immobilia oppignoret, fidejussorias cautiones pro socio mercante præstet, quamquam nec mutuum nec hypotheca, nec fidejussio mercaturæ species sit, quia tamen sine iis vix subsistere negotiatio valet, tam ex mutuo quam ob pignus hypothecam vel fidejussionem obligabitur maritus, quia mercaturæ causa contraxit uxor. Grot. *d. num. 27.* Mæv. *d. tract. lib. 3. tit. 6. art. 21. num. 31. 32.* Berlich. *part. 2. concl. 17. num. 92. 93.* Carpzov. *part. 2. const. 15. def. 6.* Alienandi tamen immobilia negociatrix mulier potestatem non habet, cum alienatio non pertineat ad mercimonii tractationem, illud pertineat ut pignoribus caveat, creditoribus alioquin non contracturis Berlich. *d. loc. num. 94.* Buridan. *sur Vermand. art. 19. versic. mais retournant à la fin* ita ut eousque consuetudo extendenda non sit, cum sit juris correctoria atque ita strictissimam interpretationem recipiat *l. si vero 64. §. de viro 9. ff. sol. matrim l. si quando 35. in princ. Cod. de inoff. testam.* Henric. Kinschot. *resp. 34. num. 3. & 4.* Francisc. Kinschot. *resp. 56. num. 43.*

Ex superioribus consequens est, si quid uxor, fines negociationis excedens, gesserit, & si, extra ea quæ mercaturæ intuitu fiunt, fidejusserit, veluti pro conductore fundi qui nihil ad tabernam pertinebat, vel de judicio fisci, vel judicatum solvi, illud omne maritum non obligare, tamquam in hoc à marito constituta non fuerit. Rodenburg. *d. tract. de marit. potest in contrab. tit. 2. cap. 1. num. 19. in fine p. m. 213.* Neostad. *de pact. antenup. obs. 18. num. 6.* Mæv. *d. tract. lib. 1. tit. 10. art. 1. num. 78.* Cancer. *var. resol. lib. 3. cap. 1. num. 82. & seqq.* Mean. *d. obs. 59. num. 6.*

Mercaturæ autem nexu uterque conjux adeo devincitur ut uxor negociatrix una cum viro vinculis nonnumquam cogatur exsolvere æs alienum, mercium nomine contractum, tametsi in sacris, potestateque mariti constituta sit. Judicata vide apud Choppin. *d. num. 9.* Charond. *lib. 9. resp. 50. à la fin.* L'Abbé *sur Berry de l'estat des personnes art. 7.* Chenu *en ses notab. quest. chap. 57. à la fin.* Tronçon. *sur Paris art. 234. vers. Marchande.* Delomeau *liv. 2. de la jurisprud. Franc. art. 520. vers. le premier.* Automne *sur Bourdeaux art. 3. vers. la coustume: uti supra art. 87. statuitur & colligitur ex secundo membro hujus articuli.* Confer Rodenburg. *de jur. conjug. tit. 3. cap. 1. num. 18. p. m. 338. & seqq.* Chassan. *ad consuet. Burg. tit. 4. des droits des gens mariez §. 1. verb. si elle est Marchande.* Boër. *decis. 296.* Coquille *sur le Nivernois tit. 29. art. 1.* Christin. *ad ll. munic. Mecclin. tit. 9. art. 10.*

A D D I T I O N E S.

Vide à Wesel de damni inter Conjug. comm. n. 27. ubi n. 29. recenset quinam actus spectent ad mercaturam.

Ende is alsoo geturbeert den 24. April 1571.

Articulus CCXXXVII.

Bona Mobilia, Merces, Debita, Actiones, Credita, Obligationes, Arrieragia locationum & Redituum, parata pecunia, aliaque actiones personales, quas vir & uxor in matrimonium conferunt, quasque stante matrimonio acquirunt, inter conjuges communicantur: viroque stante eodem matrimonio earum competit administratio & libera dispositio: ita ut eas alienandi etiam donatione, & pro libitu oppignorandi facultatem habeat, etiam sine consensu ac voluntate uxoris sue, modo id bona fide & sine fraude fiat, qua maritus uti pretenderet, uxorem suam, casu quo superviveret, eis privandi ergo, in liberorum & propinquorum aut aliorum beneficium: & si id marito Contractu antenuptiali aliave inter eos conventionem non sit prohibitum.

Consuetudine hac, uti & Lovaniensi tit. 12. art. 2. Antverp. tit. 41. art. 15. Liran. tit. 8. art. 13. Bergozom. tit. 14. art. 14. Mechlin. tit. 9. art. 2. plurimum est attributum viri auctoritati, ut in quem collata sit omnium bonorum quæ domi sunt, etiam ab uxore quæstorum plena administratio, ac libera omnino dispositio. Uxorem si quidem decet, viro sese in omnibus obsequentem ac morigerantem præstare, at non è converso id viro erga uxorem convenit *l. sicut patronus ff. de oper. libert.* & tradit Imol. in *c. cum in officiis* & *de testam.* quo fit ut marito de re sua, vel si placet communi disponenti repug-

nare non debeat uxor. Nam etsi quæ communi utriusque conjugis industria quæsitæ essent, ea nihilominus ad virum jure Civili pertinebunt, pro sustinendis matrimonii oneribus quæ illi incumbunt *juxta l. pro oneribus ff. de jure dotium*: qui de his inter vivos poterit disponere sine consensu ac voluntate uxoris, non autem donatione causa mortis, cum sit quædam ultima voluntas: *l. fin. de donat. caus. mort. Vigl. in princ. instit. quib. permitt. est fac. test. num. 7. & 8. Joan. Sanson. ad consuet. Turon. rubr. de donat. inter nob. art. 10. Car. Molin. ad consuet. Paris §. 25. num. 1. 2. nec etiam inter vivos fraudulentam alienationem in præjudicium Uxoris facere potest Maritus. Molin. d. loc. & D. Peckius de Testam. conjug. lib. 2. cap. 1. num. 2. Charond. lib. 2. pandect. cap. 5. vers. le Mary & cap. 21. vers. encor que le Mary. Choppin. de morib. Paris. lib. 2. tit. 1. num. 32. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 2. quapropter hæc verba *bona fide & sine fraude* eo potissimum tendere ait Tronçon *ad consuet. Paris. art. 225. ex Molinæo, ne Maritus, ejusve Hæres ex tali donatione vel alienatione præjudicio Uxorii juris locupletior fiat. Qua fraude interveniente, revocatoria agere poterit Uxor adinstar creditoris. Peck. de test. Conjug. cap. 7. num. 8. Chassan. tit. des droits appart. à gens mariez §. 4. in verbo ne peut num. 12. in fin.**

SI ID NON SIT PROHIBITUM) Verba hæc demonstrant consuetudini posse derogari per contractum antenuptialem, stipulando, cum tamen infra Articulis 249. & 250. statuatur superstitem Conjugum esse hæredem necessarium omnium mobilium. Vide *art. 240. quo ad mobilia.*

A D D I T I O.

LIBERA DISPOSITIO) Ita ut proventus Bonorum Uxoris, quæ in Brabantia sita sunt, à Creditoribus Mariti rectè arrestari possint, etsi ipse sit eximie dignitatis, & habitet in ea regione ubi non obtinet communio Bonorum, ut in Germania. Stockmans *decis.* 50.

Articulus CCXXXVIII.

Bona Immobilia, Locationes conductiones, Census & Reditus ab alterutro conjugum in matrimonium collati, vel stante matrimonio devoluti, relictæ, vel donati, tam Testamento, donatione, quam aliter, nec non dimidium bonorum stante matrimonio acquisite, & juribus Bruxellensibus subjectorum, in quibus etiam uxor inheredata est, inter conjuges communia non sunt, nisi solus ususfructus eorumque proventus annuus, adeoque vir uxoris immobilia nequit divendere, alienare, aggravare, aut obligare, absque illius consensu, assistentia, vel nisi aliter ab ea ad hoc sit authorisatus.

IMMOBILIA COMMUNIA NON SUNT) Quamobrem dotalis rei dominium temporale quod habet Maritus l. doce Ancillam Cod. de rei vindic. procedit quo ad fructuum liberam administrationem, proprietate Uxori integra, ac libera remanente: nec soluto Matrimonio subsistet alienatio, non accedente præsertim Uxoris consensu

quæ etsi Uxoris consensus intercesserit de jure prohibetur. *l. 1. ff. de fundo dotali l. 1. §. Et cum lex de rei Uxor. act. Et §. 1. instit. quib. alien. lic. vel non.* Quod jus hac consuetudine corrigitur: requirens consensum expressum. Boer *in consuet. Bituric. §. 1. §. 4. in text. de son Mary col. 3. versic. quid si Uxor.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 1. in text. sans licence.* Neque præstari potest ex post facto vel intervallo ut notat Bald. *in rubr. Cod. de rescind. vendit. num. 8.* Tiraq. *leg. connub. gl. 6. verb. consentement num. 1. Et seq. usque ad 8.* Rol. à Valle *conf. 97. num. 3. cum seq. vol. 1. & Ursil. ad afflict. decis. 260. num. 11. Et lib. 17. communium in verb. statutum disponens versic. his addendum.* Quid autem dicendum sit si Uxor ratum habeat vel verbo vel facto, ut quia pretium participat resolvit Præs. Everard. *conf. 57. in fin. & an contra ratificationem Uxor restitui potest. Charond. lib. 7. resp. 215.* pro regula itaque est, quod cujuscumque speciei sint Bona Uxoris immobilia, sive inter dotalia sive inter paraphernalia receptitiave dinumeres, nec non etiam illa quæ undecumque, sive ex alterius hæreditate, donatione, legatove Uxori obtigerunt constante Matrimonio, eorum omnium fructus suos faciat Maritus, dominio penes Uxorem perpetuo remanente, cum prohibitione de non alienando respectu Viri, absque dicto Uxoris expresso consensu.

Qua alienatione etiam gravamina seu oppignorationes vetantur. Certum quippe est, quod ubi prohibita est alienatio per legem aut conventionem, omnes etiam actus juris diminutorios esse prohibitos *l. ult. Cod. de reb. alien. non alien.* ad quam legem Baldus annotavit, quod alienatione prohibita simpliciter videatur prohibitus omnis actus per quem alteri quæritur jus

rei : ita ut cui permissum non est alienare, non sit permissum diminuere rem inalienabilem. *l. ait prætor. in princ. §. 1. & 2. de jure delib. Pinell. ad art. 445. consuet. Andeg.*

Vide ad hunc art. quæ supra art. 31. annotata sunt, item *Loyseau du deguerpissement lib. 2. cap. 4. num. 9. Peck. de testam. Conjug. lib. 3. cap. 9. Alex. cons. 29. num. 9. in fin. vol. 3. Bertachin. in repertorio suo part. 1. verb. auctoritas. vers. 45. Louet lit. R. n. 3. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 3. Pet. Rat. ad consuet. Pictav. art. 330.*

Articulus CCXXXIX.

Similiter & Mulier conjugata, absque consensu Mariti sui non potest vendere, alienare, gravare aut obligare bona sua Immobilia, Locationes conductiones, Census aut Reditus, neque de iis, pro ut nec de Mobilibus, donatione inter vivos disponere, eademve alienare in præjudicium juris usufructuarii, aut aliorum; uti Marito vi Consuetudinis vel Contractus posset competere; sed rectè citra præjudicium dicti juris poterit Testamento, ultima voluntate aut donatione causa mortis, sine dicto consensu de iis disponere.

ULTIMA VOLUNTATE SINE CONSENSU MARITI DISPONERE) Consuetudo hæc generalis, quod Uxor sine consensu Mariti neque contrahere, neque donare possit, nisi mercatrix sit, vel separata bonis cum Marito operatur tantum circa actus, dispositionesque inter vivos, non quæ ultima voluntate fiunt.

Testamenta enim post mortem demum testatoris vires & effectum capiunt, morte autem Mariti cessat ejus imperium atque autoritas. Nec in Uxorio contractu necessarium Mariti arbitrium pertinet ad Uxoris testamentum. *l. 20. ff. de verb. signif.*

Quod enim Uxor absque Viri licentia contrahere nequit, eam tantum rationem habet, ne ea res fraudi sit Marito, Uxoris autem testamentum initium sumit ipso momento articuloque mortis, quo Uxor sacris Mariti liberatur & Matrimonium definit. Incivile quoque putatum est, testandæ postremæ voluntatis facultatem ab aliena potestate arbitrioque pendere. *l. 32. l. 70. ff. de hered. instit. Lovaniens. cap. 12. art. 4. Mechlin. tit. 9. art. 4. Consuet. Antv. tit. 41. art. 25. § 49. Peckius de testam. conjug. lib. 3. cap. 1. 2. § seqq. Christin. ad ll. munic. Mechlin. tit. 9. art. 4. Rodenburg de jure conjug. tit. 2. part. 1. cap. 4. de potest. viri in testam. num. 1. § seqq. Grotius lib. 1. Isag. part. 5. num. 43. Joann. à Sande lib. 2. tit. 4. def. 4. Bugnyon des Loix Abrog. lib. 6. cap. 26. § ibid. D. Christyn. Argentoræ. ad consuet. Britan. art. 223. gl. 4. Charond. lib. 5. resp. 5. licet enim actus cui ab initio lex resistit, nullo modo valeat, etiamsi in tempus permissum conferatur ut notat Bartol. in *l. si minor. ff. de serv. export.* hoc non obtinet quando prohibitio solum effectum respicit. *l. in tempus ff. de hered. instit.**

Item morte Uxoris cessat illud temporale dominium in rebus ipsius Uxoris, quamobrem ejus non interest quomodo ipsa testetur. Adde etiam quod testamentum sit publici juris & favorabile: atque ideo prohibitio, quæ privati juris contractus coercet, ad testamenti casum non porrigitur. Quandoquidem voluntas ultima alieno ex arbitrio non pendet. *l. captatorias Cod. de*

milit. testam. contractus vero ex alieno arbitrio admittuntur. l. fin. Cod. de contrab. empt. l. si quis arbitrato ff. de verb. oblig.

Quamquam non desint apud quos sine Marito non admittuntur Conjuges Testatrices. Consuet. Artes. art. 87. Normand. art. 412. Insulenses tit. 2. art. 13. Camerac. art. 3. de quibus vide Chassan. ad Consuet. Burgund. rubr. 4. §. I. verb. *ny aussi par testament.* Matth. de Afflict. decis. 200. Choppin de morib. Paris. lib. 2. tit. 4. num. 21. Coquille sur Nivernois tit. des gens mar. art. 1. verb. *disposition.* Et en son institut. eod. tit. vers. *les Coustumes* Et en ses quest. Et respons. chap. 104. Belordeau sur Bretagne art. 19. Mævium ad jus Lubec. part. 2. tit. 1. art. 14. Sknæ in leges Scotiæ lib. 2. cap. 36. num. 7. Et 8. qui fere cuncti mores suos iniquitatis hic taxant.

Articulus CCXL.

NEnter conjugum stante Matrimonio, poterit Testamento aut ultima voluntate disponere de Mobilibus, Debitis, Actionibus aut Creditis inter eos communibus, in gravamen aut præjudicium superstitis, neque invicem possunt gravare Legatis aut Donationibus causa mortis absque mutuo consensu.

Mobilium bonorum communio supra art. 237. stabilita hic confirmatur, ita ut ea ad superstitem salva & absque ullo gravamine debeant procedere. Sed an his qui adhuc per sponsalia id est verba de futuro conjuncti sunt, pacisci liceat contra hanc constitutionem, ut scilicet consummato matrimonio, eâ communi

bonorum societate abstineant, & separata habeant sua bona, ad præfatum articulum dictum est. Videturque concludendum hujusmodi pactum inter sponsum sponfamque factum plane inutile esse, nec eam bonorum societatem tollere posse. Quia hujusmodi societatis seu communitatis jus est à lege inductum, vel si mavis consuetudine. Nam consuetudo pro lege habetur: *l. de quibus ff. de leg.* at quod à lege est inductum non potest hominum voluntate vel contraria dispositione tolli vel immutari: *l. nemo potest ff. de legat. I.* quo in loco rem omnem magnis contentionibus turba Doctorum explicat.

Deinde hujusmodi conventionis vis ac effectus in tempus matrimonii confertur, & proinde inutilem esse constat *ex l. quod sponsæ Cod. de spons.* quia donationes inter conjuges inhibitæ sunt: *l. I. ff. de donat. inter vir. & ux.* ac tertio talia pacta occasionem præberent malevolis debita sua persolvere pertinacibus, si locupletem ducant, eludendi creditores, respondendo pactis antenuptialibus constitutum ut mobilia libere ad hunc vel illam deveniant.

A D D I T I O.

DEcisionem huic art. 240. conformem refert Mornac. *ad l. 5. Cod. de Religios. & sumpt. funer.* qua Senatus infirmavit judicium, quo Mulier superstes condemnata fuerat ad præstandum legatum à Marito relictum Ecclesiæ Franciscanorum.

Articulus CCXLI.

Possunt tamen conjuges invicem relinquere Testamento, vel Donatione inter vivos, vel causa mortis, vel titulo institutionis, vel

aliter, omnia bona Mobilia vel Immobilia, sive Liberos habeant sive non: ita tamen ut liberi isti nullum patiantur præjudicium in legitima, eis de jure in bonis Parentum competente.

CONJUGES POSSUNT INVICEM RELINQUERE &c.) Stante matrimonio sibi invicem donare prohibentur conjuges, si eo ipso is qui donat pauperior, qui accipit locupletior redderetur *l. 12. § 13. ff. de donat. inter vir. & uxor.* nisi donator in sua liberalitate usque ad mortem perseveret, & vivente donatore traditio inter venerit, quo casu donatio quasi mortis causa facta, quæ inter virum & uxorem prohibita non est, benigno jure sustinetur: *l. 23. 32. ff. de don. int. vir. & ux. l. 1. 3. 10. Cod. eod.*

Quod usque adeo moribus servatur ut quorundam locorum statutis conjux conjugi non tantum inter vivos, sed & per ultimam voluntatem ultra usumfructum quid donare prohibeatur Chassan. *ad Consuet. Burgund. tit. 4. §. 7.* & plerisque Brabantia locis ad casum existentium liberorum restringitur *per l. foemin. 3. & l. generaliter 5. Cod. de sec. nupt.* in quibus Imperatores sanciunt quod quidquid lucratur alter conjugum ab altero, sive inter vivos contractu, sive testamento si habuerit liberos, & mortuo conjuge priori, superstes ad secundas nuptias quando-cumque adspiret, nunc mox amittat proprietatem illorum bonorum, quæ superstes habet à priori conjuge, retento tantum usufructu: ita ut cogatur moriens omnia illa provenientia à primo conjuge integra quo ad proprietatem transferre ad istos liberos prioris matrimonii. *Authent. in donatione & authent. lucrum eod.*

Quia

Quin imo non tantum lucrorum nuptialium, sed & rerum ex successione liberorum acquiritorum proprietatem amittit. Matthesianus de success. ab intest. part. 2. art. 2. in princ. num. 21. & ibi Bolognin. in addit. Ant. Gabriel. Roman. lib. 2. commun. conclus. tit. de secund. nupt. conclus. 3. & conclus. 7. num. 2. Nicol. Boerius decis. 187. Franc. Vivius lib. 1. decis. 3. num. 7. And. Gail. lib. 2. obs. 98. num. 2. Gudelin. de jure noviss. lib. 1. cap. 12. in fin. Zypæus not. jur. Belg. tit. de sec. nupt. Autumn. ad d. l. foemine. Ant. Gomez. ad l. Tauri 14. num. 4. Sotomajor in tract. de usufructu cap. 2. num. 9. & seqq. Bouvot. part. 1. des quest. notabl. in verb. secondes nopces quest. 1. ubi late & part. 2. verb. succession. quest. 2. Charond. in memorab. verb. donation. Scipio Gentilis de secund. nupt. cap. 13. Gerard. Maynard lib. 6. decis. 96. Georg. Louet au recueil des arrests notab. lit. N. num. 3. apud quos id supremarum Curiarum præjudiciis approbatur: uti & articulo 28. Edicti perpetui, quo bona sic à prædefuncto superstiti relicta, liberis primi thori affectantur: de quo vide Deckher dissertat. priorum lib. 2. diff. 4. num. 13. ubi contrarium admittit, si virum de secundis nuptiis uxoris suæ consensisse liqueat: arg. l. 2. §. quod si pater. 25. ff. ad S. C. Tertull. Gloss. in §. duo igitur. in verb. sine viris Novell. 22. Boer. decis. 158. num. 26. Roman. cons. 219. num. 2. Natta cons. 466. num. 2. vol. 2. Mynsing. cent. 5. obs. 24. num. 6. volenti enim nulla fit injuria l. 6. §. præterea ff. que in fraud. l. nemo 154. ff. de reg. jur. nec objici potest, patrem non posse remittere injuriam filii l. filius 22. ff. de inoff. test. injuriam autem liberis inferri à secundo matrimonii voto: cum hic agatur maxime de bonis defuncti, & nonnisi per quandam consequentiam de jure

liberorum, à quo patris consensus minime dependet *l. 2. ff. de author. tut. & curat.*

Nec diversum statuit, sola liberorum approbatione accedente, cum quilibet juri suo renunciaret *l. penult. Cod. de pactis l. pactum ff. de pact. l. si Judex ff. de minorib. in integrum rest. in quam sententiam descendunt Angel. in l. si Mater Cod. de Sen. Cons. Tertull. num. 5. & 8. Bald. num. 4. Joann. de Garronibus in tractat. de secund. nupt. tit. de quinque remediis num. 4. Menoch. conf. 155. num. 13. Gail. lib. 2. obs. 98. atque ita in Sabaudia judicatum refert Faber Cod. lib. 5. tit. 5. def. 5. vide Groeneweg. ad d. l. feminae.*

An statutum hoc sit reale an personale vide Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 17. art. 3.

A D D I T I O.

QUOD disponitur hoc Articulo videtur obtinere tantum in primis Nuptiis, non autem in secundis, in quibus obtinet dispositio juris communis, quo Conjux ad secunda vota transiens non potest futuro Conjugi plus conferre quam uni ex liberis prioris Matrimonii. *l. 6. cod. de sec. Nupt. Lamb. Gor. adv. jur. tract. 4. n. 27.*

Articulus CCXLII.

FUNDI, ut sunt Domus, Terra, Virgulta, Prata, Sylva, Stagna, Molendina, Locationes perpetuae, Census ac Reditus, & quidquid Immobilium bonorum naturam sapit, à Marito & Uxore stante matrimonio coempta & coram Scabinis Urbis mancipata, aut juribus Urbis subjecta, sive soli Marito,

sive Uxori, sive utrique simul obvenerint, inter conquestus numerantur, nisi Litteris acquisitoriis exprimat quibus pecuniis comparata sint, & unde provenerint, ad demonstrandam naturam talis emptionis.

Quid nomine conquestuum veniat etiam docent consuetudines Antverp. tit. 6. art. 6. Liran. tit. 8. art. 43. Mosæ Traject tit. 43. art. 12. ubi titulo conquestuum vel conquestuum non venit successio Molin. ad consuet. Paris. tit. 2. gloss. 1. num. 18. nec omnis acquisitio communicatur inter virum & uxorem, sed solum ea quæ fit constante matrimonio & non dependet à jure, jam alteri eorum ante matrimonium quæsito. Louet l. 1. num. 5. Everard. cap. 135. Mornac. ad l. 3. ff. pro socio & ad l. 45. ff. de acq. rer. dom. Peck. de testam. conjug. lib. 2. cap. 12.

Vide ad hunc articulum Leeuwen censur. for. part. 1. lib. 4. cap. 23.

A D D I T I O N E S.

Vide Stockmans decis. 49. & decis. 60. Abraham à Wesel de connub. honor. soc. cap. 9. num. 10, 11, 12, 25 & 54.

Mattheum in paremiis n. 3.

Leeuwen cens. for. l. 1. c. 12. n. 19. & lib. 4. c. 23.

Kinschot resp. 13. n. 1. & 21. resp. 76. n. 23.

& resp. 92. n. 2. Everard. conf. 53. n. 1. & 5.

Wames. cent. 5. conf. civ. 48. Gor. adv. jur. tract. 1. cap. 3.

Articulus CCXLIII.

ET post separationem thori, superstiti com-
petit medietas dictorum conquestuum, &
proprietas alterius medietatis devolvit ad Li-
beros istius matrimonii, vel defectu liberorum
ad propinquos & heredes predefuncti, reser-
vato usufructu ipsi superstiti donec vivit.

V Ide infra art. 252.

Articulus CCXLIV.

NEuter conjugum alterius proprietatem in
conquestibus potest alienare, transferre,
gravare, obligare, aut aliter de ea disponere
Testamento, ultima voluntate, donatione inter
vivos vel causa mortis, absque alterius con-
sensu, assistentia, vel procuratione, excepto
quod, si maritus solus ea acquisiverit & in
litteris sit expressus, stante matrimonio, bona
sic acquisita vel Reditus, inscia, non consen-
tiente, nec assistente uxore possit dividere,
transferre, donare, gravare, & obligare,
non autem postea: quandoquidem tunc pro-
prietas unius medietatis eorundem conquestuum
devoluta sit ad Liberos, Heredes vel propin-
quos Predefuncti.

IDem statutum est apud Nivellens. art. 53. &
Liran. tit. 15. art. 32. Antverp. tit. 41. art.
69. ad quorum intelligentiam plenior vide
D. Stockmans decis. Brab. 48. 51. 55. 60. &
62. & Mornac. ad l. 1. ff. de pact. & ad l. 26.
§. 2. eod.

A D D I T I O.

Geadviseert by de Advocaeten Horenbeke, Decker, Bouton, ende de Fraye, dat eenen Man, hebbende staende den tweeden Houwelyck alleen vercregen eenige Goeden, daer van sonder wete ende consent van syn tweede Huysvrouwe niet en vermagh te disponeren in faveur van de Voor Kinderen ende prejuditie van syn tweede Vrouwe ende Naer Kinderen, ende daer van geen vemploy en magh doen tot syn eygen behoef alleen.

Articulus CCXLV.

Contractus antenuptiales una cum conditionibus insertis, inter conjuges, eorum Liberos & Heredes, validi sint & effectum sortiantur, quamdiu debite non sunt revocati alio Contractu, Testamento, aut dispositione. Que revocatio fieri potest constante matrimonio, si nullum inde fiat prejudicium juri tertii. Uxor tamen, si virgo nupsit, superstes, non obstante dicto Contractu antenuptiali, optionem habet inherendi Testamento Mariti sui, juribus Civitatis, vel Contractui antenuptiali: nisi prius consilio deliberato rei huic sub solemni juramento renunciaverit.

QUAMDIU NON SUNT REVOCATI) Quæcumque pactis dotalibus placuerunt ea præcise servanda esse passim statuunt Brabantix mores: apud Lovanienses tit. 12. art. 10. Antverpienses tit. 41. art. 1. Liran. tit. 8. art. 2.

Bergozom. *tit.* 14. *art.* 1. Bredan. *tit.* 1. *art.* 21. Helmont. *tit.* 4. *art.* 1. Oerlens. *art.* 22. Mosæ-Trajectinos *tit.* 39. *art.* 8. dummodo naturali rationi, æquitati, bonisque moribus non repugnent, neque statuto vel consuetudine reprobanda sint. Lambert. Goris *advers. tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Mævius *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 5. *num.* 37. *§* *art.* 7. *num.* 81. *§* *part.* 2. *tit.* 2. *art.* 12. *num.* 286. *§* 376. Carpzov. *part.* 3. *const.* 23. *def.* 1. *§* *part.* 1. *decis. illustr.* 60. *num.* 13. Valasc. *consult.* 135 *num.* 2. Marius Giurba *ad Messan. cap.* 1. *gl.* 6. *num.* 15. quæ tamen adeo non sunt firma, quin communi consensu stante matrimonio revocari possint aut immutari. Consuet. Antwerp. *tit.* 41. *art.* 4. Liran. *tit.* 8. *art.* 2. non tamen in fraudem tertii. Antwerp. *tit.* 41. *art.* 7. Liran. *tit.* 8. *art.* 11. Bergozom. *tit.* 14. *art.* 10. *l.* *puta.* 21. *Cod. de pactis* Kinschot. *resp.* 17. *num.* 12. *§* 13. Everard. *conf.* 119. *§* 213. *num.* 30. Joan. à Sande *lib.* 2. *tit.* 2. *def.* 4. Stockmans *decis. Brabant.* 59. *num.* 3. Peckius *lib.* 2. *cap.* 1. *de testam. conjug.* Gomez. *ad l.* 60. *Tauri.* Suarez *de acquis. constant. matrimon.* ubi nimirum non intervenerit metus aut dolus. Ratio autem quare pactum dotale factum in utilitatem superstitis sit irrevocabile absque illius consensu, est quia censetur esse donatio inter vivos ut dicit Wesenbec. *ff. de pact. dotal.* *num.* 4. Menoch. *presumpt. lib.* 3. *quest.* 8. Fachin. *lib.* 4. *c.* 22. Faber. *decad.* 45. *error.* 2. *§* 3. Grot. *introd. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. Ann. Rob. *rer. judic. lib.* 4. *cap.* 1.

OPTIONEM HABET &c.) Jus hoc singulare & exorbitans appellat Pet. Stockmans *decis. Brab.* 54. quo statuitur eam mulierem quæ ad matrimonium virgo accessit, eo per mortem viri dissoluto, non esse præcise adstrictam pactis nuptialibus quæ cum viro iniit, sed optionem

habere, vel eorum observandorum, si id malit, vel consuetudinis atque eorum jurium, quæ inde fluunt amplectendi, vel denique testamenti maritalis, ut eligere ex tribus hisce queat quod sibi utilius & melius videbitur. Quia exoticum est ponere in arbitrio paciscentis an obligetur pactis an non: & mulierem quæ diversum aliquid à jure municipali pacta est, posse consilium mutare in hæredis mariti detrimentum, quæ ratio tamen efficere non potuit quin *per l. nec. emere Cod. de jure deliber.* idem in usu manserit apud Antverpienses *tit. 41. art. 55.* Liran. *tit. 8. art. 3.* Herentall. *tit. 12. art. 3.* Casterl. *tit. 6. art. 2.* Besser. *tit. 4. art. 15.* Mechlin. *tit. 9. art. 12.* quæ optio etiam transit in hæredes Papon. *lib. 15. tit. 4. art. 14.* & Charond. *lib. 7. resp. 95.* Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 16. gl. 1. num. 2.* Guy Cocquille *quest. 145.* dummodo fiat præstituto tempore quo elapso nec vidua nec hæredes optionem retinent, nec adversus talem negligentiam restitui possunt Peckius *lib. 1. cap. 32. num. 6.* ubi vero nullum tempus adscriptum est contractui vel statuto, intra quod electio concludatur, censent judicem ad postulationem hæredis electionem certo tempore & die posse circumscribere, viduamque nisi intra illud eligat, excludere *per l. mancipiorum l. si optio §. fin. ff. de opt. vel elec. leg.* qua semel rite facta, deinde variare non licet. *l. apud. aufidium ff. d. tit. & tradit Boerius quest. 33.* Chassan. *ad Consuet. Burgund. rubr. des mains mortes §. 21. in verbo au choix de la Femme.* Mornac. *l. 66. ff. de procur. & ad l. 7. §. hodie ff. de minorib.*

A D D I T I O N E S.

SI VIRGO NUPSERIT) Privilegii in hoc Articulo contenti non fiunt participes Mulieres *alibi* nuptæ, quæ fixo hic postea domicilio

Maritis suis supervixerunt. Ita iudicatum refert Stockmans *decif.* 54.

De revocabilitate pactorum Nuptialium, vide eumd. Stockmans *decif.* 59. Lambert. Goris *advers. jur. tract.* 1. cap. 8.

Articulus CCXLVI.

Conjuges non possunt inter se inire pacta dotalia, Contractus aut conventiones, neque condere Testamenta, Ordinationes aut dispositiones in præjudicium suorum Creditorum: sed talia pacta, Contractus, Testamenta aut dispositiones respectu Creditorum pro nullis ac invalidis habentur.

IN PRÆJUDICIUM CREDITORUM) Ita ut nec Arrhæ sponsalitiæ, nec annulus pronubus, nec ornamenta quæ sponsæ donantur, superstiti uxori cedant, nisi ante deducto ære alieno. Edict. Caroli V. Imp. anni 1540. art. 3. Mathæ. *de auct. lib.* 1. cap. 19. num. 31. nec item lucrum quod ex statuto vel consuetudine superstiti conjugi debetur, lucri enim ratio non nisi post soluta debita habetur. Scheplitz. *ad consuet. Brandenburg.* part. 3. tit. 2. §. 3. num. 2. & 3. Mævius *ad jus Lybec.* lib. 2. tit. 2. art. 12. num. 294. Abrah. à Wesel *de connub. honor. soc. tract.* 2. cap. 3. num. 125.

Articulus CCXLVII.

Uxores superstites Bruxellis in bona à Maritis derelicta non habent præferentiam pro dotalibus aliisque bonis collatis & stante matrimonio alienatis, venditis aut gra-

vatis, sed dictis uxoribus premorientibus, earum liberis integrum est, actionem ad hoc competentem, virtute Contractus antenuptialis Materni, aut aliter adversus Patrem vel Socerum intentare.

NON HABENT PRÆFERENTIAM PRO DOTALIBUS) Mulier in bonis Mariti pro dotis restitutione & tacitum pignus & prælationis privilegium de jure habet, & reliquis privilegiatis creditoribus præfertur l. 12. Cod. qui pot. in pign. novell. 97. cap. 3. 4. §. 29. instit. de action. etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus d. l. 12. quod tamen moribus sublatum est: iniquum enim foret eam quæ paullo ante sub persona mariti correa, imo individue rea debendi fuit, statim cum ipsa morte mariti adeo creditricem fieri, ut par ejus conditio cum iis creditoribus deveniret, quibus ex eadem causa debetrix esset Grot. lib. 2. Isag. part. 12. §. ult. Neostad. de pact. antenupt. obs. 10. Ant. Matthæus de auct. lib. 1. cap. 19. num. 27. Lambert. Goris advers. de soc. conjug. cap. 4. num. 18. Kinschot. conf. 13. num. 33. Zypæus not. jur. Belg. tit. de jur. noviss. lib. 1. cap. 8. vers. ceterum. Gail. 2. obs. 25. num. 10. & obs. 81. in princ. Minsing. cent. 1. obs. 61. à Sande lib. 2. tit. 2. Groenew. in l. 30. Cod. de jur. dotium & in not. ad Grot. lib. 2. tit. 13. num. 17.

Articulus CCXLVIII.

VIr aut Mulier conjugati, & habentes liberos ex diversis matrimoniis, vel nullos, via transportus aut aliter per re-

demptionem acquirentes aliquos Reditus aut alia onera realia, hypothecata super Bonis & Fundis, ad alterutrum spectantibus, aut que ad eos postmodum possent devolvere: tales Transportus, Redemptiones, ac deonerationes, pro conquestibus habentur: & in separatione thori pars una succedit ad Liberos, Heredes, aut propinquos ejus cujus bona sunt deonerata, & aliam medietatem proprietarius aut heres compensare debet & prestare alteri conjugum aut ejus heredi, qui jus non habet ad dicta bona.

Articulus CCXLIX.

Superstes conjugum (Funerariâ Domo Prædefuncti Bruxellis sitâ) sive liberos relinquat sive non, retinet Mobilia, Merces, Debita, Actiones & Credita Domus funerarie, post mortem Prædefuncti relicta, ubicumque locorum reperiantur, tam intra quam extra Brabantiam, potestque de eis libera voluntate disponere etiam obloquentibus Liberis, Heredibus aut propinquis: neque in dicta Urbe ulla fit divisio, uti in nonnullis locis observatur: neque superstes tenetur de iis quidquam dare Liberis suis, aut Liberis vel Heredibus prædefuncti, licet conjugium aliumve approbatum statum ineant, aut aliter. Et sub Mobilibus comprehenduntur supellex Merces, Vestimenta, Aurum, Argentum,

Monetatum & non Monetatum, Monilia, Obligationes, Debita, Actiones, Credita, Arrieragia Locationum, Censuum & Redituum, nec non Reditus via obligationis agniti & nundum hypothecati, & aliæ omnes actiones personales: etiam pecunia quæ ex bonis divenditis provenerunt, vel redemptione Redituum in quorum loco nondum alii surrogati sunt quamvis eadem bona vel Reditus fuissent patrimonialia, aut provenissent à parte prædefuncti.

SUPERSTES RETINET MOBILIA) De pactis dotalibus articulis præcedentibus statutum est, hic de Mobilibus tractat articulus, quæ omnia superstiti soli cum usufructu bonorum omnium allodialium, debentur; cum hac conditione ut onus æris alieni persolvendum recipiat. Joan. Uffel. in not. ad lib. 3. variar. resol. Didac. Covarr. cap. 19. Paul. Christin. decis. Cur. Belg. vol. 1. decis. 216. quod & obtinere Lovanii docent ibidem consuetudines tit. 12. art. 14. Leeuw. tit. 2. art. 1. Uckellenses art. 41. Liran. tit. 8. art. 45. item tit. 15. art. 13. Sylvæ Duc. tit. 15. art. 7. Deurnens. art. 714. apud Mechlinienses promiscua sunt inter conjuges immobilia omnia bona, ædes, Censuum, Reditus, durante matrimonio acquisita tit. 9. art. 11. & ibi Christin. Frisæ moribus constante matrimonio à conjugibus acquisita utrimque communicantur, manentibus illis qui illo nondum inito cujusque propria fuere, in pristino suo statu & dominio, sed etsi eodem durante matrimonio, hæreditate, legato, donatione aliove respectu conjugis quid accesserit nihilo magis communicabitur: uti tradidit Thom. Herbajus rer. quotidianar. lib. singul. cap. 14. & 16.

SUB MOBILIBUS COMPREHENDUNTUR SUPPELLEX) Quid supellectilis appellatione veniat sæpius dubitatum est : de quo etiam inter veteres Jurisconsultos non videtur satis constituisse, aliis alias res supellectili adscribentibus. In hac tamen definitione omnes conveniunt ut domesticum patris familias instrumentum & quidquid ad quotidianum rei domesticæ usum pertinet, supellectilem esse dicant *l. 1. l. 6. ff. de supellectile legata*. Alexand. ab Alexand. *lib. 1. genial. dier. cap. 19.* Leeuw. *cons. for. lib. 3. cap. 8. num. 14.* unde non est instrumentum domus sed patrisfamilias id est res mobiles veluti mensa, scamna, candelabra, lecti, capsæ, vasa aquaria. De jure autem in supellectili non est vestis, nam est alterius generis. At dubitatur an candelabra argentea sint in supellectili, item an mensæ inargentatæ vel his similia? & olim quidem hæc non erant in supellectili lignea vel fictili vitrea vel ænea, ea fuit ejus sæculi frugalitas *l. 3. de supellect. leg.* omnia quæ erant argentea deputabant in argento, non in supellectili, cæterum crescente luxu ceperunt uti supellectili aurea & argentea, & sic tandem obtinuit, candelabra argentea vel mensas argenteas vel aureas supellectili contineri, *l. 3. l. 9. §. 1. de supellect. leg.* hodie igitur candelabra aut vasa argentea sunt in supellectili, nam spectatur species & usus, non materia, quod tamen, teste Joan. à Sande *def. Fris. 3. tit. 5. lib. 2.* Senatus Frisæ in judicio ita temperavit ut supellectili id tantum argentum adscriperit quod conjugibus fuit in quotidiano usu: non æque illud quod non in quotidiano usu, sed in argentario repositum habuerunt.

MOBILIA) Bona quæ sunt apta moveri & transferri de loco ad locum dicuntur mobilia, & immobilia quæ suapte natura moveri non possunt *l. moventium ff. de verb. signif.* Panorm.

in e. nulli num. 9. de reb. Eccles. non alien. & ideo sub dominio nostro bonorum duæ sunt species principales, mobilium una & immobilium altera. Inter mobilia autem imprimis referuntur fructus à solo separati per l. fin. ff. de requir. reis & hoc esse de proprietate sermonis dicit Natta cons. 117. in fin. quia de uno ad alterum locum moveri possunt. Decian. cons. 44. § 86. lib. 4. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 6. unde erroris accusat Gasp. Ant. Thesaur. in quest. for. lib. 1. quest. 26. Dec. in cons. 482. & Castren. cons. 132. lib. 1. qui voluerunt inter mobilia fructus pendentes, & à solo separatos qui & adhuc in horreo patrisfam. non sunt, connumerari, subtilitate quadam ex animi destinatione, quam habuisse vel habere dominum rei sibi effingunt, adducti, non ex ipsa rei veritate: cum fructus pendentes pars soli dicantur l. fructus & ibi DD. ff. de rei vindic. & vero an mobilium appellatione in legatis veniant fructus, qui à solo separati reperiuntur vide Thesaur. in d. quest. & Cravett. cons. 329.

An autem navis rebus mobilibus vel immobilibus annumeretur? dubitatur. Et esse rem mobilem, ex eo constat, quod interdictum unde vi ad res mobiles non pertineat l. 1. §. illud utique 6. ff. de vi § vi arm. sed si quis de nave vi ejectus est, huic interdicto locus non erit l. 1. §. 7. ff. d. tit. eadem ratione interdictum quod vi aut clam ad sola ea opera pertinet, quæ in solo fiunt, l. 1. §. hoc interdictum 4. ff. quod vi aut clam. l. si alius fecerit 7. §. notavimus 5. ff. eod. quod autem in nave sit vel alia quilibet re vel amplissima, mobili tamen non continetur hoc edicto l. vi facit 20. §. quod in navi 4. ff. eod. & cur navis in feudum dari nequeat nulla alia ratio est quam quod sit res mobilis l. 1. §. 6. § 7. ff. de vi § vi arm.

Inter bona mobilia referuntur quoque granaria, quæ affixa non sunt, pro ut definit Javolenus in *l. granaria ff. de act. empt.*

Item vasa vinaria per *l. fundi l. dolia ff. de act. empt. l. 3. §. vino ff. de vino tritico oleoque leg. l. etsi proprietatis ff. de usufructu.*

Pecuniam rem mobilem esse nemo dubitat, ideo mobilium seu moventium appellatione illam contineri interpretes communiter tradunt ad *l. moventium 93. ff. de verb. signif.* sed vide *Thessaur. decis. 160.* ubi quærit, an mobilium appellatione veniant pecuniæ, ita ut in legato mobilium generaliter facto comprehendantur.

Sed quæsitum est quid juris de piscibus in stagno, vel lacu privato repositis, & an ii Dominum loci in quo essent sequerentur. Quia in re autoritate *Guid. Pap. in decis. Delphin. 911.* hæc solet adhiberi distinctio, ut si ii pisces in stagno reponantur, propter fundi in hoc parati ac destinati utilitatem, & ut multiplicentur, concludant tunc illos partem stagni videri; cum stagna ad pisces destinata sint, quemadmodum arva ad fruges. Cæterum ubi non multiplicationis gratia, sed conservationis, ut fieri solet in fossis ac piscinis, secus esse. Quod probari posse videtur ex *l. limes cum l. seq. ff. de act. empti*, quo loco refert *Jurisc. Pifces* qui in piscina reconditi sunt, non esse ædium nec fundi, non magis quam pecudes, gallinæ & cætera animalia, quæ in prædiis urbanis & rusticis enutriuntur, non censentur esse ex prædio. Item ex *l. usufructuarium venari. §. si vivarii ff. de usufr.* ubi *Jurisc.* docet, quod si quis vivario cujus habebat usumfructum, feras aliquas vel pisces incluserit suis impensis, cum ejusve hæredem posse finito usufructu eas tollere, cum fructuarii propria sint. Vide *Ant. Monter. decis. 26. Boer. cons. 24. Choppin. de*

morib. Paris. lib. 1. num. 18. & idem de jurisdictione Andegav. lib. 1. cap. 12. & infra art. 263.

Quæ etiam distinctio columbis aliisque feris potest applicari. Buridan. *sur les coustum. de Rheims art. 19. num. 4. & 5.*

Porro quod ad actiones & nomina debitorum attinet, an inter res mobiles vel immobiles computentur, varie disputatur: sed verius est eas esse mobiles, si ad rem mobilem competant, & immobiles si ad rem immobilem. Gloss. in l. 1. in verb. *uteris Cod. si advers. transact.* ibid. Bartol. num. 4. & Bald. in cap. 1. num. 16. *de pace tenenda. in usib. feudor.* Gloss. unic. in l. *moventium. ff. de verbor. signif. & facit textus in l. quam tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul.* Gloss. in *authent. de non alienand. & permut. reb. Eccles. §. vult enim. in verbo numerand.* Alvarot. d. tit. *de pace tenend. §. si vero pacis. num. 7.* Afflict. late in cap. 2. num. 47. *de feudi cognit.* Decius *cons. 461. num. 4.* Socin. *sen. cons. 175.* Gail. 2. *obs. 11. num. 9. & seq.* Vide Boer. *decis. 209.* Louet *litt. D. num. 66.* Tiraquell. *de retract. §. 1. gl. 7. in princ.* Chassan. *ad consuet. Burg. rub. 4. §. 2. versic. omnium mobilium num. 9.* Christin. *ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 8. num. 16. & tit. 11. art. 25. num. 8. tit. 16. art. 2. num. 14. & vol. 2. decis. 212. num. 15. & decis. 213. 214. num. 7.* Costal. *ad l. 7. §. in peculio ff. de pecul.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 54. num. 26. & præsumpt. 142. num. 20.* Alexand. *Trentacinq. variar. resol. lib. 3. rubr. de donat. resol. 3. num. 14.*

Pensiones vero, usuræ, canones & Reditus annui, jura feudalia, emphyteuses & similia rebus immobilibus imposita, una cum instrumentis & litterariis documentis super ejusmodi rebus & juribus confectis, quæ rebus immobilibus accensentur, & eodem jure cum immobilibus

habentur. *Leeuwen censur. for. part. 1. lib. 2. cap. 1. num. 4. Peckius de testam. conjug. lib. 5. cap. ult. Henr. Kinschot. resol. 50.*

An molendina alata sint mobilia, vide *Mornac. ad l. 18. ff. de act. empt.*

Plura de mobilibus & immobilibus, vide apud *Joseph. Ludovic. conclus. 48. & Bachov. de pignor. lib. 1. cap. 6. num. 3. Forster. de dominio. cap. 7. num. 32.*

A D D I T I O N E S.

EXempti an subjiciantur tali statuto decisum refert pro affirmativa. *Stockmans decis. 58. n. 2. si nimirum pactum vel contractum conformem statuto iniverint.*

Ce qui est compris sous le mot Meubles, en la disposition de la coutume, & en la disposition de l'homme, voyez Le Grand des cout. de Troyes art. 11. gloss. 3.

Bleds verds jusques au mois de May sont reputez heritages, depuis sont reputez cateux. Loys de offic. liv. 3. chap. 4. n. 42.

Moeren, Torf, Steen, Savel, Mergel, Houillie, an meubel oft immeubel. Vid. Cuyp. 51. quest.

Articulus CCL.

ET ita superstes conjugum habetur pro herede necessario predefuncti, Domo Funeraria Bruxellis sita, teneturque in omnia debita ac onera personalia predefuncti ejusdemque Domus Funeraria, non distinguendo, à parte cujus eadem debita vel onera procedant, vel à quo Contracta sint an à Marito, an ab Uxore, vel ab utroque simul, ante vel constante matrimonio: neque superstes seu vir

sen

seu uxor iis se poterit eximere abstinendo, vel repudiando bona seu Domum Mortuariam prædefuncti, vel imponendo Claves sepulchro, ex eo quod nulla bona à prædefuncto detinisset, vel quod as alienum excederet bona derelicta: nequidem pactis antenuptialibus, nec optione virginibus in matrimonium condescendentibus derelicta ipso jure Civitatis, nec Testamento, nec alio beneficio aut prærogativa juris, uti beneficio inventarii aut alio, nec etiam sub pretextu quod superstes esset exempta aut privilegiata qualitatis, saltem non in præjudicium Creditorum prædefuncti ejusque Domus Funerarie.

SUPERSTES EST HÆRES NECESSARIUS PRÆDEFUNCTI) Quorundam locorum moribus superstes domui Mortuariæ potest renunciare, sub conditione, ut cedat universis domus mortuariæ bonis, deinde clavem domus per se aut per alium sepulchro Prædefuncti imposuerit; quibus peractis superstes de nullis domus mortuariæ debitis potest conveniri. Consuetud. Sylvæ Duc. tit. 8. art. 10. Uckellens. art. 44. Moll. art. 89. Nivell. art. 49. Mechlin. tit. 9. art. 8. quod tamen alii tantum extendunt ad ipsas viduas non vero ad viduos, qui necessario debent manere possessores & servatores domus mortuariæ suarum uxorum, nec ullo modo renunciare aut cedere possunt domui mortuariæ, sed manent obnoxii omnibus debitis ejusdem domus Mortuariæ solvendis, salvo suo regressu super ejusdem hæredibus Mornac. ad l. 65. §. item qui ff. pro socio quod jus viget apud Brugeses cum magna omnino maritorum sit po-

testas in contrahendis obligationibus, ex quibus indistincte ad pignorationem rerum communium devenitur, sæpe insciis atque adeo nolentibus uxoribus. Quæ tamen consuetudo realis non est, neque ipsam rem afficit, aut sequitur, sed mere personalis, & propterea subjectas tantum, non autem eas complectitur personas quæ per conjugium sequuntur domicilium forumve mariti. Henric. Kinschot *resp.* 15. num. 4. vide ad hunc Art. Præs. Everard. *conf.* 197. Val. Andr. *tit. de hered. qualit.* Christin. *ad ll. Mechlin. tit. 9. art. 8. & vol.* 1. *dec.* 209. num. 6. Neostad. *obs. rer. judic.* 12. Grot. *introd. lib. 2. cap. 11. num.* 14. Lambert. Goris *de societ. conjug. cap. 4. à Sande decis. Fris. lib. 2. tit. 5. def.* 8. Bruxellæ vero superstes non potest evadere solutionem debitorum etiam renunciando bonis communitatis.

Articulus C C L I.

PACTA dotalia coram Scabinis Urbis, coram Notario ac Testibus, vel sub Chirographo contrahentium inita, & postmodum coram Scabinis vel Notario ac Testibus recognita afficiunt, & jus reale dant respectu Donationum, Transportuum, Assignationum, & Obligationum quæ iis comprehenduntur: nec obstat quod eadem coram Curia ac Domino competenti inita vel renovata non sint, Feuda & Reditus excipe quæ licentiam requirunt.

PACTA DOTALIA DANT JUS REALE)
Per dotis constitutionem contingit immobilium rerum alienatio, & domini translatio in donatarium, absque solenni mancipatione: tanta

enim pactis dotalibus attributa est authoritas, ut vim habeant actorum judicialium, modo à convocatis utrimque amicis, vel propinquis majoreve eorum numero, subsignata fuerint Zypæus *not. jur. Belg. lib. 3. tit. de rei vindic. Groeneweg. in not. ad Grot. lib. 2. isag. part. II. num. 4. Et de legib. abrog. ad tit. instit. de obligat. ex. consens. num. 4. Goris in advers. tract. 3. part. 2. cap. 5. num. II. Et tract. 4. §. 21. num. 3. Et in supplem. ad Fred. Sandii tract. de effestuc. cap. 2. num. 34. Ant. Matthæus *paræm. 4. num. 13. Et paræm. 5. num. II.* verum cum inter conjunctas personas facile fraus frui posset, Bruxellenses uti & Antverpienses *tit. 57. art. 3.* tum demum transferendi dominii, & juris realis vim sponsalitiis tabulis inducunt, cum coram Scabinis vel saltem coram Notario & Testibus confectæ sunt. Unde conformis est hic articulus certæ interpretationi à sua celsitudine factæ 18. Februarii 1626. & exstat apud Ansel. *in interpret. ad art. 24. Edict. perpet. §. 19. confer. Mornac. ad l. 8. ff. de capit. min. Et ad l. 26. ff. de pign. act. Et ad l. ult. in fin. ff. de contrab. empt. Molin. ad Consuet. Ambian. art. 65. Du Fresne ad easd. consuet. art. 137. num. 5. Leeuwen censur. for. lib. 2. cap. 8. num. 7. Et lib. 4. cap. 23. num. 22.**

Turbæ ad Titulum de Jure Conjugum Spectantes. *Vide Tom. I. pag. 288.*





TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

*De Jure Usufructuariis compe-
tente, & de oneribus in
quæ tenentur.*

Articulus CCLII.

*S*UPERSTES conjugum sive Liberos ha-
beant sive non, quamdiu vivit
habet usumfructum in Bonis, Fun-
dis, Locationibus, Censibus ac Reditibus,
quæ die obitus ad prædefunctum spectarunt,
ubi ea Civitatis juribus subjecta sunt, idque
tam quo ad Patrimonialia, Collateralia quam
bona quæ via legati obvenerunt, nec non in
medietate bonorum acquiritorum stante matri-
monio, sive solus Maritus, sive Uxor, sive
uterque simul ea acquisiverint ut ante dictum est.

**SUPERSTES CONJUGUM HABET USUM-
FRUCTUM**) Plurimorum Brabantiae locorum
moribus superstiti Conjugum in bonis Præde-
functi, ususfructus competit: & constat de
consuetudine Lovaniensi tit. 12. art. 13. The-
nensi tit. 12. art. 1. Landensi tit. 5. art. 1.
Distemiensi tit. 1. art. 1. Curiae feudalis Bra-
bantiae art. 25. Cur. feud. Grimberg. art. 1.
Sylvæ Ducensi tit. 8. art. 10. Helmont. tit. 2.
art. 1. Mosæ Trajectina tit. 3. art. 1. Deur-
nensi art. 716. qui tamen alibi locum non habet

nisi pactis dotalibus, aliave dispositione relictus sit: Antverpiæ *tit. 41. art. 60.* Bergozom. *tit. 8. art. 29.* alibi tantum medietatem usufructus habet superstes, ut in bonis Uckellensibus *art. 9. & 10.* item de consuetudine Lirana *tit. 15. art. 34.* Santhov. *art. 87.* Casterl. *tit. 12. art. 2.* Ghelenfi *tit. 11. art. 1.* Hilvarobecana *art. 2.* Mechlin. *tit. 16. art. 19.* ad quod non sufficit mors civilis vetuti si maritus sit deportatus bannitus per sententiam & bona ejus confiscata sint Christin. *ad d. art. 19. ll. municip. Mechlin.* cum civilis mors dumtaxat consideranda sit quando actus periret Mornac. *ad l. 48. ff. de jur. fist. & ad l. ult. Cod. de his qui veniam ætat.*

Quod si bona prædefuncti sint subjecta restitutioni, in iis etiam superstes habet usumfructum secundum ea quæ tradit Peckius *de testam. conjug. lib. 1. cap. 6.* Stockmans *decif. Brab. 61.*

Sed usufructus non transit sine onere: quandoquidem Justiniano *in novell. de trient. & semiff. §. prohibemus.* visum sit crudele ut superstes pleno usufructu fruatur, & proprietas sola ad liberos transeat, unde durante usufructu Belgicæ nostræ consuetudines hoc adhibent temperamentum, ut interim alimenta, & suo tempore congrua dos liberis assignetur Wames. *conf. civ. 66. num. 9. cent. 1.* Deckher. *dissertat. priorum. 7. lib. 1. num. 17.* Stockmans *decif. Brab. 3. num. 14.*

Neque hunc usumfructum alter conjugum in alterius præjudicium tertio cuidam legare poterit, nisi cum ejus consensu Masuer. *in tit. de societate §. 1. in fin.*

Articulus CCLIII.

Sed in Bonis, Fundis, Locationibus, Censibus ac Reditibus quæ ad prædefunctum ante obitum pleno jure non successerant,

& quorum erat nudus Proprietarius, alter vero usufructuarius, superstiti non competit usufructus, cum duplex usufructus eodem tempore non cadat in eadem bona, nequidem post mortem ejusdem usufructuarii, si praedefunctus ante usufructuarium obierit, sed eo casu per mortem usufructuarii, Liberi & Heredes vel propinqui ipsius praedefuncti, fiunt Proprietarii & Domini eorundem bonorum ac Redituum & libere de iis possunt disponere, citra intuitum praedicti superstitis.

Articulus CCLIV.

Usufructuarius tenetur solvere gravamina, Census ac Reditus quae ex bonis usufructui subjectis debentur, usque ad diem obitus sui inclusive: quaeque post obitum debentur, feret Proprietarius vel Heredes bonorum neque unus aut alter tenetur pro rata.

TENETUR SOLVERE GRAVAMINA) Cum gravamina sive onera sint pars fructuum, & commoditatis fundi, cujus Reditus minuuntur, & debent ab omni possessore, & fructus percipiente solvi, etiamsi non sit Dominus, ut hic secundum doctrinam Molinæi §. 55. gloss. 1. num. 17. non dicuntur enim fructus nisi deductis his oneribus. l. haecenus, l. si pendentes §. si quid cloacarii de usufruct. l. quæro ff. de usufruct. leg. quod & fundamentum est consuetudinis Lovaniensis tit. 13. art. 5. Uckellensis art. 16. Antverpiensis tit. 48. art. 5. Liranæ tit. 14. art. 3. Santhoviensis art. 80. Ghelensis tit. 12. art. 4. Sylvæ Ducensis tit. 8. art. 3. Deurnens. art. 666. Mechl. tit. 15. art. 3. ubi vide Christin.

Articulus CCLV.

SI durante tempore usufructus, usufructuarius non solvat onera prædicta, & exinde via executionis procederetur ad evictionem dictorum bonorum, tum potest Proprietarius aut hæres dictorum bonorum solvere arrieragia ut evictionem impediatur, eaque una cum expensis desuper factis requirere ab usufructuario ejusve hæredibus eorumve bonis, actione personali, aut aliter, ut ei visum fuerit.

Articulus CCLVI.

Usufructuarius bona, in quibus usumfructum habet, sarta tecta conservet, parietes & tectum replet, ita ut aquam & ventos arcere possint: quod si Edificium vel major fabrica Domus pro usufructu possesse, vetustate lapsum minaretur, ita ut tolli & refici deberet, & si hoc prævia visitatione coram Commissariis legalibus, à juratis Præfectis Limitibus & ab operarum Magistris declararetur, eo casu Usufructuarius ac Proprietarius eorumdem bonorum observabunt articulum 47. statuti Præfectorum Limitibus.

SARTA TECTA CONSERVET &c.) Fundamentum hujus Articuli, uti & consuetudinis Lovaniensis tit. 13. art. 1. Thenensis tit. 1. art. 1. statut. evict. Distemienf. art. 11. statut. Architectular. Bruxell. art. 95. Rodiens. art. 9. Antverpiensis tit. 48. art. 2. Liranæ tit. 14. art.

I. Casterlensis tit. 12. art. 3. Ghelensis tit. 12. art. 1. Bergozomiensis tit. 18. art. 34. Sylvæ Ducensis tit. 8. art. 1. Bifferanæ tit. 4. art. 5. Mol. art. 145. Deurnens. art. 679. Mechl. tit. 15. art. 1. est in l. si domus 18. l. usufructu legato §. quoniam igitur & ibi Costal. l. hætenus l. æquissimum. §. fructus ff. de usufruct. usufructuarius quippe omnem curam diligentis custodis adhibere debet. l. 1. §. final. cum l. seq. ff. usufruct. quemadm. caveat. ita ut in omnes reparationes minores teneatur, majores non item, sive ut modica impensa ad fructuarium pertineat, immodica vero ad proprietarium d. l. hætenus. Et l. usufruct. §. fin. ff. de usufruct. Et l. eum ad quem 7. Cod. eod. Hinc vetustate corruentia tecto instaurare non cogitur fructuaria mulier, sed hæres si ea refecerit, uti illam patietur, citata l. hætenus ff. de usufruct. collapsarum tamen ædium restitutioni integræ non fit obnoxius hæres instante fructuario, modo eum servet indemnem, æque commoda habitatione, vel ipsius æstimatione, arbitrio boni viri, argumento l. si quis domum in pr. ff. locati Et in c. 1. de investit. de re alien. fac. in feud. vide latius Loyseau du deguerpissement lib. 5. cap. 8. Castillo Sotomajor tract. de usufruct. cap. 56. Buridan. ad consuet. Remens. art. 243. Pontan. ad consuetud. Blasenses art. 189. Tronçon ad consuetud. Paris. art. 262, 267, 287. Mornac. ad l. 19. ff. de usu Et habit. Chassanæ. ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 6. ad verba de maintenir en bon Et convenable estat.

Articulus CCLVII.

Usufructuarius poterit congruo tempore cadere omnis generis Arbores leviores, uti Abietes, Alnos, Populos, Cerasas rubras,

Salices & similes, & ligna minora pro commoditate loci ubi talia ligna crescunt, uti & Arbores siccas, non tamen poterit attingere ascendentes arbores, vel alias durioris ligni, uti Quercus, Fagas, Ulmos, Fraxinos & similes, sed eas usufructuarius poterit truncare & curtare, nec non ligna Sepifica cedere suo tempore pro ut ascia & falce solitum est, non agnoscendo Proprietarium.

POTERIT CÆDERE ARBORES) Arbores grandes ab usufructuario cedi non posse docet Paulus in l. II. ff. de usufruct. contra obtinet in sylva cædua qualis est quæ in hoc habetur, ut cædatur, & quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. l. sylva 30. ff. de verb. signif. quam cedere licet usufructuario, & de iis disponere. l. item 9. §. fin. ff. de usufr. alias enim potius destrueret quam uteretur l. 7. §. fundum ff. eod. cæduas vero sive gremiales arbores, quæ & gremia vocantur id est tenuia ligna, eo quod gremio colligantur, fructuario cedere licet. d. §. si fundum ubi alii cremiales legunt quod cumentur. Non poterit quoque usufructuarius excindere arbores frugiferas, nisi quæ infertiles factæ sunt præ nimia antiquitate. l. ager ff. de usufr. quo casu alias in excisarum locum surrogabit. l. in fraudem §. conductor. ff. de jure fisc. modo id fiat bona fide & sine dolo. Franc. Marcus tom. 1. quæst. 869. hinc & arbores demortuas & exsiccatas usufructuario excindere datum est l. agri 18. b. t. quia ad nullam rem sunt utiles, quam ut excindantur, ne fundum onerent. Aliud juris est in evulsis & fundo dejectis, cedunt enim proprietario. d. l. 7. §. si fundum. Zoel. ad tit. ff. de usufr. num.

16. § 18. Chassan. rub. 4. §. 17. Charond. §. 8. in consuet. Paris. Arias Pinell. in l. 1. Cod. de bon. matern. part. 2. num. 59. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 15. art. 4. ubi num. 7. omnes fere Belgarum consuetudines sibi similes in hoc esse affirmat, & specialiter constat de consuetudine Lovaniensi tit. 13. art. 6. Thenensi tit. 10. art. 6. Rodiensi art. 12. § 15. Antverpiensi tit. 48. art. 10. Lirana tit. 14. art. 5. Santhov. art. 82. Ghelensi tit. 12. art. 2. Bergozom. tit. 18. art. 33. Sylvæ Ducensi tit. 8. art. 4. Besserrana tit. 4. art. 5. Moll. art. 148. Deurnensi art. 669. Mechlin. tit. 15. art. 4.

A D D I T I O N E S.

TRUNCARE ET CURTARE) Den sleun ende tronck van opgaende Boomen bestaet in den cap ofte bouw van de water-scheuten, sonder te mogen comen aen de cruyne ende principaelste hoof-tacken van den boom, waer van het ascappen genoemt wordt toppen, ende vermogen naer houwes recht alleenelyck getopt worden de Tronck-boomen.

Den Hout-was van Bosschen, Tronck-boomen ende Canten, moet ten minsten zyn ses jaeren, costum. van Antwerpen tit. van Tochtenaers.

Volghens Costume van Loven 7. à 8. jaeren.

Naer Rechte 5. jaeren l. 80. §. 2. ff. de contrah. emp.

Articulus CCLVIII.

USufructuarius ipse retinens Stagna nec locans, non potest in iis piscari nisi tempore solito, teneturque ea curare expurgari ac debite junioribus Piscibus fovère secundum magnitudinem Stagni eoque debite uti frui.

E Adem hujus Articuli ratio quæ præcedentis, quia alias etiam esset destruere, fructus enim non dicitur, quod non nisi semel percipitur, & quod non renascitur. *Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 15. art. 4. num. 5.*

Articulus CCLIX.

U *Sufructuarius elocans Domos, Hortos, Virgulta, Prata, Terras, aliosve Fundos, tenetur se conformare articulis 121. & 122. supra scriptis.*

Articulus CCLX.

S *I Usufructuarius redimit Reditus hypothecatos in bonis ab eo in usumfructum detentis, nec desuper cessionem vel transportum sumpserit, eo casu ipsi & heredibus ejus competit actio adversus Proprietarium bonorum, in quibus Reditus ita redempti hypothecati fuerunt, ad restitutionem capitalis, vel ad hypothecationem similis Reditus aut Redituum in sufficientibus pignoribus, ejusdem valoris cum hypothecâ redempti Reditus aut Redituum.*

Articulus CCLXI.

U *Sufructuario moriente postquam fructus separati sunt à solo, & etiamnum injacent bonis pro usufructu possessis, iidem fructus sequuntur heredes vel propinquos ipsius usufructuarii, si ipsemet Terras araverit, vel*

pro medietate commodi ediderit; si vero ea locaverit, iidem heredes auferent locationem conductionem ejus anni, quamvis terminus locationis conductionis nondum venerit.

FRUCTUS SEQUUNTUR HÆREDES USUFRUCTUARI) Idque secundum *l. si fructuarius 13. ff. quibus mod. ususfruct. amitt.* ubi fructuarius spicam cæsam, etsi nondum ex ea frumentum triturerit, uvam adeptam, licet nondum ex uvis vindemiam coegerit, expressum oleum, licet nondum illud in horreum coegerit, sua facit; quod à nonnullis in dubium vocatum fuit, quia dicuntur fructus fructuarii tunc fieri, cum eos percepit, recepisse autem fructus in superioribus casibus fructuarius non videtur. Qua de re etiam disponunt Consuetudines Lovanienses *tit. 13. art. 9.* Thenenses *tit. 10. art. 7.* Antverpienses *tit. 48. art. 11.* Liranæ *tit. 14. art. 6.* Sylvæ Ducenses *tit. 8. art. 5.* Santhov. *art. 84.* Ghelenies *tit. 12. art. 6.* Moll. *art. 149.* Deurnenses *art. 670.* Mechlin. *tit. 5. art. 5.* & ibi Christin.

Articulus CCLXII.

Similiter si Usufructuarius Stagna vel Silvas elocaverit, & terminus ante obitum Usufructuarii sit elapsus, Heredes aut Propinqui ejusmodi usufructuarii gaudebunt locario elapso, quamvis etiam ipso die obitus usufructuarii Stagna non essent piscata, & Ligna minora in silvis non essent à radicibus separata.

Vide *l. defuncta 58. ff. de Usufructu.*

Articulus CCLXIII.

Lucii, omnigenique Pisces receptaculis
impositi mobilibus annumerantur, &
ad superstitem spectant, sequunturque heredes
usufructuarii post ejus mortem, non vero
proprietaryum vel heredes bonorum.

Vide supra ad art. 249. versic. sed questum
est.

A D D I T I O N E S.

Pisces qui sunt in piscina non sunt ædium
nec fundi, non magis quam Pulli, aut cæ-
tera Animalia, quæ in fundo sunt. l. 15. & 16.
ff. de act. empti.

Secus quamdiu sunt in Vivario vel lacu, nam
tunc censentur pars fundi tamquam fructus pen-
dentes. Chassan. ad cons. Burg. rub. 4. §. 2.
verbo, omnium mobilium n. 23.

Articulus CCLXIV.

Usufructus impedit præscriptionem adver-
sus Proprietarium respectu bonorum vel
redituum in usufructum detentorum, ita
ut, quamdiu usufructuarius vivit, usumque
eorum retinuit, non currat præscriptio ad-
versus proprietaryum ejusve Heredes.

USUFRUCTUS IMPEDIT PRÆSCRIPTIONEM)
Usufructuarius enim, item vasallus & em-
phiteuta, naturalem tantum habent possessionem
rei Usufructuariæ, feudalis & emphiteuticæ l.

naturaliter 12. *in pr.* & *ibi gloss. de acquir. possess.*
 & *l. sciendum* 15. §. 1. *vers. sed* & *qui vectigal.*
ff. qui satisfd. cog. civilem vero possessionem
 ipsius fundi Usufructuarii, feudalis, vel emphiteu-
 tici, non habent, sed manet civilis possessio
 penes Proprietarium Dominum feudi & emphi-
 teusis : propter quam civilem possessionem libe-
 rantur ab onere satisfdandi *d. l. sciendum.* §. 1.
vers. item qui solam. hi enim retinent directum
 dominium & habent in animo civilem possessio-
 nem istius fundi & istum conatum animi quod
 finito usufructu & non soluto canone infra
 biennium velint auferre naturalem possessionem
 ab emphiteuta. *l. 2. Cod. de jure emphit.* & ideo
 Usufructuarii vel vasallus, licet per mille annos
 possideant fundum feudalem vel Usufructuarium
 proprietatem istius fundi non præscribunt. Vide
Deckher. dissert. prior. tom. 1. diff. 3. num. 22,
24, & 26. Mornac. ad l. 15. ff. qui satisfd. cog.
 & *l. 8. Cod. de usufr.* Brodeau *sur la coustume*
de Paris art. 12. n. 154.

Articulus CCLXV.

Proprietarius bonorum, fundorum, aut
 reddituum usufructui subjectorum, non
 potest valide coram Scabinis Urbis propieta-
 tem suam transferre, gravare aut obligare sine
 consensu usufructuarii, vel nisi prius jus usus-
 fructus acquisiverit, cum secundum jura civita-
 tis, usufructus & proprietas debeant esse unita
 & consolidata, ut acquirenti detur jus Reale.

USUSFRUCTUS ET PROPRIETAS CONSOLI-
 DATA) Bona à tertio in usumfructum de-
 tenta non posse alienari, oppignorari aut alio

quovis modo obligari absque consensu ipsius Usufructuarii docent etiam consuet. Lovanienses tit. 13. art. 14. Antverpienses tit. 48. art. 8. Thenens. tit. 8. art. 11. Ghelens. tit. 12. art. 8. Mechlin. tit. 15. art. 7. Distemiens. tit. 1. art. 6. & generalis Brabantiae consuetudo, ubi usufructus hæreditarius, hoc est (*Erf-tochte*), superstiti conceditur, sed quoad simplicem Usufructuarium contrarium statuit *dictus Articul.* 14. Consuet. Lovan. *§ d.* art. 8. consuet. Antverp. vide Chassan. *ad consuet. Burg. rub.* 4. §. 6. *ad text. pour en jouyr num.* 7. Christin. *ad ll. Mechlin.* tit. 15. art. 7. Leeuw. *cons. for. part.* 1. lib. 2. cap. 15. num. 24. Mornac. *ad l.* 19. §. *proprietatem ff. de usufr.* *§ ad l.* 15. §. *si forte eod.* Henric. Kinschot. *resolut.* 25. ubi id locum non habere ait in bonis collateralibus usufructuatis, sed proprietarium de illis posse disponere uti & infra art. 309. dicitur respectu filiorum familias qui testamento possunt disponere de Bonis quorum nudam habent proprietatem.

A D D I T I O.

QUæritur *ost de nulliteyt van dese alienatie soodaenigh is, dat den Vercooper soude mogen comen tegens syn eygen feyt, vide Cuypers 113. quest. alwaer by antwoordt dat jae, eo quod alienatio prohibita sit à lege.*

Turbæ ad Titulum de Usufructuariis.
Vide Tom. I. pag. 318.





TITULUS DECIMUS OCTAVUS

De Cura Minorennium.

Articulus CCLXVI.

Parens ac genitrix habent & retinent Curatelam suorum Pupillorum. Parens in quocumque statu est, genitrix vero quamdiu vidua permanet: eademque Tutela & cura ejusdem virtutis & effectus est ac si coram Architutoribus Urbis esset acceptata.

HABENT CURATELAM PUPILLORUM) Hac in re etiam provisum est art. 1. & 8. statuti Architutorialis Bruxellensis, Parentibus nimirum competente liberorum suorum cura donec legitimo statui sese subijceant, nisi aliter testamento esset dispositum, vel Mater Vidua ad secundas nuptias convolaret, vel inhoneste viveret. Quæ tutela etiam obtinet moribus Antverpiensium tit. 36. art. 3. uti & Lovaniensium tit. 12. art. 16. nulla data differentia an Mater secundo nubat, an Vidua permaneat, quæ hic Bruxellis maxime attenditur, nam cum Mater jam Liberorum tutela suscepta ad alias vult migrare nuptias Bald. in authent. eisdem Cod. de sec. nupt. consuluit ut provideat de tutore Filiis suis, rationem reddat & reliqua restituat, & de promissis sibi curet fieri instrumentum, ne alioquin Matres incidant in laqueos legum. Quod etiam probat idem Bald.

in l. penult. Cod. in quib. caus. dum inquit quod Matres valde errent quæ non petunt Tutores, & rationem non reddunt, nec reliqua restitunt, si tamen de licentia Mariti prædefuncti iterum nupsisset, non incideret in eas pœnas, nec privaretur tutela. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 19. art. 8. num. 2. Zypæ. Not. jur. Belg. lib. 5. tit. de Tutor. vers. Mater. Gudelin. de jure noviss. lib. 1. cap. 17. sed an idem dicendum sit in Patre qui convolavit ad secunda vota? in qua quæstione Angelus Authent. de non eligendo secundo nub. §. quia vero num. 16. & in authent. de nuptiis §. si vero expectet num. 28. respondet negative, scilicet patrem qui nuptias iteravit, atque ita liberis novercam superinduxit liberorum Tutela privandum esse. Montan. tract. de Tutel. cap. 15. num. 109. vide Bugnyon. de ll. abrog. lib. 2. cap. 12. & ibi D. Christyn. in addit.

Articulus CCLXVII.

Liberi existentes in cura Parentum, possunt emancipari per Ammannum, ejusve locum Tenentem coram quatuor Scabinis Urbis, ad requisitionem Patris & Matris, ut imposterum suis commodis vacent.

LIBERI POSSUNT EMANCIPARI) Emancipationis nullum vel exiguum apud nos usum esse asserit Stockmans decis. Brab. 8. num. 2. contra Gudelin. de jur. noviss. lib. 1. cap. 13. Christin. vol. 4. decis. 185. num. 7. & ad ll. municip. Mechlin. tit. 9. art. 14. num. 7. Zypæ. not. jur. Belg. ad S. C. Macedon. Peck. de testam. conjug. lib. 2. tit. 12. num. 5. etsi pragmaticorum quidam nescio quid tenue sibi fingant, quasi post emancipationem patresfamilias non teneantur de delictis vel debitis filiorum suorum de

quibus ante tenerentur, quod refellitur per ea quæ scribunt Doctores *ad tit. ne fil. pro patre. Costal. ad l. 1. ff. naut. caup. stab. idem tamen D. Stockmans decis. 43. num. 36.* emancipandorum liberorum consensum requirit, nisi infantes sint, qui & sine consensu hoc modo sui juris efficiuntur, *per l. jubemus. Cod. de emanc. liber.* quod tamen mores hodierni non desiderant cum passim apud quemcumque Magistratum etiam absentibus liberis peragatur emancipatio teste *Wamez. cent. 3. conf. 5. num. 10. & 11.* apud nos tamen separata habitatio pro tacita emancipatione est: quando enim liberi à parentibus sese separant, seorsim habitant, propriamque œconomiam instituunt pro emancipatis habentur. *Consuet. Antverp. tit. 43. art. 73. Christin. vol. 4. dec. 186. Grot. introd. lib. 1. cap. 6. num. 10. Arn. Vinn. instit. §. 10. quib. mod. patr. pot. solv. Berlich. part. 2. pract. concl. 11. num. 23.* quod tamen apud Frisios receptum non esse inquit à *Sande lib. 2. tit. 7. defin. 6.* plura vide apud *D. Christyn. in addit. ad lib. 1. sat. 6. Philib. Bugnyon. de ll. abrog. Wamez. cent. 4. num. 52. Valer. Andr. ad Zoef. instit. quib. mod. patr. pot. sol.*

Articulus CCLXVIII.

Parentes non tenentur alere & nutrire Liberos in sua cura constitutos, quando iidem Liberi sufficientia bona possident seu à seipsis, seu via donationis, successionis vel devolutionis, ut sese alant: sed eo casu Liberos suos bonis eorum nutrire possunt, vel eis alimenta procurare ex bonis aut annuo proventu: qui si non sufficiat Parentes in supplementum tenentur, nec immobilia idcirco

possunt divendere aut aggravare, nisi Parentes bonis destituti non habeant unde suppleant, idque de consensu Architutorum Pupillarium & Magistratus Urbis.

NEC POSSUNT IMMOBILIA DIVENDERE) Parentum pietas liberos suis sumptibus educat vel educari facit. l. si quis à liberis ff. de agnosc. & al lib. si liberi aliunde non habeant: quo casu seipso suismet bonis educare & alere tenentur. Sed licet ex fructibus alimenta præstanda sint, id fieri nequit vendendo proprietatem ut pretium in alimenta convertatur. Deckh. lib. 1. dissert. 12. num. 41. vide tit. ff. & Cod. de alend. & agnosc. lib. Schneidwin. instit. de jure nat. gent. & civ. in pr. num. 8. à Sande lib. 2. tit. 8. Gudelin. de jure noviss. lib. 1. cap. 14. & quid nomine alimentorum veniat Peck. de testam. conjug. lib. 5. cap. 25. & Gudel. d. loc.

Articulus CCLXIX.

Quidquid Liberi in Parentum cura constituti acquirunt tum in Immobilibus tum aliis bonis, paratâ pecuniâ, Mercibus & aliter, illud ad Parentes spectat. Quo tamen non comprehenduntur parata pecunia, Fundi, Domus, Reditus aliaque bona tam Mobilia quam Immobilia, ad dictos Liberos devoluta aut successa ab avo, avia aliisque propinquis, neque illud quod iisdem Liberis Testamento, vel Codicillis datum & relictum est, nec illud quod mediantibus istis successis, datis, aut legatis bonis in commodum dictorum Liberorum comparatum est, sed ea bona

una cum conquestibus inde factis ad dictos Liberos spectant cum seclusionem Parentum.

AD PARENTES SPECTAT) Olim vi patriæ potestatis quidquid liberi acquirebant in patris commodum redundabat. Sed modo qui in patris potestate est, non totum patri acquirit, sed id dumtaxat quod ex jure ejus operisve quos ei præstat consecutus est. Petr. Gregor. *syntagm. jur. univ. lib. II. cap. 8. num. 21. consuet. Antverp. tit. 36. art. 7.* quidquid vero liberis aliunde advenit sive successione sive dono sive legato, ejus pleni sunt domini quoad proprietatem & usumfructum Groenew. *d. II. abrog. instit. per quas person. cuique acquir.* Gudel. *de jur. noviss. lib. I. cap. 13.* Christin. *vol. I. dec. 96. num. 21.* uti & ex generali consuetudine Galliæ notat Papon. *lib. 6. tit. 12. arr. 4.* Annæ. Robert. *rer. judic. lib. I. cap. 1.* Argent. *ad consuet. Brit. art. 465. gl. I. num. 3.* plura vide apud Bugnion. *de II. abrog. lib. I. sat. 22.* & ibi annotata item *lib. 2. sat. 152.* cæterum si quis infanti quem à baptismo suscepit aliquod munus offerat vel donet, id non ipsi infanti, sed ejus parentibus acquiritur, quia eorum contemplatione donatum censetur, nisi alia donationi lex adhibeatur. Paul. Bus. *ad l. 3. de his qui sui vel alien. jur. stant.* Mantic. *de Ambig. lib. 13. tit. 21. num. 24.* consuet. Antverp. *tit. 41. art. 66.*

A D D I T I O N E S.

GEturbeert den 8. October 1569. in saecke voor Heeren Wethouderen, tusschen Hieronymus Boote, ende Maria de Rouwe, dat alle Giften die by iemant vremds, ende oock van 't Maeghschap Collateraël, de Kinderen wesende in de plicht van hunne Ouders, gedaen worden, 't zy in haeve als

andersints, de selve Kinderen vast ende gestaedigh blyven.

Item by contrarien thoon, dat de Giften van der Vonte aenveert worden door de Ouders, ende blyven t'bunder dispositie, ende dat de deponenten niet en wisten gewesen te zyn dat andere Giften niet en souden voor de Ouders zyn.

Articulus CCLXX.

MOBILIA vel nummi Pupillis dati vel legati vel ad eos successi, ut supra, in commodum eorundem Pupillorum debent applicari emendo Immobilia aut Reditus, nec ea bona aut nummi possunt applicari alimentationi, nisi proventus annuus Immobilium & Reditum esset insufficientis.

NISI PROVENTUS ANNUUS ESSET INSUFFICIENTIS) Quando liberi sufficientia bona habent, vel opificiis suis vel servitiis seipos alere possunt non amplius sunt alendi à parentibus, sed excludendi à domo paterna ut è nidis aves, cum volare incipiunt. Munnoz d'Escobar de racion. tom. 2. cap. 4. n. 3. 4. vide Groenew. l. 12. §. ult. de adm. & peric. tut. Neostad. defin. 51. circa fin. & l. 7. §. 3. ff. de administr. & peric. tut. l. 3. Cod. de usur. pupill. novell. 72. cap. 7.

Articulus CCLXXI.

LIBERI in cura Parentum matrimonium contrahentes sui juris fiunt, & ab omni cura solvuntur, licet competentem etatem nondum attigerint: & consequenter habiles sunt ad negociandum, contrahendum, propriumque commodum & incommodum facien-

dum : liberi tamen ita conjugati ante 28. annum coram Scabinis Urbis non possunt inire promissiones, transportus, gravamina aut obligationes Immobilium aut Redituum, nisi assistentibus quatuor Propinquis, vel eorum defectu, mediante auctoritate legis : uti supra capite de Contractibus declaratum est.

MATRIMONIUM CONTRAHENTES SUI JURIS FIUNT) Quandoquidem indecorum esset virum in suam potestatem recipere uxorem, & alienæ subijci potestati, Pet. Gregor. *syntagm. jur. lib. 1. cap. 10.* uti observabant Romani. *l. filia 12. Cod. de collat. l. penult. Cod. de collat. dot. l. prospexit 12. §. pater. ff. quid & a quib. manum. l. sed interim. 12. §. idem ait. ff. de donat. inter vir. & ux. §. 2. instit. de S. C. Tertull. non abs re Brabantia moribus liberi utriusque sexus omnino à jure potestateque parentum eximuntur contrahendo matrimonium. consuet. Antwerp. tit. 36. art. 11. tit. 41. art. 12. tit. 43. art. 66. Lovan. tit. 12. art. 16. statut. pupill. Lovan. art. 55. statut. pupill. Bruxell. art. 14. consuet. Herentall. tit. 13. art. 12. Casterl. tit. 5. art. 17. Ghelens. tit. 9. art. 13. statut. pupill. Bergozom. art. 34. consuet. Bladel. art. 22. Mechlin. tit. 19. art. 5. item tit. 20. art. 27. Gudelin. *de jure noviss. lib. 1. cap. 13. in fin.* Zypæ. *not. jur. Belg. tit. de tutor. vers. matrimonio.* Peck. *de testam. conjug. lib. 2. tit. 12. num. 5.* Christin. *ad ll. Mechlin. tit. 19. art. 27. & tit. 9. art. 14. num. 7. & vol. 4. decis. 185. num. 7. & vol. 2. dec. 132. num. 16.* Stockmans *decis. Brab. 112. num. 8.* uti & de aliis Belgii locis testantur Goris *in advers. tract. 4. §. 8.* Groeneweg. *de ll. abrog. ad §. ult. instit. de patr. pot. Buius ad l. 2. num. 2. ff. de minor.**

Grot. *introd. lib. 7. num. 9.* Leeuwen. *conf. for. lib. 1. cap. 9. num. 9.* quod apud plerasque alias Europæ nationes receptum post Hering. *de fide jussor. cap. 7. num. 621.* Narrat à Sande *decif. Frific. lib. 2. tit. 7. def. 5.* ut apud Germanos Hermann. Vultæjus *ad §. ult. instit. quib. mod. patr. solv. Joann. Sichard. ad rubr. Cod. qui admitti ad honor. possess. Britones Boer. decif. 197. num. 3.* Argentæ. *ad consuet. Brit. art. 499.* Gallos Argentæ. *d. art. 499.* Louet *au recueil des arrests not. in lit. M. num. 18.* Charond. *in memorab. verb. enfans. Pontan. ad consuet. Bles. tit. 1. art. 1.* Hispanos Gutierrez *lib. 2. practic. conclus. 9.* Gomez *ad l. 47. Tauri num. 2.* Ferdin. Vasq. *de success. progressu. §. 1. num. 34. & 43.* Arius Pinell. *ad l. 1. Cod. de bon. matern. part. 1. num. 34.* Anglos Alberic. Gentil. *in tract. de nupt. lib. 3. cap. 1.* Thom. Schmid. *de administrat. Reip. Anglor. lib. 3. cap. 1.* Italos Anton. Hering. *d. cap. 7. n. 621.* cujus juris ratio redditur apud Cassiodorum *lib. 7. epist. 11.* quod nempe durum fuerit visum eos non habere libertatem liberam unde liberi procreantur.

NON TAMEN ANTE 28. ANNUM &c.) Contrarium obtinet Lovanii ubi minores per nuptias absolute fiunt majores, ita ut alienare possint etiam citra consensum proximorum *tit. 12. art. 3.* uti & obtinet apud Hollandorum plerosque, & de Ultrajectinis testatur Rodenburg. *tract. de jure quod orit ex statut. tit. 4. cap. Wesel. ad novell. Ultraject. art. 13.* contra *l. 3. Cod. de his qui ven. etat. cui conformis est consuetudo nostra non permittens minori conjugato rerum suarum alienationem aut oppignorationem nisi de consensu proximorum aut interveniente decreto judicis: vide Stockmans decif. Brab. 125. in princ. Wames. cent. 1. conf. 26. num. 15. Lambert. Goris tract. 4. §. 8.* unde consuetudo

hæc ex communi praxi hanc interpretationem recipit ut tantum procedat quatenus liberis prodest: quatenus vero obesset intelliguntur liberi adhuc in sacris paternis permanisse à Sande d. def. 5. vers. quo tamen casu.

Articulus CCLXXII.

Liberi in cura & sub potestate Patris aut Matris non possunt Parentes suos obligare vel gravare sive delicto, sive culpa casu criminis, sive Contractibus, promissionibus aut conventionibus per eosdem liberos cum aliis initis, nisi casu mulctarum publicis constitutionibus in Parentum gravamen statutarum.


LIBERI NON POSSUNT PARENTES OBLIGARE) Neque ex contractu, neque ex delicto patris conveniri filius potest l. 1. § 4. Cod. ne filius pro patre vel. idque è converso: adeo ut nec ob æs alienum filii in executionem trahi possit peculium adventitium. l. cum non solum §. 1. & ibi DD. Cod. de bon. quæ lib. Wames. cons. 99. cent. 1. quia id patrem oneraret, saltem in usufructu quem in bonis adventitiis filii habet: sane læsæ Majestatis pœna aliquatenus ad liberos etiam innoxios pertingit juxta l. 5. Cod. ad l. jul. Majest. Tulden. ad d. tit. Cod. ne filius pro patre: vide etiam Vinnium instit. de oblig. quæ quasi ex del. nasc. §. 2. Grot. introd. l. 3. part. 1. num. 48. & ibi Groenew. Bugnyon de ll. abrog. lib. 1. sat. 57. & ibi D. Christyn.

A D D I T I O N E S.

DEsen 272. art. is conform aen den Landt-charter van Cortembergh articulo 10. doch moet het Kindt naer het misdæet, jaer ende dagh uyt den Huyse blyven.

Nochtans is een notoir gebruyck, dat in alle Politiecke Ordonnantien, behelsende Boeten oft Amenden, de Ouders responsabel gemaect worden voor hunne Kinderen, gelyck oock de Meesters ofte Meesteressen voor hunne Knechten ende Dienst-boden.

Turbæ ad Titulum de Cura Minorenium spectantes. Vide Tom. I. pag. 326.




TITULUS DECIMUS NONUS

De Tutelis & Curis.

Articulus CCLXXIII.

Quo ad Tutelam aut Curam quam Parentes vel propinqui habent de Pupillis vel Minorrennibus Urbis curæ subjectis, uti & de mente captis, nec non de administratione ac regimine eorum personarum & bonorum, facta est per Ammannum & Magistratum certa constitutio, cui sese conformant.



TITULUS VIGESIMUS

De Successionibus & Divisione Hereditatis.

Articulus CCLXXIV.

Mortuus saisit Vivum, proximum suum Heredem, capacem ad succedendum, bonorumque possessio defuncti continuatur in Herede.

MORTUUS SAISIT VIVUM) Hanc consuetudinem memorat Cyn. in *l. ea lege col. 1. Cod. de condic. ob. caus.* Joann. Fab. in §. *summa autem divisio instit. de interdict.* ac licet jure scripto in acquirenda hæreditatis possessione hæredis facto ac naturali possessione opus sit : *l. cum heredes in princ.* & *l. qui universas §. quod per colonum ff. de acquir. poss.* & *l. 2. Cod. de crim. expil. hered.* consuetudine tamen vel statuto , possessionis in hæredem continuatio sine facti apprehensione induci potest *cap. 2. de consuetud. junctis his quæ eo loci Panorm. Innoc. ac recentiores notant : quod & firmat Baldus in l. fin. versic. unum tamen non est omittendum. Cod. de Sacros. Eccles.* quo in loco etiam possessionem ejusmodi maxime civilem esse ait , cui in *ea l. cum heredes* recentiores suffragantur. Id præterea notat Alex. Immol. *conf. 83. gl. in l. in suis de lib. & posthum.* confert etiam in argumentum utilis textus in *l. raptores Cod. de Episc. & Cleric. in verb. Ecclesia vero omnem potestatem & plenam possessionem earumdem rerum nostræ habeat beneficio & l. cum miles ff. ex quib. caus. maj.* ubi defuncti possessio quasi conjuncti in hæredem descendere , atque filius patre mortuo , non ad nova bona , sed ad propria venire dicitur. *l. 1. §. largius ff. de success. edict.* cum etiam illo superstite bonorum ejus dominium quodammodo filius habeat. *l. in suis ff. de lib. & post. & facit. l. cum miles 30. in princ. ff. ex quib. caus. major.* ubi possessio defuncti , quasi juncta , descendit ad hæredem : ad quam *l. vide omnino Cujac.*

Cæterum moribus hodiernis ita plene defertur hæreditas ut etiam possessio continuetur ipso jure à defuncto in hæredem non solum suum , sed & extraneum , quod per totum Belgium invaluit. *Zypæ. not. jur. Belg. tit. unde liberi ,*

unde legit. num. 19. *Christin. vol. 1. dec. 170. n. 2. Gudelin. de jure noviss. lib. 2. cap. 18. Perez. Cod. de edict. d. Adrian. Toll. Leeuw. cens. for. lib. 3. cap. n. 3. & nominatim exprimitur hoc articulo item de consuet. Antverp. tit. 41. art. 8. item tit. 47. art. 1. Santhov. art. 99. Deurnens. art. 695. quod & per totam Galliam obtinet. Hinc illud receptum actioma le mort saisit le vis. & apud nos (den dooden erst den levenden) de quo vide tract. Tiraquelli in quo teste Argentæo ad consuet. Brit. art. 509. ille sic materiam hanc tractavit ut dicendum nil relinqueret. Chassan. ad consuet. Burg. tit. de successions §. 1. Car. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 9. gl. 4. num. 8. Pyrrh. Angel. ad consuet. Aurel. tit. de testament. Ant. Fab. jurisprud. Papin. lib. 1. tit. 2. cap. 18. Coraf. 6. Miscellan. cap. 13. Imbert. enchirid. vers. heres Grivell. dec. 31. Tronçon. sur les coust. de Paris art. 318. Guil. Terrien. sur la coust. de Normandie liv. 6. chap. 3. num. 11. & liv. 8. chap. 6. num. 8. Jean Vigier sur les coust. d'Augoumois tit. 7. art. 84. §. 1. Jean du Fresne sur les coust. d'Amiens tit. 4. art. 66. §. 1. Pontan. ad consuet. Bles. art. 136. le Grand sur les coustumes de Troye tit. 6. art. 82.*

Quin imo apud nos possessio illa à consuetudine hæredi attributa tanti est momenti ut vigore ejus omne remedium possessorium, atque imprimis interdictum uti possidetis sive manutentionem intentare possit Kinschot resp. 1. Carol. de Mean ad jus civ. Leodiense obs. 97. Joann. Fab. ad §. sui autem num. 4. instit. de hered. qualit. & diff.

Articulus CCLXXV.

Hinc Liberi legitimi & eorum descendentes per representationem Parentum suorum, Patri aut Matri, Avo Avique

in omnibus eorundem bonis tam Mobilibus quam Immobilibus in Civitatis Bruxellensis territorio sitis, succedunt, dividuntque ea equaliter per capita, tam Fœminâ quam Masculi, Juniores quam Seniores, Nepotes per representationem, ut supra, cessante omni inter eos prerogativa. Si vero defunctus nullos Liberos relinquat, proximis ejus consanguineis heredibusque ejusdem bona per stirpes obveniunt.

PER REPRESENTATIONEM) Liberos in locum parentum succedere eorumque personam representare non tantum consuetudinis est, sed & juri Romano conforme. §. *cum filius filiae instit. de hered. que ab intest.* Novell. 118. cap. 1. ubi Imperator Justinianus constituit filios aut filias aut alios descendentes in proprii parentis locum succedere sive sub potestate defuncti, sive suæ potestatis inveniantur: tantam de hæreditate morientis accipientes partem, quancumque sint, quantam eorum parens, si viveret, habuisset: quam successionem in stirpes vocavit antiquitas, eademque obtinet etiam de moribus Lovanienfium *tit. 14. art. 1.* Thenens. *tit. 12. art. 6.* Leeuwent. *tit. 2. art. 1.* Uckellens. *art. 14.* in Curia Feud. Grimberg. *art. 5.* item de consuetudine Nivellensi *art. 37.* Antverpiensi *tit. 47. art. 20.* Lirana *tit. 15. art. 9. & 45.* Santhov. *art. 95.* Herentall. *tit. 12. art. 2.* Casterl. *tit. 12. art. 13.* Bredana *tit. 1. art. 11.* Sylvæ Duc. *tit. 17. art. 1.* Moll. *art. 93.* Deurnens. *art. 729.* nimirum tam in linea recta quam collateralis exceptis Thenensibus *tit. 12. art. 9.* Lovanienfibus *tit. 14. art. 5.* Leeuwentibus *tit. 2. art. 2.* Feudis Grimbergens. *art. 10.* & Brabanticis *art. 33.*

Mechliniensibus *tit. 16. art. 1.* in quibus tantum obtinet in linea recta, non vero in collateralis, idque in infinitum: Mosæ Trajectinos excipe ubi tantum ad tertium gradum extenditur repræsentatio *tit. 43. art. 16.* sed & Edicto 5. *Januarii 1531.* Ordinatum est ut in Territorio Wasæe sublata sit consuetudo quæ nepotes à successione Patruorum & Avunculorum, Amitarum Materterarum excludebat: sed in posterum illi cum his admittantur per repræsentationem, quæ tamen non ulterius locum habet in pronepotibus, &c. cum irritatione si quid secus actum judicatumque fuerit. Zypæus *not. jur. Belg. tit. unde liberi num. 15.* apud Batavos non tantum repræsentatio secundum jus novum *d. nov. 118.* in Fratrum, Sororumve prædefunctorum filiis locum habet: sed ulterius ad eorundem Nepotes, & Patruorum Avunculorumque Filios, inclusive extenditur. Leeuwen *cons. for. lib. 3. cap. 15. num. 2. vers. apud Batavos,* quæ communis repræsentationis admissio ante Caroli V. tempora non ita profus obtinebat. Sed antequam idem ille Aug. Mem. Imperator hoc Belgium Filio suo Philippo resignaret ejusdem statibus proposuit pragmaticam sanctionem de jure repræsentandi in successione Principum Belgii admittendo: cui, cum Provinciales omnes essent auditi, Status Generales unanimiter subscripserunt: nimirum imposterum tam in Belgio quam in Burgundia repræsentationem in successione Principum utriusque sexus admittendam, etiam in linea collateralis in infinitum, non obstantibus legibus municipalibus in contrarium: cui subsequutum est Edictum anno 1549.

Si itaque Liberi primi gradus non sint superstitis in eorum gradum & locum ipso jure subintrant Nepotes, Neptesque ejus de cujus suc-

cessione agitur, l. 11. *Cod. de suis & legit.* remota sexus differentia quæ olim obtinuit. *authent. in successione d. tit. de suis, &c.* quomodo si filius filiave defuncti, & ex altero filio præmortuo Nepos Neptisve existat, pariter ad hæreditatem Avi vocantur. l. 3. *Cod. de suis & legit.* idque jure repræsentationis: quia Nepos, Neptisve locum & jus sui Parentis defuncti repræsentat, ita ut jam nequaquam in remotiore, sed in pari gradu cum alio esse videatur.

Ita ut Liberi Fratrum præmortuorum, ad Patru sui hæreditatem concurrentes cum suis Patruis, succedant in stirpes: quod si soli Patruis suis concurrant inter se, probabilius est eos succedere in capita *per d. l. 3.* quam cum Justinianus non correxerit adhuc vigere credi debet, & hæc sententia in judiciis obtinet Cujac. *conf. 4.* Faber *in Cod. lib. 6. tit. 31. def. 1.* Hotoman. *quest. ill. 17.* Zasius *lib. 1. resp. cap. 7. dissentiens.* Tulden. *in Cod. lib. 6. tit. de suis & legit. cap. 8.* addens quod repræsentatio consistat in fictione juris: ea autem numquam introducit, nisi cum est necessaria: adhæc cum novella Justiniani corrigat jus antiquum, ea extendenda non est. Adeoque ipsa novella hanc sententiam confirmat quæ eo ipso, quo repræsentationem in dispari gradu constituit, censetur eam à paritate gradus removisse. Adeo ut plerisque in locis in hoc ordine nulla sit repræsentatio. Et eam sententiam docendo amplexi sunt, Salic. *in authent. cessante Cod. de legit. hered.* Haneton *de Feud. lib. 2. cap. 6.* Donell. *9. comment. cap. 4.* Forster. *de success. ab intest. lib. 8. cap. 3.* Bronchorst *cent. 3. assert. 69.* Arnold. Vinnius *quest. sol. lib. 2. cap. 30.* Gudelin. *de jure Noviss. lib. 2. cap. num. 11.* & in judicando Curiaæ supremæ, uti Gallicanæ apud Imbert *in Enchirid. verb. succeditur Papon. lib. 21. arr. 11.*

§ 12. Tholosana apud Maynard *lib. 6. dec. 92. num. 3.* Dolona apud Grivell. *dec. 130.* Pedemontana apud Thesaurum *dec. 162.* Sabaudica apud Ant. Fab. *Cod. lib. 6. tit. 33. def. 1.* Leodienses apud Meán *lib. 1. ob. 74. num. 13.* Belgica apud Christin. *vol. 1. dec. 194.* Saxonica apud Carpzov. *jurisprud. for. part. 3. constit. 18. def. 10.* & ita sæpius utroque casu, à supremo Brabantiaë Senatu judicatum fuit.

Plura quæ ad hunc Art. spectant collecta sunt à Ludov. le Grand *sur les coutumes de Troyes art. 92.* Buridan *sur les coutumes de Rheims art. 309.* de Fresne *ad consuet. Ambiac. art. 69.* Chaffan. *ad consuet. Burg. tit. des successions §. 10.* Pet. Rat. *ad consuet. Pictonum art. 277.* Guid. Coquil. *ad consuet. Berr. tit. 19. art. 43.* § consuet. Nivernens. *c. 34. art. 11.* Argentraë. *ad consuet. Brit. art. 559.* Christin. *ad ll. munic. Mechlin. tit. 16. art. 1.* Chopin. *ad consuet. Paris. lib. 2. tit. 5. num. 2, 4, 5 § 10.*

Articulus CCLXXVI.

Sub quo tamen non comprehenduntur bona in Feudum retenta à Duce Brabantiaë, Vice-Comite Bruxellensi, aliisque particularebus Curtis Feudalibus, neque bona Uckellensia, vel quæ Subselliis Sanctæ Gertrudis, Hierichuntino, Coeckelbergensi, aliisque subalternis subsunt, intra Urbem ac Territorium Bruxellense, in quibus successiones deferuntur secundum jura & mores illic observatos.

Articulo precedenti omnis inter Liberos tollitur prærogativa, quo tamen dumtaxat disponente de Bonis Allodialibus, hic Articulus de Bonis Feudalibus nihil statuit, sed ad con-

suetudines Feudalis Brabantiae Curiae remittit :
 quorum Articulus 21. Filio primo genito , vel
 defectu Masculorum Filiae natu majori relinquit
 jus Patronatus Feudalis , commoda accidentaria ,
 arcesque Feudales , ac exercitium ad dominium
 pertinens , potestatem videlicet creandi & de-
 ponendi Officiarios , pares Curiae , & Ministros
 ad justitiam unicuique administrandam , fidem
 recipiendam , & reliquos omnis generis actus
 executionis & justitiae faciendos , item habet
 bessem ex Censibus , Reditibus , aliisque certis
 obventionibus , quae ad Feudum pertinent :
 triens vero eorundem Censuum ac obventio-
 num ad reliquos Filios , vel iis deficientibus ad
 Filias spectat , sive unus sit , sive plures. Neque
 refert quod Feuda sint reducta adinstar Patri-
 moniorum , cum hoc tantum locum habeat ubi
 peculiari consuetudine aut moribus nihil dispo-
 nitur , uti in Feudo Brabantiae , in quo praer-
 tur Filius primogenitus. Filiis deficientibus suc-
 cedit Filia primogenita : deficientibus descen-
 dentibus , Frater natumaximus , Soror , aliive
 ascendentes aut collaterales succedunt eo ordine
 quem exacte & ex professo referunt Neostad.
*de Feud. Holland. success. Grot. introd. lib. 2.
 part. 41.*

Articulus CCLXXVII.

S Alvo tamen si Pater aut Mater , simul
 aut seorsim , vel eorum supervivens ,
 Testamento , Partitione , aut aliter coram
 Scabinis Urbis , tempore quo habiles erant ,
 voluerunt , statuerunt ac disposuerunt , quod
 Liberi quos tum habebant , aut postmodum
 susciperent , ex eodem aut altero matrimonio ,
 bona subiecta juri dictorum Subselliomm ,
 equaliter

æqualiter deberent dividere, ita obtineret :
dictique Liberi tali dispositioni sese tenentur
conformare, non obstantibus contrariis Juribus
aut Consuetudine, si velint se pro Hærede
gerere suorum Parentum.

Articulus CCLXXVIII.

Representatio Liberorum, seposita omni
graduum distinctione, intra Urbem ejus-
que Territorium, locum habet quo ad suc-
cessionem bonorum Urbis Juribus subjectorum,
& coram Scabinis dicte Urbis mancipatorum,
tam in linea collateralis quam directæ in
infinitum.

Numquam datur repræsentatio de persona
vivente, sed tantum de parente mortuo
naturaliter vel civiliter. Mornac. ad l. 7. ff. de
his qui sui jur. fideicommissum tamen non ad-
mittit repræsentationem. Text. in l. si libertus
præterito §. si libertus ff. de bon. libert. & in fidei-
commissis veritas non fictio attenditur l. fidei-
commissum ff. de condit. & demonstr. Deckher lib.
1. diff. 17. num. 21. neque locum habet in terris
ubi observatur regula (het naeste bloedt hoort het
goedt.) Val. Andr. de hæred. que ab. intestat.
des. num. 7. alias obtinet in infinitum tam in
successione collateralis quam directæ uti & apud
Britannos testatur Argent. art. 559. gl. unic.
num. 1. apud Pictones Pet. Rat. art. 277.

A D D I T I O.

DE representatie heeft plaetse in de immeubele
Goederen volgens desen Art. dan schynē
geen plaetse te hebben ten regarde van de Meubelen
ultra Fratrum Filios.

Articulus CCLXXIX.

NEc Liberi nec Nepotes aut Propinqui ipsius defuncti tenentur sese pro Hærede gerere defuncti, sed à successione ad eos devoluta possunt abstinere, eamque deserere ac repudiare, si ita eis visum fuerit, modo tamen id fiat sine fraude aut dissimulatione.

NON TENENTUR SE PRO HÆREDE GERERE) Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur l. 6. quod autem ff. quæ in fraud. creditor. facta sunt l. 134. non fraudantur. ff. de reg. jur. Annæ. Robert. rer. judic. lib. 3. cap. 12. ideoque jure civili & moribus nostris nihil vetat quo minus filius paternam hæreditatem, adeoque & ipsam legitimam in creditorum præjudicium possit repudiare. Fachin. lib. 13. cap. 46. atque ita in supremo Frisiæ Senatu judicatum refert Sande lib. 3. tit. 13. def. ult. vide Molin. ad consuet. Paris. §. 1. gloss. 3. num. 11. & seqq. in Gallia autem, territorio Mechliniensi & nonnullis aliis Belgii Civitatibus, ubi mortuus saisit vivum, hæreditatis dominium ipso jure acquisitum in fraudem creditorum repudiando amitti nequit. Christin. ad ll. Mechlin. tit. ult. art. 6. 7. Charond. observ. in verb. creanciers. Mornac. & Autumn. confer. du droit in l. 68. nemo §. 1. ff. pro socio idem Autumn. confer. du droit ad d. l. quod autem & censur. Gall. in l. 19. patrem ff. quæ in fraud. cred. & in l. 5. §. si maritus ff. de donat. inter vir. & ux. Louet lit. R. arr. 20. 21. 22. facit Arg. l. non videntur 83. ff. de reg. jur. ex quibus à contrario sequitur quod liberi, etiamsi habeant jus acquisitum, possint à paterna hæreditate ab-

tinere, si nulla intervenerit fraus uti, hic in articulo expresse desideratur: ad quem vide etiam Arn. Vinn. *instit. de hered. qualit. & differ.* §. 2. num. 5. & Val. Andr. *ad eundem titulum.* num. 1.

Articulus CCLXXX.

SI vero quis vi *nativitatis aut jure sanguinis defunctum attingens, bona ejusdem Defuncti tam Mobilia quam Immobilia, aut aliter Domum ejus Mortuariam admittat, in eaque persistat, absque beneficio inventarii, idem ille tenetur in solutionem omnium defuncti Debitorum ac promissionum, ac pro iis poterit conveniri & excuti quasi principalis Debitor, secundum distinctionem supra sub titulo de Executionibus, articulis III. & II2. factam.*

HÆreditatem adire vel repudiare liberum est *l. nec. emere 16. Cod. de jure delib.* sed cum aditio res anceps sit ad damnum vel lucrum, quia per eam quis creditoribus & legatariis obligatur, etiam ultra vires hæreditatis *l. 10. & fin. Cod. eod.* ideo terminus ad deliberandum dari debuit *l. 9. & 19. eod.* huic beneficio clementia Justiniani Imperatoris aliud addidit nempe inventarii confectionem, quo cuique licet adire hæreditatem, ut in tantum solum teneatur, quantum facultates defuncti valent. §. 5. *instit. de hered. qualit. & differ.* qua de re apud Belgas existat constitutio Caroli V. Imp. Edicta anno 1544. & Edictum perpet. anno 1611. art. 30. ubi modus & forma in impetrando & exequendo beneficio huic observanda traditur Zypæ. *not. jur. Belg. tit. de jure delib.*

Kinschot. resp. 30. & 31. Gudelin. de jure noviss. lib. 2. cap. 18. Peck. de testam. conjug. lib. 1. cap. 35. Christin. vol. 4. decis. 22. cui etiam mores Gallorum, Burgundionum, Batavorum, aliorumque consonant. Chassan. ad consuet. Burgund. tit. 7. §. 13. Eguinar. Baro ad §. 5. instit. de hered. qualit. & differ. Neostad. decis. sup. Cur. 7. à Sande decis. Fris. lib. 4. tit. 2. Sim. à Leeuwen. cens. for. lib. 3. cap. 10.

Articulus CCLXXXI.

Parentes non possunt dare aut relinquere uni aut pluribus suorum Liberorum aliquam prerogativam, donationem aut prelegatum, & insuper prolem illam donatariam aut donatarias una cum aliis admittere ad divisionem bonorum Urbis juribus subjeutorum, nisi respectu alicujus obsequii aut assistentiae factae à dicta prole prehonorata aut prehonoratis, ipsis Parentibus, idque non nisi pro ratione illius obsequii, & parentum potentia, quae obsequia etiam debite deberent apparere.

Articulus hic prima fronte apparet aliquomodo contrarius subsequenti, quo statuitur parentes posse liberis benefacere ut cum tali beneficio ab ulteriori hæreditatis divisione abstineant: hic autem dicatur quod nulli liberorum aliqua fieri possit prerogativa. Ideo tamen nulla mihi inter hos articulos videtur contrarietas: cum articulus 281. tantum disponat in specie, casu quo liberi parentibus adeo obsequiosos sese præstiterint ut quasi in compensationem beneficium accipiant, quod & ne immodicum sit, ibidem cavetur. Ubi Art. 282. disponit in genere de quavis donatione, prælegato & similibus be-

neficiis uni aut pluribus Liberorum præstitis, nulla habita obsequiorum aut assistentiæ consideratione. Et sic illi qui non volunt adire hæreditatem Patris vel Matris, sed contenti donatione, ab ea abstinere volunt, cogi non poterunt ad collationem dotis vel donationis *l. ex causa Cod. fam. ercisc.* & ibi Bald. quin imo si Filix necdum dos sit tradita, potest illam à Fratribus hæredibus exigere, & sic ab hæreditate abstinere. *l. fin. ff. de collat. dot.* de quibus Præs. Everard *cons. 8. num. 3. 4.* ubi eleganter id limitat, videlicet quando omnes alii Filii habent legitimam suam: sed quoties quid deesset legitimæ jure naturæ debitæ eatenus talis compelli posset ad supplendum ex donatione sibi à Patre facta, licet etiam ab hæreditate Patris vellet abstinere. *authent. unde si parens Cod. de inoffic.* idque hoc Art. insinuatur dum dicitur (*naer advenant van de selve diensten ende macht van d'Ouders*, id est *pro ratione eorum obsequiorum*, & *magnitudine Hæreditatis*, & claris & expressis terminis in fine articuli subsequenti statuitur legitimam reliquis Liberis semper salvam esse debere. Quam donatio remuneratoria Patris nequit diminuere, sed eo usque poterit subsistere: neque de jure requiritur meritorum probatio, sed creditur soli assertioni Patris Kinschot. *resp. 56. num. 26.* Deckher. *lib. 2. diff. 6. num. 3.* vide tamen Mornac. *ad l. 27. ff. de donat.* & *l. 7. Cod. de probat.*

Ad hunc Art. facit *decis. 28.* Pet. Stockmans qua decisum est uni Liberorum non posse imponi Fideicommissum, cæteris omnibus portione sua libera relicta: quia non intelligitur tantumdem relictum illi qui portionem suam cum onere fideicommissi accipit, quam alteri, cum ejus vix Dominus esse censeatur, eo quod alienare nequeat, atque adeo solet pro usufruc-

tuario vulgo reputari, & sic inæqualitas inducitur, & prærogativa afficitur ille cui Bona libera relinquuntur.

In fine ejus decisionis addens omnes tum tenuisse consuetudinem hanc non pertinere ad Bona extra territorium Bruxellense sita, & proinde vim suam habere Fideicommissum in extraneis omnibus Bonis uti & hoc Art. statuitur, in verbis (*ten Stadts Rechte gelegen*, id est: *Urbis Juribus subjectis*. Vide & D. Stockmans *decis.* 35.

A D D I T I O N E S.

POtest fieri donatio remuneratoria Menoch. tom. 1. *conf.* 29. num. 2. & ob bene merita de quibus debet constare *ibid.* num. 19, 20 & 21.

Vide Wamef. tom. 2. *conf.* civ. 7.

Item Le Grand *sur la coutume de Troyes part.* 2. *tit. des droits des successions ad art.* 113. fol. 91. *welcken art.* 113. *quadrat met de 7 à 8 eerste linien van desen art. vide aussi l'art.* 136. *de Troyes item den 303. art. der Costume van Parys.*

Quid si Testator scripserit se talem summam Filiaë dedisse an credatur hoc asserenti, & an Filia cogetur assertam summam conferre? an admittetur ad probationem contrariam? vide H. Kintf. *resp.* 73.

Articulus CCLXXXII.

SI vero Parentes è Liberorum suorum unum aut plures (rationibus ad hoc moti) velint præ reliquis honorare, hoc iis permissum est via divisionis, Testamenti, Donationis, aut aliter per Contractum, donando paratas Pecunias, Merces, aut Bona Immobilia aut Reditus, ita ut sufficiant ut cum

eis à successione Parentum abstineant : ita tamen ut per hoc Liberorum reliqui in legitima de jure Liberis in Parentum Bonis competente , nullum præjudicium patiantur.

Vide quæ ad Articulum præcedentem dicta sunt.

Articulus CCLXXXIII.

Quod si Liberi ita beneficio aut prærogativâ honorati , cum eo contenti non essent , sed una cum reliquis Liberis vellent ad divisionem concurrere & succedere in Bona à Parentibus derelicta , intra territorium Bruxellense sita ; seu virtute Testamentariæ institutionis , seu ab intestato , eo casu Liberi præhonorati tenentur conferre , quidquid in dotem aut aliter à Parentibus acceperunt , & simul illud quod Testamento , vel Donatione inter vivos vel causa mortis ipsis relictum aut donatum est à Parentibus : sive in parata pecunia , Immobilibus , Reditibus , Debitis , Obligationibus sive Monilibus aut similibus , ad estimationem prout eorum valor erat eo tempore quo illa acceperunt : Summam nempe capitalem & non interesse aut usumfructum ; vel tam diu abstinere , donec reliqui Fratres & Sorores aliique Cohæredes tantum ex bonis habuerint Parentum defunctorum , vel donec cum iisdem adequaverint , aut compensaverint.

Quod unus liberorum plus habuit quam alii tenetur hoc conferre juxta l. illud. 20. §. 1. Cod. de collat. l. quoniam novella Cod. de inoffic.

reclam. l. omnimodo §. fin. Cod. eod. & l. ut liberis
Cod. de collat. quo ad ibi ab Imperatore Leone
statuitur dotem vel donationem propter nuptias
conferendam esse tam à suis quam emancipatis
sive sint filii sive nepotes l. cum emancipat. §. si
duo nepotes & l. si quis filium & l. dotem dedit.
ac seqq. ff. de collat. quia computantur in legiti-
timam quando sunt profecta de substantia pa-
rentum, de quorum successione agitur & non
aliter. Chassan. ad consuet. Burg. tit. des successions
§. 5. in gloss. meilleur de l'autre num. 7. 43. &
seqq. uti & de consuetudine Lovaniensi cap. 14.
art. 3. Antverp. tit. 47. art. 31. 32. 33. Liran.
tit. 8. art. 5. Herentall. tit. 14. art. 8. Casterl.
tit. 6. art. 4. Ghelens. tit. 11. art. 15. Bergozom.
tit. 14. art. 6. Bredan. tit. 1. art. 12. Sylvæ Duc.
tit. 16. art. 3. Hilvarobecana art. 11. Oirschotana
tit. 9. art. 1. Besser. tit. 4. art. 11. Mechlin. tit.
16. art. 3. Deurnens. art. 732. vel valorem rei,
tempore perceptionis, non autem rei fructus vel
redituum canones percepti & consumpti, nisi
à tempore recusationis: quod expresse disponitur
moribus Herentall. tit. 14. art. 9. Casterl. tit. 6.
art. 4. Ghelens. tit. 11. art. 16. ex eo quod
solum conferuntur ea quæ reperiuntur in bonis
conferentis tempore mortis patris vel matris. Text.
in l. ea demum & l. filie licet. Cod. de collation.
sed fructus consumpti non sunt in bonis: ergo
non conferuntur & ita in Mechliniensi Magno
Consilio resolutum ait Christin. vol. 1. decis. 178.
Wassen. prax. judic. cap. 11. §. 54. deinde col-
latio secundum Bartol. in l. pater filium in princ.
ff. eod. est bonorum suorum communicatio,
atqui fructus consumpti non sunt mei vel
tui: ergo &c. præterea filia dotata dotem tan-
tummodo conferre cogitur l. filie dotem. Cod.
eod. idem iudicavit curia Mechliniensis respectu
fructuum non consumptorum, quia sufficit con-

ferre rem principalem Christin. *ibid.* num. 10. vide ample hanc materiam apud Pontan. *ad consuet. Blesens. tit. 11. de successione. art. 159.* Christin. *ad. ll. municip. Mechlin. tit. 16. art. 3.* Gudelin. *lib. 2. cap. 19.* Arnold. Vinn. *de collat. cap. 12. & 16.* Tulden. *Cod. de collat. & quæ supra ad art. 281. dicta sunt.*

A D D I T I O N E S.

A En de voorsf. 282. ende 283. *Artieckelen zyn conform veele Fransche Costuymen gelyck de gene van Senlis titre des donat. art. 213. gevoeght achter de wercken van Ricard.*

Den 283. art. is conform aen de geschreve *Rechten* in l. pactum cod. de collat. in qua lege improbatur pactum ut Filia contenta dote nulum ad Bona paterna regressum haberet, nec intestato Patri succedere Filia prohibetur modo dotem conferat, *het gene by den voorschreven ende voorgaenden art. gelaeten wordt in den wille ende begeerte van de begifte Kinderen, te weten van hun te vrede te houden met hun beneficie, ofte wel het selve innebrengende te connen deylen vide Everard conf. 8. n. 1. & seqq.*

Articulus CCLXXXIV.

ET quoad collationem Redituum Vitalitiorum à Parentibus emptorum super corpore alicujus è suis Liberis, dicti Liberi, in quorum commodum & corpore dicti Reditus comparati sunt, tales Reditus volentes retinere, debent conferre eorundem Summam capitalem, ad valorem quemadmodum reperietur pro iisdem Reditibus die emptionis datum fuisse.

Dividendo hæreditatem in considerationem veniunt & Reditus Vitalitii, sive corporales id est qui ad vitæ durationem alicujus determinatæ personæ sunt constituti, quorum tantummodo summam capitalem absque interesse conferri debet, uti & de fructibus, in additionibus præcedentis Articuli demonstratum est. Insuper & electio tribuitur tali personæ, super cuius vita Reditus est constitutus, illam summam capitalem conferre vel retinere sibi Reditum, æquivalentem summam pretio emptionis in hæreditatem conferendo. Vide de reitu corporali Rodenburg *de annuis reit. lib. 1. cap. 3. à Sande lib. 5. tit. 3. def. 2. Wassenaer prax. judic. cap. 11. §. 92.*

A D D I T I O.

Vide à Wesel *de connub. bon. soc. cap. 2. num. 13. tract. 2.*

Articulus CCLXXXV.

AVo aut Avia donante, faciente aut relinquente aliqua Dona vel Legata aliquibus è suis Nepotibus, in potestate Patris aut Matris constitutis, sive in parata pecunia, sive Bonis Mobilibus aut Immobilibus, tales Donationes & Legata reputantur uti data & relicta Patri aut Matri dictæ prolis, quapropter talis Pater aut Mater tenetur ea conferre, si cum aliis Fratribus aut Sororibus velit succedere in Bona derelicta à suis Parentibus, idque ad estimationem superius dictam.

Collationi id obnoxium est, quod in communi hæreditate esset, nisi inter vivos unus liberorum id accepisset. Unde neque castrense, neque quasi castrense peculium conferendum est. *l. 12. cod. de collat.* neque etiam adventitium *l. ult. eod.* Idque sive liberi emancipati fuerint, sive non fuerint *Alex. ad d. l. ult.* sed tantum profectitium confertur veluti & donatio propter nuptias, itemque dos *l. illam 19. Cod. eod.* idque ita est etiamsi dos ab Avo data sit, dummodo de ejus successione agatur *l. ut liberis 17. eod.* adeo ut & Nepotes conferre debeant dotem Matri ipsorum ab Avo donatam: quamvis ipsis ea non imputaretur in legitimam secundum *Bald. in l. 29. cod. de inoff. testam.* sed contra judicavit Senatus Brabantiaë. *Deckher 2. dissert. 6.* quod probat *D. Tulden. cod. de collat. num. 6.* si dos adhuc salva est. Ratio autem est tum quia ex Bonis Avi illa dos ad eos pervenit, tum quia absurdum esset eos melioris conditionis fore quam fuisset Mater ipsorum: tum denique quia patrum ipsi conferunt *d. l. illam 19.*

A D D I T I O.

CE qui est donné par l'Ayeul à son petit Fils, est censé donné en contemplation du Pere & Mere & doit se rapporter par lesdits Pere ou Mere Le Grand sur l'Art. 33. glos. 1. n. 3. le même sur l'art. 14. 2. gloss. 2. n. 3. & est conform à l'Article 306. de la Coust. de Paris.

Articulus CCLXXVI.

Parentes autem non tenentur conferre Donationes vel Legata ab Avo vel Avia Nepotibus extra potestatem Patris aut Matris constitutis, sive in parata Pecunia, sive Bonis

Mobilibus aut Immobilibus facta vel legata, nisi Pater aut Mater ita honorata proles ante dictum Avum aut Aviam è vivis excederet: quo casu si talis præhonorata proles una cum Coheredibus velit dividere ac succedere in Bona ab Avo vel Avia derelicta, ut ante, tenetur conferre quidquid ei ab Avo vel Avia donatum, legatum aut derelictum est.

Liberos in potestate Parentum constitutos non sibi, sed Parentibus acquirere supra art. 269. satis demonstratum est, idque vi patriæ potestatis quæ eo usque effectum suum etiamnum extendit. Eâdem vero cessante per emancipationem, matrimonium aut majorrennitatem, Liberi non Parentibus sed sibi acquirunt. Grot. introd. lib. 1. p. 6. num. 3.

Articulus CCLXXXVII.

Conjugum, Liberos legitimos relinquentium, altero moriente, proprietates Immobilium à Prædefuncti parte venientium obvenit eorum Liberis, qui ea Bona post mortem superstitis dividunt per capita.

Nonnullis Brabantiaë locis nempe Lovanii, Sylvæ Ducis, & alibi consuetudine introductum est, altero Conjugum moriente superstitem suorum Bonorum nullam habere dispositionem multo minus in Bonis prædefuncti aliquod jus retinet (præter usumfructum, qui & nonnullis in locis ei denegatur) sed proprietates Bonorum, utriusque Parentis succedit ad Liberos, vinculo vere consuetudinario quod devolutio dicitur, quod vinculum Bruxellis in usu non est, sed Bona solius defuncti ad Liberos

succedunt reservato superstiti Usufructu, uti supra art. 249. & 250. statutum est, nulla facta inter Liberos differentia.

Articulus CCLXXXVIII.

Bonorum vero ab iisdem conthoralibus, stante Matrimonio acquisite proprietates Matrimonio per mortem dissoluto, pro dimidio eorundem Liberis legitimis obvenit, aut his deficientibus, propinquioribus eorundem Consanguineis, ut supra art. 243. & si supervivens ad secundas aut ulteriores Nuptias procedat, iterumque alios ex diverso Matrimonio Liberos conceperit, alterum dimidium tam secundi quam prioris Matrimonii Liberi, post superviventis mortem, inter se dividunt per capita.

PROPRIETAS PRO DIMIDIO) Bona stante Matrimonio acquisita, per dissolutionem ejusdem Matrimonii bifariam dividuntur, ac pro dimidio, quasi ea medietas spectasset ad defunctum, Liberi repræsentantes Parentem defunctum, in conquestus succedunt, & sic ex ea medietate excluditur is qui ex altero Parente tantum Soror est aut Frater: cui dispositioni conformis esse videtur juris scripti dispositio *authent. cessante cod. de legit. hered. & novell. 118. cap. 3.* unde sumpta est *authent. itaque cod. commun. de success. & novell. 84. de consang. & uterin. Fratr.* quibus Fratres & Sorores utrimque conjuncti defuncto Fratri soli succedunt, exclusis Fratribus & Sororibus conjunctis ex uno latere tantum vide consuetud. *Lovan. tit. 12. art. 7. item tit. 14. art. 16. Antverp. tit. 41. art. 68. Nivel. art. 52. & 54. Liran. tit. 15. art. 32. Herentall. tit. 14.*

art. 4. Mosæ Trajectin. tit. 43. art. 11. The-
 nens. tit. 13. art. 13. Grass. lib. sentent. §. suc-
 cessio ab intest. quest. 31. in Thesaur. comm. opin.
 ac communiter DD. Charond. ad consuet. Paris.
 art. 328. & lib. 6. resp. 62. & lib. 11. resp. 22.
 circa fin. Imbert. in enchirid. in verb. heritage l.
 30. ff. pro socio l. 39. §. 1. ff. de V. S. Grot.
 lib. 2. isag. part. 12. vers. (als oock) Goris in
 advers. tract. 1. cap. 5. num. 5. & tract. 2. cap.
 6. num. 3. Sande lib. 5. def. 3. vers. soluto.
 Christin. vol. 2. decis. 58. Mæv. ad jus Lubec.
 lib. 2. tit. 2. art. 12. num. 290. Henr. Kinschot
 resp. 13. num. 38. Choppin ad ll. And. lib. 3.
 tit. 2. num. 23.

Articulus CCLXXXIX.

Quemadmodum & proprietas dimidii ac-
 questuum à supervivente, stante se-
 cundo & ulteriori Matrimonio quæstorum,
 post Usufructuarii mortem, prioris & secundi
 Matrimonii Liberis equaliter obvenit, ma-
 nente alterodimidio eorundem conquestuum
 pro Liberis secundi aut ulterioris Matrimonii,
 ita ut cujusque thori Liberi suam habeant
 partem, secundum distinctionem supra factam.

Articulus CCXC.

Alterutro Conjugum sine Liberis moriente,
 omnium ejusdem Bonorum Immobiliũ
 ceterorumque stante Matrimonio acqvisitorum
 dimidii, & ejusdem Civitatis juribus subjecto-
 rum, proprietas, proximioribus Defuncti hæ-
 redibus cedit, tam Masculis quam Fœminis,
 reservato ipsi superstiti in iis usufructu. Post

cujus mortem iidem proximiores omnia eadem Bona inter se in stirpes & per representationem dividant, ut ante.

A D D I T I O N E S.

Regula indubitata, omnes transversales in eodem gradu in capita vocantur. *Christin, vol. 1. decis. 194.*

Et eodem jure ultra Fratrum Filios non datur representatio in successione collateralali *l. 3. cod. de legit. hered.*

Articulus CCXCI.

Sed Patrimonialia & Collateralialia Defuncti Bona per stirpes eo succedunt, unde devenerunt: ut scilicet Paterna Paternis & Materna Maternis cedant Consanguineis, quorum qualibet stirps suam per stirpes iterum percipit partem, quatenus in iis jus habent, nullo habito respectu, utrum alii ex Defuncti Consanguineis, eundem proximiori gradu contingant, quam hi qui eam stirpem representant, unde eadem Bona devenerint: sic ut Thii & Thie, Nepotes, Neptesque in Bonis ex sua stirpe oriundis, ejusdem Defuncti Fratribus, Sororibusque ex uno latere conjunctis preferantur.

PATERNA PATERNIS, MATERNA MATERNIS) Regula illa plerisque Belgii moribus & usu observatur, id est ut bona patrimonialia & antiqua à trunco procedentia vulgo (*stockgoederen*) non existentibus liberis revertantur ad lineam sive latus à quo provenerunt, adeo

ut paterna deferantur contanguineis paternis, materna vero maternis. Quæ consuetudo rationem habuisse videtur non tam proximitatis gradus, quam affectionis illius, quæ colligitur ex præsumpta voluntate eorum qui bona acquirunt, quorum mens & commune votum est, ut posteris & descendantibus suis potius quam extraneis aut affinibus provideant, ac etiam affectionis illius, qua vicissim unusquisque ducitur erga bona quæ fuerunt majorum & prædecessorum suorum. *l. si in emptione ff. de minorib. Gloss. in l. 1. in verb. Et reipublicæ inter est. ff. solut. matrim. & ita expressum est consuetudine Lovaniensi tit. 14. art. 6. Lirana tit. 15. art. 11. Deurnensi art. 713. Et 721. Santhoviensi art. 98. Et 116. Uckellensi art. 22. Rodiensi art. 31. Herentallia tit. 12. art. 17. Oirschotana tit. 8. art. 1. Mosæ Trajectina tit. 43. art. 8. Gertrudo Nivellensi art. 2. Mechlin. tit. 16. art. 12. imo hanc esse communem Brabantia consuetudinem refert Kinschot. resp. 29. Gudelin. de jur. noviss. lib. 2. cap. 15. Zyp. not. jur. Belg. tit. unde liberi num. 4. & ita judicatum refert Valer. Andr. ad instit. Henrici Zoessii ad tit. de legit. cognat. success. num. 3. Christin. ad ll. municip. Mechlin. tit. 16. art. 12. idem in patria Leodiensi jus esse tradit Carol. de Mean ad consuet. Leod. vol. 1. obs. 103. Et 133. in Burgundia Grivell. decis. Dol. 109. Chassan. ad consuet. Burg. rub. 7. §. 8. in Gallia Choppin. de morib. Paris. lib. 2. tit. 5. num. 6. Le Grand sur les coutum. de Troye art. 92. gloss. 5. n. 4. Et art. 93. gl. 1. n. 4. 5. Guid. Coquille ad consuet. Nivern. tit. de success. art. 8. Charond. lib. 3. resp. 18. Et lib. 13. resp. 77. Louet lit. P. num. 28. Tiraquell. de retract. lig. nag. §. 14. gloss. 2. num. 4. Bacquet cap. 4. du droit de desherence: & hæc regula sive succedendi modus placuit Bartolo in l. post dotem*

ff. solut. & in authent. itaque Cod. commun. de success. Schneidw. instit. de hered. quæ ab intest. num. 12. aliisque quos refert Forsterus tract. de success. ab intest. lib. 3. alibi tamen explosa hac regula hæreditas in duos dividitur semisses quorum unus paternis, alter maternis defertur, nulla ratione habita, unde bona devenerint, proximior semper remotior excludente uti Antverpiæ tit. 47. art. 14. quod in nonnullis quoque Flandriæ locis observari testatur Christin. loc. cit. & vol. 4. decis. 72. Wames. vol. 6. cons. 9. in Hollandia vicinisque Provinciis ex ordinat. polit. anni 1580. art. 27. & anni 1599. art. 13. in Sabaudia Ant. Fab. Cod. lib. 6. tit. 33. def. 2. in Hispan. Covarruv. de success. ab intest. num. 3. Cevall. specul. comm. opin. quæst. 102. in Germania & Saxonia Carpzov. jurispr. forens. part. 3. constit. 17. def. 2. & 3. Mynsing. 6. obs. 55. ubi refert hanc veterum interpretum fuisse sententiam & juri magis consonam post Cyn. Dyn. Alber. de Ros. Bald. in authent. ex defuncto Cod. ad S. C. Tertull. novell. 118. c. 2.

A D D I T I O N E S.

GEturbeert den 8. Meert 1574. de genevaele Costume van Brabant te zyn, dat erfelycke Goederen ab intestato succederen ter zeyde van daer die gecomen zyn.

De antiquis herediis, quæ juxta Brabantia Consuetudinem revertuntur ad truncum à quo provenerunt vide H. Kins. resp. 29.

Et regula Paterna Paternis obtinet Bruxellis, al is't soo dat die Goeden van den rechten struyck niet af en comen, maer het is genoegh van den bloede te zyn in linea collateralis van den eersten vercryger.

Vide Valer. Andr. in addit. ad comment. Zoefii ad institut. tit. de legit. agnat. succes. n. 3. ubi

refert turbatum fuisse Bruxellis anno 1566. & judicatum 1567. ad effectum illius regulæ non requiri ut Bona procedant à communi Parente, dictamque regulam iterum in contradictorio judicio comprobata anno 1626.

Ende desen regel heeft plaetse soo in allodiale als leen-goeden. Chaffan. ad consuet. Burg. tit. des success. rub. 7. §. 8.

Vide à Sande *lib. 4. tit. 8. defin. 1.*

Hodie tamen (prout pluries jam turbatum & decisum est) non censentur alia Bona Paterna quam quæ descendunt à communi stipite in linea recta.

Articulus CCXCII.

Deficientibus Consanguineis ejus lateris aut stirpis unde Bona devenerint, cæterisque qui Defuncto in reliquis Bonis succedere possunt, eo casu eadem Bona quorum nulli Hæredes existunt ad Principem devolventur.

AD PRINCIPEM DEVOLVERENTUR) Cum juxta consuetudinem nostram Bona Paterna ad Paternos, Materna ad Maternos devolvantur hæredes, posset dubitari si in aliqua stirpe defecerit posteritas, an illius stirpis Bona alteri accrescant? sunt qui voluere non accrescere. *Christin. vol. 5. decis. 220. n. 87. & seq. Grot. introd. l. 2. part. 28. §. (den grondt) num. 4. in fin.* sed Bona ea esse vacantia & consequenter ad fiscum devolvi. *Bacquet du droit de desherence cap. 4. num. 8.* sed verius est Bona ad aliam stirpem vel lineam pervenire, eique accrescere *per l. 4. cod. de Bonis vacantib. lib. 10. tit. 10.* ubi si nullum ex qualibet sanguinis linea defunctus reliquerit hæredem, tum demum fiscus admittitur. Per sanguinis lineam significant

Imperatores cognationem omnem scilicet superioris & inferioris ordinis. Item ex transverso five à latere, id est omnes qui propinqui sunt ultra gradum agnationis & cognationis decimum constituti Cujac. *ad d. l. 4. Groeneweg. ad d. l. Loyseau des Seigneurs cap. 12. num. 103. Choppin. de doman. Franc. lib. 1. tit. 13. num. 8. Charond. lib. 4. resp. 10. conf. Antv. tit. 45. art. 6. Christin. d. vol. 5. decis. 220. n. 86. eoque pertinet l. ult. cod. de petitionibus bonor. sublat. lib. 10. tit. 12. in verbis ac illis ex numero propinquorum existentibus. item quod dicit Justinianus in sua l. unic. §. cum autem 13. cod. de cad. toll. quod si nulli sint hæredes, qui Bona capere velint, tunc ad ærarium devolvantur, nec obstat axioma consuetudine receptum quo Patrimoniorum distinctio non alias est introducta, quam quando concursus est Parentum ex utroque latere, ut Bona conserventur in linea, quo concursu cessante non magis ab integra successione removetur cognatus, quam re conjunctus, qui collegatario deficiente ad integrum legatum vocatur. Bacquet *d. loc. Nicol. Burgund. ad consuet. Flandr. tract. 13. num. 21.**

Extincta utriusque lineæ posteritate, si nullus se proximum possit ostendere, aut si nullus compareat, Bona tamquam vere vacantia à fisco capiuntur & incorporantur. Zobel. *ad jus Saxon. l. 1. art. 28.* prius tamen quam incorporatio fiat, rite solemniterque Bona delata describuntur in Libro & Registro Bonorum fiscalium & proponuntur tituli delationis, quin etiam affiguntur tituli quandoque & insignia Principum parietibus & prædiis redactis aut redigendis in fiscum *l. 3. cod. de bon. vacantib. adde Bugnyon in leg. abrog. lib. 2. cap. 63. & lib. 3. cap. 1. Autumn. in confer. ad l. de emancipatis 13. cod.*

de legit. hered. Charond & Tronçon ad articul. 330. consuet. Paris. Argentr. ad art. 456. gl. 1. num. 5. consuet. Britan.

A D D I T I O N E S.

Vide Everard *conf. 22. n. 4.* ubi dicit deficientibus Consanguineis Maternis Paternos solos succedere.

Den Fiscus heeft nochtans eenige duysende wegh gebaelt ten Sterf-huyse van N. Peeters achtervolgens den 292. Art. by gebreck van Maeghschap van eender zyde.

Du Droit de desherence voyez Bacquet *traité des droits du Domaine.*

In den Raede van Mechelen is volghens het sentiment der Fransche Autheurs verstaen tusschen de Princesse van Lillebonne ter eenre als Vrouwe van Ninoven, ende Jouffr. Happaert tot Antwerpen, dat alhoewel in Vlaenderen geene Testamenttactie en valt als voor een derde, den Fiscus eventwel in die twee derde niet en succedeert aen iemandt sonder Bloedt-verwanten stervende, als by iemandt by Testament Erfgenaem heeft geïnstitueert, quasi ista prohibitio tantum esset introducta & statuta in favorem Agnatorum vel Cognatorum, quibus non existentibus cessat ratio legis, & sic ipsa lex vel prohibitio. De sententie is gegeven in Augusti 1732. ende casseert ofte retracteert de gene van den Raede van Vlaenderen ende van de Magistraet van Ninoven, die beyde de twee derde deelen den Heere ofte de voorschreve Vrouwe Princesse hadden aengewesen conform ut puto de Leeringhe van Burgundus.

Articulus CCXCIII.

Bona autem stante Matrimonio acquisita, defectu Fratrum aut Sororum, eorumve Liberorum, ulteriorumve Descendentium, in

quatuor dividuntur partes nimirum inter Con-
sanguineos Defuncti ex parte Avi Paterni,
Avia Paterna, Avi Materni & Avia Ma-
terna, per stirpes, ut supra.

A D D I T I O N E S.

D Efen Art. is by Vonnis van den Souvereynen
Raede van Brabant geconfirmeert den 30.
Junii 1695. tusschen Peeter Goossens, Joannes
Van Volxem, Henricus Mosselmans, Heer
Joannes des Champs, Jouffrouwe Anna Van
Volxem, ende Charles De Lievre, alle Moe-
derlycke Vrienden ende Erfgenaemen ab intestato
van Wylen Jacques Van Steenstraeten, Control-
leur van Syne Majesteydts Zegel-Recht in Bra-
bant Supplianten, ende Maria Van Noy, cum
suis respective Cosynen ende Nichten, gemeyne
Rescribenten.

Den 4. Junii 1694. Turbs geweyse gedeponeert
voor den Heere Raedt Papenbroeck, dat by ge-
breck van Broeders oft Sisters, Broeders oft Su-
sters Kinderen, oft hunne Descendenten, de gere-
aliseerde conquesten ten Brusselschen Rechte gelegen
moeten gedeylt worden in twee paerten ofte hellich-
ten, waer van d'eene hellicht moet gaen aen de
Vaderlycke zyde, ende d'andere aen de Moeder-
lycke, al is't soo dat de Vrienden van de eene
zyde eenen graedt ofte twee voorder in Maegschap
bestaen aen den Overledenen, als de Vrienden van
de andere zyde.

Wat aengaet de Meubelen, daer en heeft men
niemandt over willen turberen, want alsoo de
Costuymen daer van niet en melden, soo worden
die gelaeten ter dispositie van de geschreve Rechten.

Articulus CCXCIV.

Descendentes secundi, tertii aut ulterioris gradus per representationem, absque graduum distinctione, ut supra, succedunt cum eorum Thiis, ulterioribusve ex eo latere Ascendentibus, in eorundem recte lineae Ascendentium Bonis, casu quo eorundem Parentes, Avus, Avia, ulterioresve Ascendentes cum iisdem, eadem Bona divisissent, pro ea parte, quam illi quos representant, accepissent, servata tamen prerogativa stirpis unde eadem Bona devenerint.

Articulus CCXCV.

Fratres & Sorores, una cum Liberis aut Descendentibus Defuncti Fratris aut Sororis Germani succedunt Fratri vel Sorori, sine legitima prole Defuncto, cum exclusione Fratrum aut Sororum, ac Descendentium à Fratre aut Sorore ex uno latere tantum juncto in Bonis ad Defunctum Fratrem aut Sororem devolutis, & ab eorum latere devenientibus, & ex quo solo Defunctum contingunt. Et similiter succedunt ex uno latere Fratres & Sorores, eorumque descendentes, in Bonis Defuncti Fratris aut Sororis Germani.

AD hunc articulum vide Christin. ad ll. munic. Mechlin. tit. 16. art. 11. Gail. obs. lib. 2. obs. 151.

A D D I T I O N E S.

Concordat cum jure Rom. *novell. 118. cap. 3.* nimirum quatenus Fratres & Sorores succedunt sine distinctione sexus, cum seclutione Fratrum & Sororum ab uno tantum latere conjunctorum, in Bona Fratris mortui, & quatenus cum illis admittuntur Fratrum vel Sororum Liberi representantes locum Patris Defuncti.

Sed videtur hic Art. adversari quatenus cum Fratribus etiam admittit ultra Fratrum premortuorum Filios, eorum Descendentes, Nepotes, Pronepotes, &c.

In feudis Consanguinei à Germanis non excluduntur. Vinnius *ad instit. in succes. collateral. n. 3. in fine. Vide Christ. 193. vol. 1.*

Si soli sint duorum vel plurium Fratrum Filii, an in capita, an stirpes succedant? vide *Christ. vol. 1. decis. 194.* ubi dicit pronuntian- dum secundum Azonis opinionem eos in capi- ta succedere debere.

Nota de Goederen gecomen van der zyde van de Broeders oft Susters van den geheelen Bedde, moeten op hunne zyde blyven al is't dat dese Goederen geene Struyck-goederen en zyn, maer colla- terael van eenen Oom ofte Moe.

Articulus CCXCVI.

ET *acquestuum aut Redituum à Defuncto Fratre aut Sorore acquisite semissim percipiunt eorum Fratres & Sorores Germani, eorumque Descendentes, alterque semessis dividitur in stirpes inter eosdem Fratres, Sorores ac Descendentes Germanos, & inter Fratres & Sorores ex uno latere conjunctos,*

eorumque Descendentes (quantumvis tres ,
 quatuor aut plures essent stirpes) secundum
 Statutum super Divisione & Successione hære-
 ditatis anno 1355. factum. Certamque decla-
 rationem subsequutam , licet dictum Statutum
 quo ad ultimum punctum non semper fuerit
 observatum , sed aliquoties dictus ultimus se-
 missis inter Fratres & Sorores Germanos &
 Fratres & Sorores ex uno latere tantum
 conjunctos in capita divisus fuerit.

A D D I T I O N E S.

SEd quid obtinebit in mobilibus , an Fratres
 Germani excludent Consanguineos vel Ute-
 rinos tantum ?

Geadviseert dat alsoo de Costuymen niet en mel-
 den van Meubelen dat die moeten succederen naer
 advenant de geschreve Rechten in authent. ces-
 sante cod. de legit. hæred. volghens welcke de
 Broeders en Gebroeders Kinderen van gebeelen
 Bedde excluderen de halve Broeders , ende dit is
 conform aen sekeren Vonnisse in den Raede van
 Brabant gegeven den 8. Meert 1669. onder Steen-
 winckel , tusschen Sr. Michiel Hechts , Greffier
 van de Weese-camer deser Stadt als Getrouwt heb-
 bende Jouffrouwe Elisabeth Cuyermans Impetran-
 te ende geconvenieerde , ende die Kinderen ende
 Erfgenaemen van Wylen den Heere Raedt Cuyer-
 mans , ende Wylen Jouffrouwe Catharina Cuyer-
 mans Gedaeghde ende reconvenienten.

Met welcken Vonnisse oock geconfirmeert is het
 gestatueerde in 't beginsel van den 296. art. ende
 den 13. art. van 't statuyt de anno 1355.

Freres & Sœurs Paternels seulement sont admis
 à succeder avec les Freres & Sœurs Paternels &
 Maternels aux heritages propres Paternels de leur

Defuncti Frere, & les Coutumes par lesquelles les Freres ex utroque Parente excluent les Freres ex uno latere, n'ont lieu qu'au regard des meubles & conquets. Bacquet des droits de just. chap. 15.

Nec de jure Civili ultra Fratres Fratrumque Filios duplex vinculum in ullis Bonis respicitur per novell. 118. cap. 3. & auth. post Fratres Fratrumque Filios Everard conf. 44.

Post Fratres & Fratrum Filios veniunt reliqui collaterales tam ab uno, quam ex utroque latere juncti in infinitum, & hereditas in duas partes dividitur, quarum unam Paterni, alteram Materni accipiunt Leenwen censur. for. lib. 3. cap. 15. n. 9. Vinnius ad instit. lib. 3. tit. 5. n. 9. & 14. & de jure succeditur in capita, & habetur ratio proximitatis, quod non obtinet de Consuetudine volghens d'welcke de successie gereguleert wordt staeckx gewyse ende by representatie volghens den 290. ende 293. art.

In conformiteyt van desen 296. art. geturbeert in den Jaere 1643. ende 1644, ende alsoo gewesen in den jaere 1644. in November voor Heeren Wethouderen in causâ Cornelis Vander Hofstadt cum suis, tegens Jouffrouwe Anna Schoreels cum suis, sub J. de Conde.

Articulus CCXCVII.

UBi non nisi duo sunt thori, eorumque unus integre improlis extinguatur, eo casu, Bona acquisita thori ita extincti succedunt, ac dividuntur inter proximiores Patris & Matris ultimo Defuncti ambobus pro semisse.

Articulus CCXCVIII.

QUotiescumque quis moritur qui Liberis primi, secundi, tertii aut ulterioris thori aequae propinquus est ex linea collateralis,

tum Liberi & Nepotes omnium eorum thorum succedent per capita & per representationem, ut ante, in Bona Defuncti, Bona avita excipe qua eo redeunt unde provenere.

A D D I T I O N E S.

Vide Abraham à Wesel de damni inter Conjuges commun. tract. 2. c. 3. n. 10.

BONA AVITA EXCIPE) Id est Paterna Paternis, materna Maternis, nopende welcken Regel is op den 17. September 1685. in saecke van Joncker François Mefdagh cum suis Supplianten, ende Vrouwe Susanna Bologuino cum suis rescribenten, geturbeert dat desen regel geene plaetse en heeft dan alleenelyck in onruerende Goederen die comen à communi stipite.

Idem turbatum 14. Junii 1686. nopende de successie van Sr. Melchior Vanden Cruyce.

Articulus CCXCIX.

THii & Thia deficientibus Fratribus & Sororibus, eorumve Descendentibus, Nepotibus, Neptibusque suis, succedunt in iis Bonis qua ab eorum latere provenerunt, eaque per stirpes dividunt, ut supra.

A D D I T I O.

Hic Articulus conformis est Juri Romano in l. Avunculo cod. comm. de succes. verba legis sunt Avunculo priori, qui est in tertio gradu, quam consobrino qui sequentem occupat, deferri successionem intestati certi juris est.

Articulus CCC.

Pater item & Mater, Avus, Avia, ulterioresque Ascendentes non succedunt Liberis suis, Nepotibus aut ulterioribus Descendentibus in linea recta, usque dum eorumdem Defunctorum Fratres aut Sorores, eorumve Liberi, & ultiores in recta linea Descendentes exstiterint. Si vero eorum linea descendens penitus fuerit extincta nulla legitima prole relicta, eo casu Defuncti Pater, Mater, Avus, Avia ulterioresque Ascendentes respective in ejusdem Bonis omnibus, tam Patrimonialibus, Collateralibus, Conquestibus quam aliis universaliter succedunt, eo modo quo Prædefuncti proximiores hæredes in iis successissent.

EX hoc articulo Parentum vel ulteriorum ascendentium in linea recta successio locum habet quando Liberi seu descendentes defuncto defunt: imo non nisi, quando Fratres & Sorores eorumque descendentes deficiunt. Unde refragatur juri scripto consuetudo Patrem vel Avum à luctuosa filii immobilium rerum hæreditate excludens, ut cum collateralibus defuncti Fratribus sortem hæreditariam nullam habeant: *novell. 118.* ubi Parentes succedunt cum Fratribus defuncti in capita. Unde hic articulus anno 1626. resolutione supremi Brabantiae Concilii moderamen accepit. Ita ut Pater & Mater, alique ascendentes Liberis suis succedant in mobilibus & conquestibus: uti & judicatum 15. Septembris 1653. pro Bernardo Requin Fratre Gasparis adversus cognatos (seu consanguineos ex parte

Matris) prolis Annæ Covinnet: & confirmatum 7. Aprilis 1655. sub Graphiario A. de Merfelle. Dicta resolutione etiam declaratum fuit Parentes Liberis succedere etiam in bonis aliunde quam à Parentibus venientibus, non vero in bonis antiquis, quæ ad propinquos ex parte Patris aut Matris, unde scilicet provenerunt, succedunt. Huic nostro tamen articulo varii Brabantiaë mores consonant, Antverpienses *tit. 47. art. 21.* Lirani *tit. 15. art. 6.* Santhovienses *art. 107.* Ghelens. *tit. 11. art. 17.* Bergozomienses *tit. 18. art. 7.* Sylvæ Ducenses *tit. 16. art. 11.* Mollenses *art. 92.* Deurnenses *art. 730.* ad similes constitutiones aut mores vide Mat. de Afflict. *ad constit. Neopolit. tom. 3. rub. 24. num. 28.* Gudelin. *de jure noviss. lib. 2. cap. 14.* Christin. *ad ll. munic. Mechlin. tit. 16. art. 6.* Tuldén. *in Cod. de suis & legitim. heredib. cap. 5. & 6.* Grivell. *decis. Dol. 53. per tot.*

A D D I T I O N E S.

NEquè in causa testatæ vel intestatæ successionis Parentibus debetur legitima, si nimirum in causâ testatæ successionis testamentum conforme sit Bruxellensi statuto, & in eodem instituti sint Fratres vel Sorores, alias si Fratres præteriti sint & instituti extranei, Parentibus debetur legitima, & competit actio ad supplementum, vid. Stockmans *decis. 22.*

An Fratres ex uno tantum latere conjuncti Ascendentes excludent? de jure non excludunt *novell. 118.* Christin. *vol. 1. decis. 194.*

Articulus CCC I.

Religionem Professi non succedunt ut hæredes in Bonis à Patre, Matre, Avo vel Avia derelictis, nec in Bonis quæ ipsis

possent obvenire à parte Fratrum aut Sororum, & aliunde ex linea collateralis, sed pro civiliter mortuis habentur.

Concilio Viennensi in Delphinatu habito, anno 1311. sub Clemente V. Pontifice max. non solum prohibentur Religiosi succedere Parentibus suis, aut etiam Monasterium pro Religiosis, sed & interdicta fuit omnibus mendicantium conventibus, bonorum immobilium proprietas, quæ stricta paupertas Concilio Tridentino *sess. ult. cap. 3. de regularibus* laxiorem quandam interpretationem recepit, non tamen eo usque sese extendentem ut quid proprii possint habere, vel quod idem est eorum personæ in successione haberi possit ratio. Est enim professio vitæ Religiosæ mors quædam civilis, atque adeo capitis diminutio. *Gudelin. de jur. noviss. lib. 6. cap. 10. num. 17.* unde nec passiva nec activa ipsis competit testamenti factio, neque jus succedendi, ut immobilium incapacibus *additione 2. leti introit. Carol. V. art. 14, 15, 16.* id quod etiam statuitur moribus Antverpiensibus *tit. 47. art. 50.* & Ghelensium *tit. 11. art. 23.* in tantum ut qui Beati Francisci arctiorem Religionem professi sunt, volente quidem Principe immobilia nequeant possidere. *Clem. cupientes de pœnis C. em. exivit de verbor. signif. Peck. de amortizat. bonor. cap. 5. num. 4.* plura vide apud *Petr. Rat. ad art. 287. consuet. Pictav. Louet en ses arrests lit. C. num. 18. Mornac. ad l. 6. ff. de capit. minut. du Fresne ad art. 95. consuet. Ambiac.* ubi sæpius judicatum ait Religiosos vel Religiosas non posse facere aliquam dispositionem in utilitatem Monasterii ubi jam professionem sperant suscipere, neque in commodum alicujus in dicto Monasterio degentis, nec ante nec post admissionem: uti & sustinet Ludovic.

le Grand *ad consuet. Troyan. art. 105.* quos omnino vide *ad hunc articulum uti* & *art. 103. & 143. supra.*

Articulus CCCII.

Filii Illegitimi & Naturales nec in linea recta nec in collateralis succedunt : sed Parentes possunt ipsis donare , & legare Bona , ut inde sese alant : persona vero extranea Bona Mobilia & Immobilia ut eis placuerit.

Illegitimos nullum in paterna bona succedendi jus habere itidem confirmant mores Lovanienses *tit. 16. art. 4.* Antverpienses *tit. 45. art. 3.* Ghelens. *tit. 10. art. 3.* Hilvarobecani *art. 10.* Mollenses *tit. 18. art. 3.* Deurnenses *art. 124.* Mechlinienses *tit. 18. art. 3.* & ibi Christin. Nicol. Burgund. *ad consuet. Flandr. tract. 13. num. 2.* Zypæ. *not. jur. Belg. de natural. liber. Gudelin. de jure noviss. lib. 2. cap. 13.* Wames. *cent. 1. conf. 42.* Tulden. *institut. lib. 3. tit. 1.* Christin. *vol. 1. dec. 198. vol. 4. dec. 64. vol. 6. dec. 44.* Valer. Andr. *ad instit. Zoefi lib. 3. tit. 1.* Stockmans *decis. Brab. 67. num. 1.* Grivell. *dec. 87. num. 7. & 88. n. 10.* quo non obstante Pater in alimenta illegitimi tenetur. Namque necare videtur non tantum is qui partum præfocat , sed & qui necessaria ad vitam denegat *l. necare 4. ff. de agnosc. vel. alend. liber.* quapropter æquitate canonica ex complexu nefario seu damnato natos Pater alere tenetur *cap. 5. cum haberet. & de eo qui in matrim.* Rittershus. *de differ. jur. lib. 2. cap. 7.* Grot. *introd. lib. 2. part. 16.* Neostad. *decis. 2.* Surdus *de aliment. tit. 7. quest. 9.* Gabriel. *lib. 6. tit. de aliment. concl. 1.* Gail. *2. obs. 115.* sed non eodem modo à successione materna arcentur

nonnullis Brabantiae moribus, uti Antverpiens.
tit. 45. art. 4. Liran. *tit. 17. art. 2.* Herentall.
tit. 12. art. 21. Ghelens. *tit. 10. art. 4.* Bergozom.
tit. 18. art. 35. Bredan. *tit. 1. art. 8.* Deurnens.
art. 126. alibi tamen nec ad materna bona ad-
mittuntur Gudelin. *de jur. noviss. lib. 2. tit. 13.*
in fin. Valer. Andr. *addit. ad instit. Zoef. de*
hæred. quæ ab intest. def. vers. quod vero: nec
idcirco extraneorum ex testamento accipere pro-
hibentur, Guid. Pap. *quest. 280.* imo id iis
expresse permissum est hoc nostro articulo: ubi
& donationes à Parentibus pro alimentatione
illis accipere conceditur, quam donationem,
si in immobilibus consistat, tantum pro vita &
quasi in usumfructum dari dicit Louet *lit. D.*
num. 1. arrest. 19. sique illegitimus improlis mo-
riatur donatio revertitur ad hæredes donatoris.
Grivell. *decis. 88. num. 25.* Gail. *lib. 2. obs. 88.*
vide tamen Mornac. *ad l. 29. §. 1. ff. de inoff.*
testam. & ad l. 64. ff. de usufruct.

A D D I T I O.

Vide plura *l. 1. §. 2. ad S. C. Tertullian.*
l. 2. vers. itaque l. 4. in fine & l. 8. ff.
unde cognati, Leeuw. *cons. forens. lib. 3. cap.*
13. n. 8. Christin. *ad ll. Mechliniens. tit. 18.*
art. 3. n. 3. item vol. 6. decis. 44. n. 20. Zypæus
de Jure Pontificio lib. 4. tit. qui filii sint legitimi
n. 2. Burgund. *ad consuet. Flandriæ tract. 3. n. 13.*
Marchant. *in descript. Flandriæ tit. de legib. & ling.*
Wiland. *tract. de feudis cap. 18. versic. bastaerden*
van princeffen Ant. Thesaur. *lib. 1. quest. 22. n.*
9. Brodeau *sup maine art. 356.* Coquille *quest. 253.*

Articulus CCCIII.

Qui ex stirpe legitima non descendunt,
licet ipsi sint legitimi, non succedunt
suis Consanguineis legitimo thoro prognatis,

quamdiu adsunt legitimi, quamvis Defuncto essent Propinquiores quam ipsi Legitimi.

Quia illegitimus nec genus nec gentem habet, nec ullo necessitudinis jure aut propinquitatis gradu conjungi censetur.

A D D I T I O.

Legitimati non succedunt contra voluntatem Parentum *D. Stockmans decis. 68.* sed expresse vocari debent. *ibid.* sic ut nullo condito testamento, quasi ex tacita voluntate Patris naturalis admitti non possint ad ejus successionem.


Articulus CCCIV.

Jus Successionis predictum cessat, quoties inter Conjuges, ad hoc habiles, simul aut cum alterius consensu, contrarium disponitur, vel pactis Dotalibus, vel Testamento, vel Litteris acquisitoriis, vel alio Contractu.


Cum pacta dent legem contractibus, modo id non fiat in præjudicium tertii uti supra *art. 245. & 246.* dictum est.

Turbæ spectantes ad Titulum Vigesium, de Successionibus & Divisione Hæreditatis. *Vide Tom. I. pag. 354.*




 TITULUS VIGESIMUS PRIMUS
 De Possessionibus & Præscriptionibus.

Articulus CCCV.


 ctiones omnes personales, reales & mixtae, uti & jus proprietatis, continua, pacifica, legali, inturbata, & bona Fidei possessione per triginta annos & dies præscribuntur, & quo ad hoc observatur Statutum vel Edictum de ultima Aprilis 1432.

Hodie videtur abrogata longi temporis præscriptio; id est decem annorum inter præsentem, & viginti inter absentes: sed una eademque est usucapio triginta annorum, quæ tam in rebus mobilibus & actionibus, quam immobilibus observatur. Zypæ. not. jur. Belg. lib. 2. tit. de præscript. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 20. art. 1. Valer. Andr. instit. de usucap. à Sande decis. lib. 4. tit. 6. Arn. Vinn. ad tit. de usucap. in pr. num. 6. Grot. introd. lib. 2. cap. 7. num. 27. Groeneweg. ad rubr. Cod. de præscript. 30. annor. Lambert. Goris advers. tract. 3. cap. 9.

A D D I T I O N E S.

BONÆ FIDEI POSSESSIONE) Bona Fides est credulitas, qua quis sibi prudenter persuadet rem esse suam vel saltem nescit alienam, ita less. de Just. & Jure lib. 2. cap. 6. dubit. 3.

Daer valt oock prescriptie in betaelinge van Chynsen ende Renten als die uniformelyck meer als 30. jaeren souden geschiedt zyn, ende dat aengaende de maniere van betaelinge, forme, qualiteydt, ende maete. Cuypers tractaet van Grondt-proceduren.

Ende de Possessie is soo favorabel in materie van Chynsen, Pachten ende Renten, dat eene thienjaerige genoegh is om uyt crachte van synen Chyns ofte Rolle sonder ander bescheet van Brieven te procederen by beleyde op den pandt van de gene den Chyns betaelt heeft. Idem Cuypers art. 22.

Articulus CCCVI.

Quo ad solutionem Ususfructus & Fructuum, uti & applicationem Bonorum quae pars una jure ab alia evincit, aliud Statutum emanavit cui partes sese conforment, de data 20. Novembris 1441.



TITULUS VIGESIMUS SECUNDUS

De Testamentis.

Articulus CCCVII.

Uilibet liberum est disponere de Bonis suis, Urbis juribus subjectis, uti & de Bonis extra territorium Urbis sitis, ubi Testamenta admittuntur, via aperti aut clausi Testamenti, ultima voluntatis, Donationis inter vivos aut causa mortis

Codicillorum & aliter, coram Scabinis, coram Notario ac Testibus, vel sub chirographo postmodum coram Scabinis, vel Notario ac Testibus agnito, si habilis sit, idque ei de jure scripto permittatur: Fenda excipe, de quibus disponi nequit nisi prævia licentia Principis.

Conformis est hic art. Edict. perpet. ubi vide Anselm. art. 13.

A D D I T I O.

Hæc prævia licentia (vulgo *Octroy*) simpliciter concessa non plus juris Vasallo tribuit, quam ut semel de Bonis Feudalibus disponere possit, vel instituendo vel legando: plures autem gradus faciendi potestas, aut substituendi, sive directe sive per Fideicommissum non aliter competit, quam si hoc quoque specialiter diplomate comprehensum fuerit. Vinn. ad princip. tit. de test.

Articulus CCCVIII.

Predicta Testamenta vel Donationes ut ante facta & per mortem confirmata, afficiunt, & honorato dant jus reale respectu Donationum, Transportuum, Assignationum ac Obligationum iis comprehensarum, ita ut necesse non sit de novo illa repetere coram Domino ac Curia, ubi donata, translata, vel assignata Bona sita sunt.

Idque virtute consuetudinis *le mort saist le vis*: de qua supra art. 274. actum est.

Articulus CCCIX.

L Iberi in Parentum potestate constituti vel in curatela, habentes annos discretionis, possunt disponere de Bonis suis, quorum sunt Domini, etiam de iis quorum nudam habent proprietatem; sive Testamento, Codicillis, sive Donatione inter vivos vel causa mortis, ut ante, Masculi nimirum anno decimo quarto, & Puella anno duodecimo.

Vide quæ supra art. 265. dicta sunt nec non art. 14. Edicti perpetui.


Articulus CCCX.

Bruellis quis mori potest pro parte testatus & pro parte intestatus, & illud, de quo Defunctus non disposuit, succedit ac si Testamentum non esset conditum. Infra habebatur, ex Ordinatione dictorum Dominorum hæc per me subsignata

F. VAN ASBROEGK.

Turba spectans ad Titulum XXII. de Testamentis. Vide Tom. I. pag. 364.




 SUPPLEMENTUM
 ADDITIONUM.

Ad Articulum XLIII.

Alfoo men bevindt by abues van eene irreguliere Practycke, t'sedert eenigen tydt geintroduceert te zyn, dat men tegens de Vonnissen gewesen voor den Heere Borgemeester ende Commissarissen uytter Weth, die men laet gaen in crachte van gewysde, is comende in Oppositie, op pretext nochtans van de selve gerevideert te hebben, ende de saecke by grieven, antwoorde, &c. behoorelyck geïnstrueert te hebben, allen d'welck bestaet in eene puere contradictie van een Vonnis te laeten passeren in Rem Judicatam, ende het selve daer naer te connen impugneren, **SOO IS'T** dat myne Heeren die Lieutenant - Amptman, Borgemeesteren, Schepenen ende Raedt deser Stadt Brusselle, om alsucke abusen te redresseren, hebben goedt gevonden ende geresolveert te notifieren aen alle Practysynen van desen gerichtē, gelyck sy doen mits desen, dat sy in 't toecomende alsulcken Opponenten sullen verclaeren in forma & modo niet ontsanckbaer cum expis. ordonnerende aen alle die voors. Practysynen hun hier naer te reguleren, op pene van in eygen naem daer voren inne te staen sonder d'onkosten te mogen brengen tot laste van hunne Meesters, verbiedende voorts op gelycke pene van tegens Vonnissen contumaciael in oppositie te comen sonder voorgaende Brieven van relievement precis, ende aengesien men bevonden heeft dat sommige Procureurs by namptisatie ten onderen gekregen hebbende eenige Penningen, de saecke blyven protraheren, om middelē tydt hun van de selve te connen bedienen,

SOO IS'T dat Myne voors. Heeren om daer inne soo veel het mogelyck is te versien, verbieden aen alle Procureurs van voortaan eenige namptifatie van Penningen aen te nemen, maer partyen willende eenige doen tot dien eynde met hunne Meesters sullen verschynen ofte met speciaele procuratie daer toe dienende, op peine dat de gene contrarie doende sullen zyn ende blyven gesuspendeert van hunne fonctie voor den tydt van dry maenden. Leeger stondt gepubliceert op de Binnen Rolle den 16. November 1701.

Ende was Onderteeckent,

C. ZEGERS.

Ad Articulum XLVII.

Schepenen Rechts-geleerde ten platten Lande, moeten Brabanders zyn, waer over remarquabel is d'Apostille gevolght op de Requeste van den Droffaert van Grimberghen, den welcken hem geadresseert hebbende in den Raede van Brabant om permissie van genen Gevangenen te bannen uyt het gebiedt van Syne Majesteyt, soo heeft het Hof geinterdiceert aen den Heere aldaer, te stellen andere Schepenen als Brabanders, ende geordonneert dat het Proces door d'Advocaeten Van Hamme ende Goyvaerts (de selve daer toe voor die reyse authorigerende) met d'Advocaeten Gindertaelen ende Van Gastel soude berlesen, ende door hun met de Schepenen ingesetene geprocedeert worden tot decisie der saecke, 4. April 1729.

De Schepenen Rechts-geleerde waeren d'Advocaeten De Swert ende Ravesteyn, waer by den Droffaert versocht hadde d'adjontie van noch twee Advocaeten, de welcke waeren den voorschreven Gindertaelen ende Van Gastel, maer het is apparent dat 't Hof tot daer toe niet geïnformeert was dat de twee eerste Vremdelingen waeren.

Ad Articulum CLV.

INtellige hunc Articulum juxta distinctionem allegatam per A Sande *lib. 3. tit. 10. def. 5.* ut nimirum Fidejussor prorogatione termini liberetur, si is ad certum & definitum tempus datus sit; secus si simpliciter sine ulla temporis præfinitione sit datus, quia tunc intelligitur ad omnem causam & casum datus donec Creditori plene sit satisfactum.

Ad Articulum CXCII.

Fundus Titii is gehypothequeert aen Mævius, ter oorsaecke van sekere Cheyns oft Rente, Fundus Caii is aen Mævius insgelyckx voor de selve Rente gehypothequeert, het gebeurt dat Titius de voorschreve Rente by transport verkryght, quaeritur oft by dese Rente in het geheel magh verhaelen super fundo Caii?

ꝛ. Negative, maer den selven Cheyns oft Rente smilt by sulcken verkrygh naer rathe van het gedeelte aen Titius in de hypotheque competerende, ergo soo den pandt van Titius weerdigh is 3000. Guldens, en den anderen 6000, ende dat het Capitael van de Rente is 9000. Guldens, soo smilt de Rente voor de somme van 3000, ende kan d'excrescentie van 6000. Guldens alleenelyck verbaelt worden super Fundo Caii. Sed quid si hic Fundus valeat 12000. Florenis?

ꝛ. In sulcken gevalle sal een vierde deel van de Rente smilten, alsoo 3000. ten respecte van 12000. is een vierde, ende alsoo het Capitael van 9000. worden gereduceert op 6750, welcke Somme alleen kan verbaelt worden super Fundo Caii.

Ad Articulum CCC.

QUæstio illa mota fuit, inter Agnatos
Francisci Van Hamme & Catharinæ De Vos
 ejus Viduam, super successione *N. Van Ham-*
me!, Filiaë dicti *Francisci & Catharinæ*, quæ
 in-prolis & intestata decesserat, in qua Agnati
 admissi sunt ad probandum, juxta hunc Arti-
 culum, Matrem non succedere in Bona *Stipalia*,
 quæ lis adhuc pendet, qua ratione omnes
 veteres Practici interrogati super effectu præ-
 fati Art. & num eo comprehendantur *Stipalia*,
 responderunt quæstionem hanc, quoties fuit
 agitata, semper transactione fuisse sopitam; &
 numquam in contradictorio decisam: mota fuit
 nuper alia lis inter Hæredes *Joannis t'Sas*, &
 Hæredes *Isabellæ Van Solmeren*, super successio-
 ne Bonorum Paternorum stipalium *Jacobi t'Sas*
 prædictorum *Joannis & Isabellæ* Filii, mortui
 dum Infans esset post Patrem, in qua eadem-
 quæ supra sententiæ, turbæque allatæ sunt:
 contra sententias illas & turbas dicitur præcipue
 quod dispositio Artic. 300. sit conformis Juri
 communi, quod casus omissus à statuto vel
 dubie expressus à statuto, relinquatur disposi-
 tioni seu interpretationi Juris communis vid.
Dec. conf. 484. statutum quod est contra Jus
 commune debet stricte intelligi. *Bart. in l.*
omnes populi in fin. ff. de Just. & Jur. Bald. conf.
411. quod incipit *Civitas Mantuæ*, ubi dicit
 quod omnes debemus extendere Jus munici-
 pale, quasi sit Jus irregulare & anomalum,
 unde casus omissus à statuto remanet dispo-
 sitioni Juris communis *l. si extraneus ff. de condic.*
ob caus. l. si cum dotem in pr. ff. soluto matrim.


Ad Articulum CCCVIII.

Jus Reale non competit illi , cui centum annua testamento vel donatione causa mortis donata sunt , cum moribus nostris vix agnoscamus hypothecas generales necesse est : ergo ut talis Legatarius aut Donatarius prospiciat sibi de hypotheca pro reditu sibi ab Hærede assignanda , nisi relicta sint centum annua ex certis Bonis , in illis enim haberet Jus Reale absque ulteriori legis opera.

Quid si plures sint Hæredes , utrum Legatarius , qui non habet specialem hypothecam pro reditu suo annuo , poterit pro ea obtinenda agere contra quemlibet ex Hæredibus *in solidum* ?

ꝛ. Tantum pro portione Hæreditaria & pro qua teneretur actione personali , hoc enim huic hypothecæ generale est , ut sit dividua , cum alioquin pignoris ratio sit individua , *l. 1. c. comm. legat. Choppin. ad cons. ard. A Sande lib. 3. tit. 12. def. 23.* ita quoque iudicatum in Suprema Brabantia Curia , inter *N. Coninckx* Canonicum Nivell. contra Hæredes *N. Coninckx* , cum enim dictus Canonicus unum ex Hæredibus convenisset in solidum ad assignationem hypothecæ pro reditu annuo sibi legato , repulsam tulit circa annum 1663.





LISTE

Van alle de Dorpen in de acht Meyeryen, onder wat Coustume sy resorteren en waer naer toe sy appelleren.

De Meyerye van Vilvoorden.

Vilvoorden heeft haer Coustume in de Coustume generael van Brabant, appelleert naer den Souvereynen Raede van Brabant.

Tervueren *idem*, appelleert in personeel naer Vilvoorden in 't reel naer Loven.

Duysborgh volgt Coustume van Loven, appelleert *idem* als voren.

Over-Yfche heeft haer Coustume in de Coustume generael, voor de meer-rest volgt Loven, appelleert *idem* als voren.

Rosieres volgt de Coustume van Nyvel, appelleert gelyck Over-Yfche.

Leefdael volgt de Coustume van Loven, appelleert naer Loven.

Saventhem heeft haer Coustume in de Coustume generael, volgt in personeel Brussel, in 't reel Nyvel, appelleert naer Lennick.

Dieghem volgt de Coustume van Brussel, appelleert naer Uccle.

Machelen *idem*, appelleert naer Uccle.

S. Lambrechts - Woluwe volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

S. Stevens - Woluwe *idem*, appelleert *idem*.

Huldenberghe volgt de Coustume van Loven, appelleert naer Loven.

Vossun *idem*, appelleert *idem*.

Wesenbeke volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Ouden, Esp
vliert idem
Nullegem is
venhem.

De

M Brichten
Mercht
boten naer
Neder-Heer
appelleert
Over-Heer
Bollenbek
Zellick,
Wolverthe
Steenhuffe
Wemmele
Uccle,

C Amper
Cappellee
Melsbroeck
leert naer
Haren volgt
naer Uccle.
Pari volgt
naer Uccle.
Hemelgem, S
Bergen by Ca
gen de Coustum
Velpeler idem
Dobant, vid.
Meert 15
de. Allent is
De Meerbeke
leert naer

Ophem, Erps, Quarebbe, Hoolaer *idem*, appelleert *idem*.
Nosseghem *idem*, voor de meer-rest gelyck Saventhem.

De Meyerye van Merchtem.

Merchtem buyten, is Coustume van Uccle, Merchtem binnen, volgt Loven, appelleert buyten naer Uccle, binnen naer Loven.

Neder-Heembeke volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Over-Heembeke, Redelghem, Hamme, Bollenbeke *geheeten den Bogaert*, Bevere, Zellick, Jette, Ganshoren, Cobbeghem, Wolverthem, Ympden, Moesegem, Rossen, Steenhuffele, Lippeloo, Liezele, Maldere, Wemmele, Blaefvelt, volgen de Coustume van Uccle, appelleren naer Uccle.

Meyerye van Campenhout.

Campenhout volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Melsbroeck volgt de Coustume van Brussel, appelleert naer Uccle.

Haren volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Peuti volgt de Coustume van Brussel, appelleert naer Uccle.

Humelgem, Steen-ocker-zele, Corten-berghe, Bergen by Campenhout, Neder-ocker-zele, volgen de Coustume van Uccle, appelleren naer Uccle.

Wespelaer *idem*, appelleert naer den Raedt van Brabant, *vid. Cod. Belg. het accoordt van den 31. Meert 1532.*

Neder-Assent *idem*, appelleert naer Uccle.

Bort-Meerbeke volgt de Coustume van Brussel, appelleert naer den Raedt van Brabant.

Elewyt volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Sterrebeke volgt de Coustume van Nyvel, appelleert gelyck Saventhem naer Lennick.

Evere volgt de Coustume van Brussel, appelleert naer Brussel.

Ever-berghe volgt de Coustume van Loven, appelleert naer Loven.

Perck volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Meerbeke by Ever-berghe volgt de Coustume van Loven, appelleert naer Loven.

Meyerye van Assche.

BAnck van Assche volgt de Coustume van Brussel.

Banck tot Assche volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Brussel volgens den 47. Artieckel der Coustume van Brussel.

Baerdeghem, Mollem, Bollenbeke, Masenzele, Hekelgem, Meldert, Esschenen, volgen de Coustume van Brussel, appelleren idem.

Meyerye van Grimberghen.

GRimberghen heeft haere Coustume in de Coustume generael, voor de meedere rest, volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Strombeke volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Beyghem idem, appelleert naer Grimberghen.

Meys volgt de Coustume van Uccle, appelleert naer Uccle.

Bruyseghe, Londerzele, Eppenheim, Buggenhout, Thisselt idem, appelleren naer Grimberghen.

Waelhem volgt de Coustume van Bifferen, appelleert naer Bifferen.

Duffele voogdye, volgt de Coustume van Nyvel, appelleert naer Nyvel.

Duffele Landt van Mechelen , en Perweys volght de Coustume van Bifferen , appelleert naer Bifferen.

Ste. Cathelyne-Wavre is Coustume van Bifferen , appelleert naer Bifferen.

Meyerye van Capelle op den Bosch.

Capelle volght de Coustume van Uccle , appelleert naer Uccle.

Ransdonck , Op-hombeke *idem* , appelleren *idem*.

Willebroeck volght de Coustume van Uccle , appelleert eerst naer Grimberghen , van daer naer Uccle.

Ruysbroeck by Willebroeck volght de Coustume van Uccle , appelleert naer Uccle.

Semps, Heynsdonck, Weerde *idem* , appelleren *idem*.

Puers volght de Coustume van Brussel , maer deyllen af volgens de Coustume van Uccle , appelleert naer den Raedt van Brabant.

Op-puers volght de Coustume van Uccle , appelleert naer Uccle.

Humbeke volght de Coustume van Brussel , appelleert naer den Raedt van Brabant.

Meyerye van Rode.

Rode volght de Coustume van Brussel , appelleert naer het Leen-hof van Brabant.

Waetermael volght de Coustume van Uccle , appelleert naer Uccle.

Boitsfort , Audergem , Crainhem , Etterbeeck , St. Peeters - Woluwe , *idem* , appelleren *idem*.

Alfemberghe , Dworp , gelyck Rode.

Berchem , Ganshoren , Coeckelbergh , volgen de Coustume van Uccle , appelleren naer Uccle.

Buyssinghen , Eysinghen , Huyssinghen , volgen de Coustume van Brussel , appelleren naer het

Leen-hof van Brabant.

Linckenbeke gelyck Rode en Alfemberghe.

Beygaerden , St. Ulrickx-Capelle , volgen de
Coustume van Uccle , appelleren naer Uccle.

Uccle heeft haer Coustume in de Coustume generael ,
appelleert naer den Raedt van Brabant.

Stalle , Boondael volgen de Coustume van Uccle ,
appelleren naer Uccle.

Beerffele , Ruysbroeck onder Rode volgen de
Coustume van Brussel , appelleren naer Brussel.

Becker-zele volgt de Coustume van Uccle , appel-
leert naer Uccle.

Wambeke , Lombeke , Ternath , Meerbeeck by
Ninoven volgen de Coustume van Nyvel , appel-
leren naer Nyvel.

Droogen-bosch volgt de Coustume van Uccle ,
appelleert naer Brussel.

Meyerye van Gaesbeke.

GAesbeke volgt de Coustume van Uccle , ap-
pelleert naer Uccle. De Leen-mannen , Sche-
pene Rechts-geleerde , hebben het Crimineel in ge-
heel het Landt van Gaesbeke.

S. Mertens en S. Quintens-Lennick volgen de
Coustume van Nyvel , appelleren naer Nyvel.

Pamele , O. L. V. Lombeke idem , appelleren
naer Lennick , van daer naer Nyvel.

S. Peeters-Leeuw heeft haer Coustume in de Cou-
stume generael , maer het Chyns-goedt volgt
Uccle , het Vry-goedt volgt Loven , appelleert
naer den Raedt van Brabant.


Vlesfenbeke , Elingen , Audenaken , S. Laureys-
Berchem volgen de Coustume van Uccle , appel-
leren naer Uccle.

Beughem volgt de Coustume van Loven , appel-
leert naer Loven.


Goyck volgt de Coustume van Nyvel , appelleert
naer Lennick.

Strythem , idem appelleert idem naer Lennick.

Itterbeke en Dilbeke , gelyck S. Peeters-Leeuw.


 CONSUETUDINES
 SUPREMÆ
 CURIÆ FEUDALIS
 BRABANTIÆ.

Articulus I.


Imprimis ut Vicario tanto commodius serviretur ab aliquot Senioribus Beneficiariis dictæ Curie, ad majorem causarum accelerationem & conservationem Jurium Suae Majestatis cen Ducis Brabantie, uti & ad conservationem jurium ipsorum Subditorum & Partium colligantium, Excellentie sue permissum esset assumere duos aut tres ordinarios Beneficiarios & Judices Curie Feudalis Brabantie, ex senioribus Advocatis, Practicis, aliisque, qui ad hoc per Vicarium capaciores judicabuntur, idque virtute commissionis Suae Majestatis, mediante honorario, prout dictæ Excellentie visum fuerit, qui & immunitate ab Accisiis aliisque similibus exemptionibus, non aliter quam ipsi Consilarii, fruuntur.

Ratione feudi quem dici subditum haud absurde quis affirmaverit, cum feudum, Æque ac Domicilium, faciat ut quis efficiatur de foro alicujus Principis. Jul. Clar. in §. lese

Majest. num. 6. vers. & ideo. Authent. qua in Provincia. Cod. ubi de crim. agi oport. & sic qui aliunde non subesset Curia Feudali, sed V. G. Magistratui municipali aut simili, ratione feudi in litem deducti Curia Feudali subjicietur. Quae ordinarie componitur ex septem Judicibus & Locum-Tenente qui litium lecturae assistit eaque finita Judices ad opinionem interpellat nomine Ducis Brabantiae, ita ut septem Beneficiarii Curiam Feudalem constituent, sine quo numero vix est ut cuiquam adjudicetur vel auferatur feudum.

Cum vero quaestio oritur utrum bona sint feudalia an libera, cognitio ejus spectat ad Senatum Brabantiae juxta sententiam Consilii Privati de 5. Octobris 1622. quemadmodum etiam statuitur art. 437. constit. Brabant. Conc. quod in eo fundari videtur quod bona regulariter praesumantur libera, nec feudi praesumptio sit, cum species sit servitutis & clientelae l. Imperatores l. cujus ff. de servitut. urban. praedior. Mornac. ad l. 23. ff. de servit. urban. praedior. Molinaeus ad consuet. Paris. tit. 1. §. 68. in novis gloss. 1. in verbis francq alleu. num. 5. & 6. Rosenthal de feudis cap. 12. concl. 14. num. 10. 11. & seqq. Cancer. variar. resol. tom. 1. cap. 11. de emphyt. num. 9. Mean ad jus Civil. Leodiense tom. 1. obs. 44. num. 1.

Ubi tamen constiterit bona esse feudalia, immunita sunt ab impositionibus quae ordinarie petuntur sub nomine (*Beden*,) & ita saepe in Brabantiae Curia feudali judicatum, etiam me praesente, idque ne duplici onere graventur, cum feudatarii praestent dominis servitium & relevium Luc. de Penna in l. agros Cod. de fund. Paris de Put. de redintegrat. feud. Christin. vol. 6. dec. 16. & teneantur comparere in judiciis vulgo (*ghenechten*,) & Domino

mino

mino servire in jure dicendo vel justitia aliis administranda & ad eum effectum vocati ad curiam ejusdem Domini, comparere tenentur, si quando aliquid ibi agendum est. Deinde etiam à nonnullis solet præstari opera militaris, cogitur enim quandoque vassallus Domino bellum gerente congregari, ut eum per se vel per substitutum adjuvet, defendatque, vel ad eum finem contribuere, nisi sint feuda franca & libera. Hæc onera aliaque servitia cum feudis sint annexa, bona vero allodialia à prædictis oneribus sint libera, ratio postulat ut à dictis precariis aliisque impositionibus sint libera & immunia.

Quod tamen solum obtineri autumant nonnulli cum feudatarius ipse bona sua defructuatur, non vero cum aliis defructuanda concedit.

Articulus II.

U*Nusquisque eorum, cessante legitimo impedimento; tenebitur comparere in omnibus ordinariis confessibus, aliisque congregationibus Curia Feudalis, cum fuerint vocati.*

Articulus III.

N*Ec poterunt patrocinari in causis coram dicta Curia ventilantibus, vel apparenter per appellationem aut aliter ventilaturis.*

I*Dque ex eo quod talis Advocatus esset Patronus & Judex quod leges & mores vetant.*

Articulus IV.

I*N causis Officiorum sue Majestatis seu Ducis Brabantie, uti & miserabilium Personarum, quibus potestas non est Taxatio-*

nes & Vacationes solitas exsolvere, tenebuntur gratis opinari, consulere, lites relegere, & resolutioni & pronuntiationi sententiæ assistere, ita ut inde salarium non possint expectare, nisi pars adversa succumbens solvendo sufficeret, quo casu Graphiarius ab ea solutionem procurabit, alias vero non.

Idem statuitur *Ordinat. Cur. Brab. art. 21.* 170. 292. respectu Advocatorum, & Graphiariorum & Senatorum; causas nimirum miserabilium personarum, & Suxæ Majestatis ceu Ducis Brabantiae gratis esse tractandas.

Miserabiles autem personæ in jure sunt illi ad quarum misericordiam natura compellimur, uti sunt Viduæ & Pupilli, ad quorum miserendum nos inducit Deus *Exod. 22. cap. Viduæ & Pupillo non nocebitis, si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt Uxores vestræ Viduæ, & filii vestri Pupilli* *Felin. & alii in cap. significantibus de offic. deleg. & Isaïæ cap. 1. defendite Viduam, judicate Pupillo, verumtamen non tam de Viduis ac Pupillis hic articulus loqui videtur, cum mores nostri illis de curatore provideant, quam de personis quæ mediis destituuntur ut judiciorum sumptibus queant satisfacere, qua propter quænam miserabiles personæ dici debeant arbitrio relinquitur ut Cynus, Alberic. Bartol. Bald. & alii docent in l. unic. Cod. quando Imperat. inter Pupill. Authent. ad hæc in fin. Cod. de usur. & l. mulierem si mancipium ita fuerit alienatum ne prostit. & Alberic. in 1. parte statuto. quest. 112. & in diction. in verbo miserabilis Ant. Panormit. &*

alii in d. c. significantibus &c ad nostram de
jurejur. Alexand. in addit. ad Bartol. in l. nec
quidquam §. in fin. de offic. procons. ff. Guid.
Pap. decis. Delphin. quest. 466. Jason. in l.
Titia textores col. 5. ff. de leg. 1. Dec. in c.
sedes in gl. magna, de rescript. quod eo usque
procedit ut, casu quo ordine causæ vel
lites essent disceptandæ, in causis istorum mi-
serabilium nullus ordo debeat servari, sed il-
lorum causæ prius debeant tractari gl. in c.
imprimis in pr. 2. quest. 1. Et Judex impertiri
debet officium suum etiam non petitus in cau-
sis horum miserabilium teste Bartol. Alexand.
& aliis in l. 4. §. 4. hoc autem iudicium ff.
de damn. inf. Alberic. in l. unic. ut quæ desunt
Advocatis &c. Alex. cons. 121. col. 2. vol. 1.
Judex etiam debet his personis Advocatos da-
re l. 1. §. 4. de postulando & l. 7. Cod. eod.
sive petant sive non l. nec quidquam §. Advoca-
tos ff. de offic. procons. Cynus in l. 1. quest.
14. ff. de iurisdic. omn. judic. & hoc gratis, vel
sumptibus de publico recipiendis, uti docet
Guido Pap. quest. 561. ubi dicit esse practi-
cam ut conductores seu Firmarii & Grapherii
compellantur mittere ad iudicem appellationis
& conficere acta miserabilium gratis, facit textus
in l. nulli §. post unius vero, ibi gratis & sine
ullo dispendio prædicta gesta conficiantur Cod.
de Episc. & Cleric.

Advocati autem intelligendi sunt ita gratis
servire, ut si vincat cliens, primum omnium
salarium præstare teneatur, & hoc nomine om-
nibus aliis creditoribus præfertur Advocatus,
Besold. in process. judic. cap. 6. num. 11.

Plura privilegia & prærogativas miserabilium
adfert Lucas de Penna in l. fin. Cod. de his
qui nu. lib. 10. & Jason in addit. ad portum
in §. 1. instit. quib. ex causis man. lic.

Articulus V.

UT vero honoraria eo melius reperiantur ac persolvantur, absque notabili aut novo onere Suae Majestatis ejusve Successorum, & interim cohibeatur temeritas Appellandi aut Reformandi sub pretextu quod nulla hactenus in Curia Feudali in usu fuerit poena temere Appellationis aut Reformationis, posset per eandem Majestatem praescribi, ut omnes Appellantes ac Reformantes imposterum cautionem statuunt pro poena 20. aut 30. florenorum, in quam etiam condemnarentur ad utilitatem Suae Majestatis ceu Ducis Brabantiae, si postmodum eos male Appellasse aut Reformasse constiterit, quamvis eadem poena hactenus non obtinuerit in dicta Curia Feudali.

Jure scripto poena statuta est 50. librarum argenti in eos qui injuste appellaverint l. 5. in fin. Cod. quor. appellat. non recip. l. eos qui Cod. de appell. l. 2. Cod. de Episc. audien. sed mores nostri poenam fatuae appellationis judicis arbitrio alibi relinquunt, alibi etiam certo definita exstat. Zypæus not. jur. Belg. de appell. num. 12. in Camera Imperiali hæc est arbitraria teste Gail 1. obs. 152. num. 8. in Brabantia est triginta florenorum. Ord. Cur. Brab. art. 602. sicut & in Hollandia instruct. Cur. Holl. art. 211. Merula prax. Hollan. lib. 4. tit. 3. cap. 14. & in supremo Mechliniensium Senatu tit. des matieres d'appel. art. 3. in Hannonia aliquando est quadraginta florenorum, aliquando triginta, & etiam aliquando minor, pro ut nimirum causa de qua agitur quadrin-

gentos aut ducentos florenos excedit *art.* 480. instruct. Cur. Hann. quæ pœna in Brabantia fisco cedit *d. art.* 602. non pauperibus aut Ecclesiæ.

Pagi vero qui in omnibus causis Curiam Feudalem Brantiæ appellant sunt hi: (*Ryode, Alsembergh, Linckebeeck, 't Laet-hof van den Hove tot Linckebeeck, 't Laet-hof van Krieken-gys, Huysinghe, Buysinghe, ende Eysinghe, Dorpe, Beersel, Boitsfort, 't Laet-hof van den Proost ter Capelle onder Alsembergh.*)

Aliud est in revisione seu erroris propositione, ad quam intentandam certæ etiam mulctæ consignatio requiritur quæ in Gallia olim fuit centum & viginti Francicorum teste *Imbert. instit. for. lib. 2. cap. 16.* quæ postea in duplum excrevit *Imbert. d. cap. 16.* in Brabantia ea est sexaginta florenorum *juxta art.* 660. *Ordin. Cur. Brab. in supremo Mechliniensium Concilio ea excurrit ad centum Carolos aureos instruct. supr. Conc. Mechlin. tit. de propos. error. art. 1.* in Hannonia est duplum ejus mulctæ quæ male appellantibus infligitur *art.* 624. *instruct. Cur. Hannon.*

Revisio aut erroris propositio de jure communi intra biennium postulari debet *authent. que supplicatio. Cod. de precib. imp. off. & ita observatur in suprema Brantiæ Curia Feudali. Edict. Imp. Caroli V. de 17. Junii 1523. item in Senatu Mechliniensi d. art. 1. in Hollandia art. 279. & 280. instruct. Cur. Holl. in Frisia teste Sandio lib. 1. tit. 16. def. Fris. 1. in Germania Gail. 1. obs. ult. in pr. in Gallia tamen intra annum impetrari debet *Gotofr. & Autum. in d. authent. Rebuff. constit. Reg. in proëm. gl. 5. num. 41. in Hannonia art. 624. instruct. Cur. Hann. in Brabantia respectu bonorum non feudalium. Quo tamen tempore elapso restitutionem dari**

ex causa notat Christn. vol. 6. decis. 101. num. 40. Et vol. 1. decis. 12. n. 3. Et decis. 48. n. 6. ubi ita iudicatum refert post Imbert. instit. for. lib. 2. cap. 16. Papon. lib. 19. tit. 8. art. 5.

Articulus VI.

Secundum dispositionem Juris scripti Appellatio & Reformatio utrique parti litiganti communis erit, ita ut Intimatus, qui in Sententia à qua triumphavit, etiam posset concludere ad meliorationem & immutationem Sententiae à qua, si idem Intimatus per eandem Sententiam à qua se gravatum pretenderet.

Appellationem utrique parti communem esse fundatur in l. ult. Cod. de appellat. Et consult. unde non obstante revocatione actoris, adversarius in suum commodum appellationem interpositam persequi poterit. Sed super eis tantum capitulis vel aliis eisdem connexis à quibus est appellatum l. ult. in pr. hoc tit. ibi Gl. & Guid. Pap. sing. 32. ex quo liquet quod quamvis in principali causa actor reo invito liti renunciare, atque renuntiando eam extinguere possit l. 4. Cod. de pact. in appellationis tamen causa appellator adversario suo invito appellationi interpositae ita renunciare non potest ut renunciando eam etiam ex adversarii sui parte extinguat. Idque ideo forte constitutum est, quia appellationis causa propter sententiam prius latam, adversarii interesse potest, ut appellatio interposita continetur & sententia prius in principali causa lata ab appellationis iudice in suum favorem emendetur & suppleatur si quid minus dictum est.

Articulus VII.

IN tantum ut , si Inthimatus eodem remedio Appellationis aut Reformationis uteretur , etiam in pœnam temere Appellationis aut Reformationis posset condemnari , materiâ ad hoc disposita.

Articulus VIII.

Curia Feudalis imposterum nullas Reformationes aut Appellationes admittat , nisi libello ad hanc tendenti jungatur sententia à qua in forma authentica : & constet sententiam esse definitivam aut alias interlocutoriam , quæ vim habeat definitiva , & cujus præjudicium non esset reparabile in definitiva.

Articulus IX.

UT evitentur majores sumptus in suscipiendo inquisitiones litium , præcipue in causis levioris momenti , V. G. centum florenorum aut infra , Locum-Tenens ad requisitionem partium , audiendis Testibus & recipiendis informationibus , committet solum Græfiarium , & eo absente , unum ex Homi-nibus Feudalibus , sub mandato expresso inducendi Testes ad subsignationem depositionum suarum.

Articulus X.

IN posterum non sit nisi unus Relator in quavis causa, nisi alterutra pars propter difficultatem & importantiam cause alterum adjungi suis sumptibus per libellum postulare.


Articulus XI.

Locum-Tenens imposterum non tenebitur unumquemque Hominum Feudalium in ordinariis confessibus ad opinionem interpellare, sed septem, octo, aut novem priores dumtaxat, quorum si concordia vota fuerint, aut majoris partis eorum, non tenebitur pergere ulterius: quod si tamen quis reliquorum contraria foret opinionis, eam una cum rationibus ad hoc moventibus proponere poterit & exaudiri.

Articulus XII.

NE quis imposterum conqueratur de Taxatione expensarum in causis gravioris momenti, aut aliis, priusquam Grapharius taxationem à se conceptam edat, eam ordinariis Hominibus Feudalibus communicet, qui ordentim absque onere partium eam revidebunt, approbabunt, aut immutabunt.





De Edicto PHILIPPI BONI
Ducis Brabantie 13. Novem-
bris 1446.

Articulus XIII.

I Mprimis distincte & expresse pos-
set declarari quod primus Articulus
presati Edicti intelligendus sit
de Alienationibus vel Transporti-
bus Domini vel Proprietatis ac Gravamine
reali: nimirum quod verba, de Venditio-
nibus Feudorum, Gravaminibus, Op-
pignorationibus, Donationibus, Permu-
tationibus, aut similibus, illic posita,
sumantur pro Executionibus ac effectu emptio-
num, gravaminum &c. ita ut nudus Contrac-
tus de Bonis Feudalibus eodem Edicto non sit
prohibitus.

Exstat hoc Edictum vol. 1. Antwerp. lib. 2.
tit. 5. cap. 2.

Articulus XIV.

Articulo sexto disponenti de Feudis ac
Reditibus Feudalibus è manu mortua
redimendis, posset addi non obstante Amor-
tisatione à Principe vel aliter obtenta: cum
omnia Bona Clericorum generaliter vel specia-
liter sint Amortizata, ita ut constitutio nul-

libi aliter posset effectum quoad ea sortiri : insuper quod Amortisatio dumtaxat servias pro facultate retinendi Feuda per Ecclesiasticos , & ut libera sint à Precariis Principis Patriæ.

DE Amortizatione vide quæ dicta sunt ad art. 103. Consuetudinis Bruxellensis , quibus adde Anselm. in tribon. Belgic. cap. 50.

Articulus XV.

QUOD verba vel eorum Hæres legitimus etiam posset declarari , sive essent Hæredes mediate sive immediate.

Articulus XVI.

CLANSULE , solvendo pro quolibet nummo viginti , posset addi aut declarari quando incertum est pretium , pro Feudis ac Reditibus Feudalibus , datum , secundum constitutionem Caroli V. Aug. Mem. de data 12. Novembris 1520. Quoties vero apparet de certo pretio , sufficeret illud solvere reducendo ad nummum decimum sextum , redditumque multiplicando ad nummum vigesimum utpote cum pretium reperitur esse mille florenorum reddens ad nummum decimum sextum , sexaginta duos florenos ac decem stuferos annuos , ei superadderetur quinta pars ad nummum vigesimum excedendo dictos mille florenos ducentis.

Articulus XVII.

ET quod fieret distinctio inter redemptionem Feudorum & Redituum Feudalium, ita scilicet ut redemptio Feudorum fieret solvendo pro quolibet nummo viginti, habito respectu valoris Bonorum tempore redemptionis annisque viginti aut viginti quinque precedentibus. De Reditibus Feudalibus autem, si quis vellet redimere Reditum in Bonis suis Feudalibus hypothecatum, notumque sit pretium quo redimi possunt vel acquisiti sunt, sufficet id solvere in Moneta obvia, absque ulla multiplicatione: cum vero non constiterit de pretio aut redemptione, non posset fieri redemptio nisi ad nummum vigesimum.

Articulus XVIII.

Verba hec similes &c. supponunt nummos currentes sive obvios tempore redemptionis: verba autem & in Siligine &c. eam interpretationem accipiunt, ut Modium Bruxellense redimatur sedecim florenis, numerando pro quolibet floreno viginti stuferos, & Modium Frumenti triente amplius & ita de aliis.

Articulus XIX.

Taxatio Cambii, de qua illic mentio, mutari potest in Graphii Curia nostre Feudalis Brabantie.




De Constitutione Casareae Ma-
jestatis in materia Feudali
de 17. Julii 1523.

Articulus XX.

A videtur de novo posse declarari, postquam memoria advertissamenti Gallice desuper per Locum-Tenentem fuerit communicata, cujus Copia hic sequitur: ita tamen ut omitti posset Articulus 5. dictae Constitutionis de Anno 1523. ut qui non observatur: & insuper si Supremi Brabantiae Consilii Senatores in facto Justitiae non nimium occupati sint, illic & alibi: quamvis in gravioribus causis per hoc non impediatur auctoritas Locum-Tenentis nomine Suae Majestatis ceu Ducis Brabantiae, procurandi ut dicti Consilarii comparentes opinentur, consulant, unaque cum ceteris beneficiariis causa resolutioni assistant cum fuerit necesse.

AUTHORITAS LOCUM-TENENTIS) unde pares cogi possunt ut cognoscendi munus in se recipiant à Sande ad consuet. feudal. Gelr. tract. 3. cap. 1. §. 1. num. 14. namque ut ibidem addit, in Gelria ad confessum vocati Imperio non parentes, prima vice quingentorum, hinc denorum, tertio vicenorum scutorum

multam exsolvere damnabuntur ex constitutione Carolina : quamvis Glossographus & Alvarottus in *c. unic. an apud Judices vel Cur. Domini* &c. putent pares , si nolint de causa feudali cognoscere , non cogi.



*De Successionibus ac Doariis
Viduorum & Viduarum.*

Articulus XXI.

Cum Pater aut Mater tenentes Bonas vel Reditus Feudales à Duce Brabantie , legitimos Liberos relinquunt , Filios ac Filias , duos , tres aut plures , Filius Primogenitus (vel Filia defectu Filiorum) precipit sibi Castra , & Fortalitia cum Pontibus ac Fossis , cum exercitio Jurisdictionis eo spectantis , potestatem videlicet creandi ac deponendi Officiarios , Pares Curie & Ostiarios , ad Justitiam unicuique administrandam , fidem recipiendam , & reliquos omnis generis actus Executionis , & Justitie faciendos , item habet bessem ex omnibus commodis & obventionibus : triens vero eorumdem commodorum ac obventionum ad reliquos Filios , vel iis deficientibus ad Filias spectat.

Primogenitorum prærogativas esse antiquissimas patet ex Genesi cap. 49. ubi Jacob Patriarcha convocatis suscipiendæ benedictioni filiis , primogenitum Ruben increpans ait :

§10 *Consuetudines Supreme*

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei, prior in donis, major in imperio : ab ipso tamen est reprobatus. Sunt & alia primogenitorum præcipua ex lege veteri quæ *Glossa in cap. quam fit periculosum super verbo primatus 7. quest. 1.* enarrat, quo loco notatum quod antiquis solennitatibus primi sacrificia offerebant, atque parentum à dextris affidebant, duplicesque cibos recipiebant : & ita ferè per universum Orbem primogeniti in bonis parentum præferuntur, testante hoc de Hispania *Gregor. Lopez partit. 2. tit. 15. leg. 2.* ubi fuse hanc materiam tractat. de Gallia *Chopin. de morib. Paris. lib. 1. tit. 2. §. 14. & lib. 2. ad ll. And. tit. de reb. in cens. dat. Coquill. in institut. jur. Franc. tit. de fiefs & ad consuet. Nivern. tit. du droit d'ainesse ad art. 6.* Argent. in tract. *advis sur le partage de Nobles quest. 1. 2. 3. & seqq.* in Patria Leodiensi feudorum natura indivisibilis est, & consortis impatiens, ideoque ad primogenitum in successione spectant, Fratribus, Sororibusque exclusis, & illo moriente sine Liberis, in secundo dein tertio genitum devolvuntur : & ita deinceps. Et masculis hujus lineæ deficientibus ad filiam primogenitam, illa mortua sine Liberis ad secundo, deinde tertio genitam, & ita in cæteros & ex iis descendentes in infinitum, donec linea ejus qui primo in feudum successit à Liberis & descendantibus tam masculis quam foeminis omnino vacua fiat & inanis. De *Mean tom. 1. obs. 3. §. 2. ad jus Civ. Leodiens.* in Brabantia primogenito cedit primarium, Ædificium vel Castrum, cum Ponte ac Fossis Ædificium vel Castrum cingentibus : item cum jurisdictionum exercitiis ac clientum homagiis, atque insuper Bessis ex Censibus Reditibus aliisque certis obventionibus : reliquus vero

feudi triens ad reliquos filios pertinet, siue is unus siue plures sint. In quam sententiam exstat Ludovici Requescentii Belgicarum Provinciarum Gubernatoris decretum, inter Regiæ Majestatis Advocatum loco Guilielmi Comitis Montensis, ejusque Fratrem ac Sororem datum 15. Decemb. anno 1574. hoc tenore. *Tiercement que ès fiefs de Brabant à sçavoir Boxmeer, les Moulins alentour de Breda & autres tenuz & mouvans, soit mediatement ou immediatement de la Cour Feodale de Brabant, lesdits feu Oswald & Fredericq sont fondez en la troisième part d'iceux, sauf les forteresses &c. avec seclusion de ladite Damoiselle Anne leurs Sœur.* Mascula vero prole deficiente, inter plures filias, illi quæ maxima natu est, talia commoda cum suis prærogativis deferuntur, qualia filio diximus inter plures filios competere. à Sande *ad consuet. feud. Gelr. tit. 3. §. 9. num. 7. Gudelin. de jur. feud. part. 1. cap. 1. num. 1. 3. & part. 3. cap. 3. n. 3. & seqq. Zyp. not. jur. Belg. tit. de Feud. H. Kinschot. tract. 6. cap. 3. n. 5. & resp. 76. n. 23. Neostad. de feud. Holland. succ. cap. 4. n. 8. Hug. Grot. introd. lib. 2. cap. 41. à Leeuw. cens. for. lib. 2. cap. 20. D. Stockmans decis. Brab. 124. per tot. ubi ad rei hujus intellectum quædam notat passim obvia circa Molendina, Hortos, Columbaria, &c. uti & Christinæus vol. 6. decis. 41. 42. 43. &c. in consuetudines feudorum.*

Notandum autem hunc Articulum tantum loqui de linea ascendentium & descendendum, in collaterali enim secus est ut patebit infra *ex art. 28. vide Valer. Andr. ad instit. Zoef. de success. ab intest. lib. 3. tit. 1. num. 14. in fine* ubi ita judicatum refert in Curia Feudali Brabantia anno 1664. in causa Joannis de Merode & juniores ejus Fratres, simulque tunc

intellectum est quod bona quæ devenerunt ad Matrem & à Matre ad Liberos, dicantur bona avita vulgo (*Stock-goederen.*)

In feudis tamen Grimbergensibus contrarium observatur, filius nempe natus minimus bestem aufert eodem modo quo primogenitus in feudis Brabanticis.

Occasione primogenituræ quæritur an legitimatis, an legitimè natis, successionis competat prærogativa, casu quo quis ex concubina Liberos habens, ea relicta atque alia uxore ducta legitimos Liberos procreaverit, & hac defuncta concubinam pridem relictam uxorem duxerit : quam quæstionem post Tiraquellum *de primogenitis quæst.* 14. num. 3. & 43. Alex. in l. Gall. §. quid si tantum ff. de lib. & post Molin. ad consuet. Paris. §. 13. gl. 1. num. 34. Felin. in cap. pruden. de offic. deleg. Mat. de Afflict. in cap. 1. §. natur. si de feud. defuncti fuer. controuv. inter dom. & agn. tractat à Sande in consuet. feud. Gelr. tit. 3. de success. legitim. cap. 1. §. num. 28. & seqq.

Ad ulteriorem hujus articuli 20. intellectum vide Mornac. ad l. 8. ff. famil. ercisc. & l. 22. ff. de adopt. & ad tit. ff. de ventre inspic. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 16. num. 15. & seqq. Du Fresne sur la coustume d'Amiens art. 72. & 73. Chopin. ad ll. And. lib. 2. tit. de reb. in cens. dat. num. 11. Tronçon. sur les coustum. de Paris art. 13. Pontan. ad consuet. Blesenses tom. 2. art. 164. 165. & seqq.

A D D I T I O N E S.

FILIA DEFECTU FILIORUM.) Les Filles ne succedent point ès fiefs qui relevent, soit de la Cour Souveraine, soit de subalternes en Brabant, tant qu'il y a des Fils en pareil degré, & dans
leuy

leur legitime n'entrent point les fiefs s'il y a d'autres biens, & s'il n'y a que des fiefs danda est *Filiabus legitima in parata pecunia, secundum valorem Feudorum.* Carol. Molin. ad consuetud. Paris. §. 8. gloss. 4. n. 6. & 7.

Cependant s'observe que dans la legitime des Filles on compute les fiefs acquis par Pere & Mere, soit à titre d'achapt, d'échange ou permutation, ou tel autre qui soit réputé acquet, mais quant aux fiefs anciens & Patrimoniaux de Pere & Mere, ou réputés tels, les Filles n'y ont aucune legitime en Brabant.

Et quant à la legitime des Fils, il faut faire distinction entre l'ainé & les puisnés: l'ainé emporte pour sa legitime le tiers de ce qui lui vient ab intestat soit par forme de prerogatif, comme la Jurisdiction, Chateaux & annexes, que generalement tout ce qui est compris entre les prerogatifs ou precipuauté, & au regard des puisnés, comme ils ne succedent ab intestat que dans un tiers qui se partage entre eux tous, leur legitime doit être réglé selon le droit écrit, sçavoir la moitié dudit tiers, lorsqu'il y a plus de quatre Enfans, & la tierce ou sixieme s'il n'y a que quatre & au dessous.

Et au cas qu'il n'y auroit pas des Biens allodiaux suffisans pour les alimens des Filles, s'observe que les Freres qui emportent les fiefs, doivent contribuer aux-dits alimens, à proportion de ce qu'ils heritent des fiefs.

Articulus XXII.

S*I Vir aut Uxor, quibus Liberi supersunt, moritur, ad prolem unam vel plures per separationem thori proprietates Feudorum provenientium ex latere superstitis devolvitur, superstate dumtaxat retinente eorundem Feudorum usufructu hereditario.*

OB honorem primarum nuptiarum & favore priorum Liberorum, Brabantia moribus inductum est, ut matrimonio per mortem alterius conjugis dissoluto, tam superstitis quam defuncti feuda communibus Liberis deferantur, salvo tamen superstiti usufructu feudorum ab ipso profectorum sive ea hæreditate ipsi obverint, sive industria sua quæsierit, quorum interim proprietas à Liberis decedentibus ad Nepotes vel Fratres vel Sorores transmittitur; atque illis omnibus ante superstitem parentem deficientibus, denuo cum usufructu consolidatur atque idcirco spes reddituræ proprietatis, (*Erf-tocht*,) id est, *hæreditarius usufructus* vocatur: hisce autem proprietariis, quamdiu usufructuarius in vivis est, non licet eam proprietatem vendere vel oppignorare vel ullo denique colore onerare à Sand. §. 9. *de feud. Brabant. num. 2.* poterit tamen proprietarius gravare, vendere, aut aliter alienare feuda Brabantica in quibus superstes habet nudum usumfructum, uti quandoque turbatum est.

A D D I T I O N E S.

CAutela est contra hanc devolutionem quod in litteris acquisitionis Feudi inseratur clausula esse emptum vel acquisitum *pro se & ad inde disponendum.*

De cætero hæc devolutio conformiter huic & sequenti Art. turbatim confirmata est 1. Septembris 1567. ad instantiam *Mariæ Nomers* Impetrante, contra *de Marquise van Berg-op-Zoom* Gedaeghde.

Articulus XXIII.

QUæ Proprietas morte Filii vel Filiorum denno devolvitur ad ejusdem vel eorumdem Liberos, & iis deficientibus ad Fratres vel Sorores.

ITa ut Pàrentes non possint succedere quamdiu Fratres aut Sòrores defuncti supersunt. Quod & pluribus turbis confirmatum est.

Articulus XXIV.

SIn autem tales Filii vel Nepotes è vivis decedunt non relicta legitima prole, revertitur statim talis proprietas ad Patrem, Avum aut Proavum, ita ut denuo plenam proprietatem consequantur.

Vide quæ ad art. 22. de usufructu hereditario dicta sunt.

Articulus XXV.

UBi vero Fenda à latere Conjugis præmortui descenderent, manebit apud superstitem Conjugum simplex tantum Ususfructus eorundem Feudorum, proprietate devoluta ad Filium vel Filios capaces successionis Parentis præmortui.

ADde quæ art. 22. de nudo usufructu dicta sunt.

Articulus XXVI.

SI Vir & Uxor habent Liberos tam ex primo quam secundo Matrimonio, & ad ipsos stante secundo Matrimonio devolvuntur Bona Feudalia, ea post obitum ipsorum, ad Liberos primi thori devolvuntur, si ex eo masculi supersunt, & non ad proles secunda thori.

Vide à Sande ad consuet. Gelr. tract. 2. tit. 2. cap. 3. num. 7.

Articulus XXVII.

Sed si stante secundo Matrimonio aliqua Feuda acquisita essent, proles secundi Matrimonii sive Masculus sive Fœmina semissem eorum Feudorum ut nomine suæ Matris habeat; bese restantis semissis ad primogenitum primi thori delata, vel eo deficiente ad Filiam primogenitam, triente relicto reliquis Filiabus ejusdem primi thori.

Feudum respectu diversarum personarum potest esse novum & antiquum. Surdus *conf.* 427. num. 49. & 50. ideoque facto transitu in successores non sortitur naturam feudi acquisiti in hæreditate descendentium ab acquirente, nec eo jure in materia successionis censetur: sed stipalis feudi legem recipit: quod enim pervenit ad aliquem jure successivo, bonorum avitorum qualitatem assumit: non autem acquisitionem naturam retinet. Molinæus ad *consuet. Paris. tit. 1. §. 45. gloss. 1. in verb. qui denie le fief. num. 189.* Præf. Everard. *conf.* 135. num. 4. per. text. in l. 1. de impon. lucrat. descrip. lib. 11. Nicol. Valla de reb. dub. tract. 13. num. 2. Argentæ. ad *consuet. Britan. art. 418. des mariages gl. 3. num. 7.* hinc feudum acquisitum propriè hic dicitur novum, id est quod primo quæritur Text. in cap. 1. lib. 2. tit. 32. quot testes sunt necessarii &c. in usib. feudorum: feudum igitur acquisitum, non stipale censetur quod ex quæstu acquirentis provenit, argum l. quæstus 8. cum 5. seqq. ff. pro socio & l. duo 71. §. fin. ff. eod. l. additio 45. §. & cum quæstus ff. de acquir. hæred. De Mean ad jus

*Civ. Leodiense lib. 1. obs. 2. ubi plura de feudo
acquisito, & quibus titulis tale dicatur & fiat.*

Quoad divisionem acquestuum feudalium
diversum ab hoc articulo per famosos causarum
patronos quandoque responsum fuit, scilicet
filium prioris matrimonii non habere nisi beſsem
jure ordinario.

Articulus XXVIII.

IN *ſucceſſione collateralis Fratres pariter
admittuntur ad Feuda Fratris prædefuncti,
excepto eo quod primogenitus habeat Juris-
dictionem ad Dominium pertinentem, arcem-
que cum Pontibus ac Foffis circumjacentibus.
Quod etiam observatur inter Sorores mortui
Fratris vel Sororis cum nulli sunt Fratres
ſuperſtites.*

IN *transverſali propagine ad defuncti maxi-
mum natu Fratrem, vel Fratribus deficienti-
bus ad maximam natu Sororem, vel poſt Fra-
tres & Sorores ad maximum natu inter Fra-
trum & Sororum filios, vel denique his non ex-
ſtantibus ad maximam natu inter Fratrum
& Sororum filias perveniet primarium Ædi-
ficium vel Caſtrum cum Ponte ac Foffis, Ædi-
ficium vel Caſtrum cingentibus, item cum ju-
riſdictionum exercitiis, ac patronatu feudali
commodisque accidentariis: cætera vero feudi
jura, Cenus ac Reditus, ac certas obventiones
inter ſe dividunt æquis partibus à Sande *de
feud. tit. 3. cap. 1. §. 9. num. 8.**

At ſi cum Fratribus concurrunt Sorores, has
nihil habituras quandoque turmatim probatum
eſt & ita tenet *Wamel. cent. 5. conf. 3. num.*

4. vide etiam ad hunc art. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 19. Mornac. ad l. 1. ff. de jur. & ad l. 3. eod. Stockmans decis. 124.

A D D I T I O N E S.

ITa iudicatum in Supr. Cur. Feud. Brabantiae inter Fratres *De Merode* 1. Julii 1558, & inter Fratres *Van Doirne* 7. Septembris 1566. & 14. Aprilis 1567.

QUOD ETIAM OBSERVATUR) Conformiter huic iudicatum in Curia Feud. Brab. inter Sorores *Bailleth*, per mortem Fratris *Jacobi* 2. Maii 1572. & 27. Novembris 1574.

Articulus XXIX.

DUorum pluriumve Fratrum vel Sororum Liberi succedunt Avunculo vel Patruo & Amita vel Matertera in Feudis eorumque fructibus & obventionibus certis equaliter, salva quod nato ex Fratre vel Sorore primogenitis competat Jurisdictionis exercitium, una cum Domo, Ponte & fossa circumjacente.

A D D I T I O.

DEsen Artieckel wordt verstaen niet alleen alffer maer en zyn Gebroeders en Gesusters Kinderen, maer oock als Broeders en Susters Kinderen saemen concurreren, jae ingevalle van de Susler waere gecomen eenen Sone, ende van de Broeders maer Dochters, soude den Susters Sone geprefereert worden voor de Broeders Dochters, in de leenen gekomen van den Oom, ita resolut. per Kinschot, Brockhem, Strick, Ryserwyck 22. Martii 1603.

Articulus XXX.

Cum neque Fratres neque Sorores, nec eorum Liberi supersunt, in feudis defuncti succedunt gradu proximiores, ita tamen ut masculi existentes in eodem gradu, simul & equaliter admittantur cum exclusione foeminarum.

Pro intellectu hujus articuli suppone è secundo matrimonio nullos superesse filios, alias masculi è secundo matrimonio excluderent foeminas prioris, cum foemina non succedat exstante masculo in pari gradu Text. in cap. unic. de feudo foemine Rosenthal. de feudis cap. 7. conclus. 25. num. 50. & seqq. idque etiam in foemineo feudo: in feudo autem pro masculis & foeminis accepto, & quod à masculo originem ducit (sicut omnia feuda incepisse judicandum est si aliud non liqueat) regula est masculis exstantibus foeminas excludi c. unic. de eo qui sibi vel hered. mascul. vel foemin. c. 1. §. quin etiam tit. Episc. vel Abbat. ibi Isernia num. 2. & 3. Bald. num. 1. Alvarot. num. 2. Eguinar. Baro in method. feudal. lib. 2. cap. 14. Cujac. lib. 1. feudor. tit. 2. §. penult. est etiam generalis Doctrina quod consuetudine vel statuto non exprimente ordinem successorium masculi & foeminae, masculus prior sit. Præpos. in d. cap. 1. num. 4. de eo qui sibi & heredib. Duaren. de feud. cap. 10. num. 9. Schrader. de feud. part. 6. cap. 2. num. 42. Vultejus de feud. cap. 9. num. 48. Wefenbec. conf. 74. num. 20. Cravet. conf. 118. num. 6. Menoch. conf. 443. num. 62. amplius dicunt interpretes filium Fratris præponi filio Sororis Præposit. in c. 1. §. & quia vidimus

num. 7. de his qui feuda dare poss. Cujac. lib. 1. feud. tit. 2. §. penult. ad fin. Menoch. conf. 391. num. 4. Fulgos. conf. 229. vers. deinde Rosenthal. de feud. cap. 7. num. 13. Everard. conf. 228. à Sande de feud. Brab. §. 9. num. 6.

A D D I T I O N E S.

Conform desen Artieckel is gewesen in saecke van Maria Charlier 1618. oft daer ontrent, daer by is verstaen dat den oudtsten Neve van den Aflyvigen, gekomen van een Suster, was preferabel voor den Neve gekomen van eenen Broeder, den selven Neve jonger van jaeren zynde dan die van de Suster gekomen was, uyt redenen van den 24. Artieckel deser, ende dat alsoo elck komt uyt eygen hoofde.

Vide Christinænm decis. Feud. 57. & Grivell. decis. 109.

Articulus XXXI.

Filia nullum jus in Feudis obtinent, existentibus masculis ejusdem gradus, tam in collateralibus quam recta linea: Fœmina autem propinquior in gradu Masculos non aequè propinquos excludit.

Vide annotata ad art. præcedentem, & Stockmans de jure devolut. cap. 5. num. 1.

Articulus XXXII.

In successione feudali observatur regula juris quod proximior in gradu excludat remotiorem: ita ut Amita in successione feudi præferatur Nepoti, cum nullus Masculus in eodem gradu existit, & hoc cum exclusione Nepotum defuncti.

A D D I T I O N E S.

IN Mechelsche Leenen heeft representatie plaetse in linea collateralis ten respecte van Broeders Kinderen, om met den Oom te mogen succederen staeckx gewyse, als die Mannen des Leen-hofs van Mechelen hebben geattesteert in den jaere 1511. in causa Jan Van Waver Appellant, tegens Hendrick Van Gavere. Vide Christin. decis. Feud. decis. 57. & Grivell. decis. 109.

Volgens desen Artieckel worden geprefereert halve Broeders oft Susters in de successie van den Broeder van eenen anderen Bedde voor des geheele Broeders Kinderen, quia proximiores.

Articulus XXXIII.

IN linea collateralis representationi locus non est.

Vide Carol. de Mean. tom. 1. obs. 3. num. 5. & 6. item obs. 4. num. 1. Rosenthal. de feud. cap. 7. conclus. 57. num. 6. & seqq. Cujac. lib. 2. feudor. tit. 11. Peregrin. vol. 2. cons. 1. num. 59. Louet. lit. R. num. 41. Sim. à Leeuw. cens. for. part. 1. lib. 2. cap. 22. n. 2.

Articulus XXXIV.

Vidua, mortuo Marito sine legitima prole Ususfructum habet in semisse bonorum feudalium patrimonialium Mariti: sed suorum feudorum integrum Ususfructum retinet cum Liberi supersunt.

Articulus XXXV.

Superstes ex Conjugibus in semisse feudorum constante Matrimonio quæstorum proprietatem habet, & Ususfructum alterius semissis si neque Filii neque Nepotes ex Filiis inveniuntur.

SI in casu hujus articuli maritus pure suo nomine sit investitus, deinde moritur sine liberis, an vidua debeat in dimidia parte relevium? negat Molinæus *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 33. gl. 1. num. 142.* debetque tantum simplicem fidelitatem. Cujus tamen contrarium tenet §. 37. gl. 1. num. 13.

Articulus XXXVI.

Sed si ex tali Matrimonio supersunt Liberi aut Nepotes adveniente thori separatione, eo casu apud superstitem Conjugum remanebit nudus Ususfructus in semisse feudorum, & in altero semisse Ususfructus hereditarius.

A D D I T I O N E S.

Ut genomen in de Heerelyckbeydt en Fortressen die de Vrouwe ~~als~~ relyck vermagh 40. daegen besitten.

Oock en heeft den Lanckxt-levenden maer halve tochte, weder daer Kinderen zyn oft niet, volgens den Vonnisse, Turben ende Adviesen gereclameert ten Proesse in 't Leen-hof van Brabant, tusschen de Vrouwe Weduwe wylen den Heere Raedt en Procureur Generael Busleyden cum suâ, tegens J. Henderick Van Eyck Raedt in Brabant, den 5. Julii 1703.

Articulus XXXVII.

Bona feudalia ad proximiorum in gradu non ascendunt, sed succedunt ad proximiorum in linea descendentem, sive descendentes attingant defunctum in pari gradu sive in ulteriori.

IN feudo juxta communes usus non succedunt ascendentes, Pater vel Avus & cæteri, nisi tenor investituræ aliud præscribat. Text. in c. 1. de natur. à succes. feudi lib. 2. tit. 50. & in c. 1. d. lib. 2. tit. 11. de succes. fratrum vel gradibus succed. in feudis. Hartmann. obs. pract. lib. 2. tit. 54. de feud. obs. 16. num. 4. & obs. 17. ratio est quia in feudo antiquo impossibile est Patrem, Avum aut Proavum filio succedere, cum ab iis in filios & descendentes defluat: si autem est novum & filio concessum, tunc eo sine Liberis moriente ad Dominum revertitur. Mynsing. cent. 3. obs. 93. Hartmann. pract. for. lib. 2. tit. 54. de feudis obs. 46. & ult. Chassan. ad consuet. Burgund. tit. des successions rubr. 7. §. 6. in textu & les Enfans de ses Freres versic. 4. limit. num. 12.

Limitant hanc regulam Doctores si pater feudo antiquo in rem filiorum renunciat, & filii postea Patre superstite sine Liberis moriantur, quia feudum ad Patrem redibit. cap. 1. tit. 49. de eo qui finem fecit agnato de feudo paterno lib. 2. feudor. Mynsing. d. cent. 3. obs. 46. Vincentius de Franchis dec. 3. num. 1. & seq. & decis. 552. ex qua limitatione infert Vincentius de Franchis ascendentes succedere in feudo antiquo, cum successionis casus datur, & regulam cap. 1. de natura success. feud. obtinere solum in feudo novo. d. dec. 3. nam ad feudum cui Pater renunciavit, præmoriente filio non redit jure proprio, sed successionis, ut probat idem Vincentius de Franchis d. dec. 3. per Text. in d. cap. 1. tit. 49. de eo qui finem fecit agnato: secundo limitatur prædicta regula respectu ascendentium in linea transversali: illi enim succedunt, V. G. patruus nepoti in feudo antiquo majorum & stipitis à quo emanarunt tam patruus quam nepos Hartmann. pract. obs. lib. 2. tit. 54. de feud. obs. 16. n. 6. De Mean ad jus civil. Leod. lib. 1. obs.

rum à Duce impetraverit, nec ad hoc requiritur aliqua renunciatio Filii, nisi Filius de feudo coram Domino & Paribus Curie sit investitus.

Vide hic Edicta de 18. Novemb. 1446. & de 17. Julii 1523. & alia eis juncta tom. 1. Edictor. Brabant. lib. 1. tit. 5.

Articulus XL.

Bona sive Reditus Feudales subjecti mediate vel immediate Curie Feudali Brabantie, vendi possunt, non requisita auctoritate Domini Feudalis.

Consuetudo hæc prorsus juri communi contraria est, quo feudi alienationes penitus interdictæ erant: qua de re tria diversa jura existant secundum Præposit. in cap. 1. §. similiter & §. aut si libellario quib. mod. feud. amittatur nam jure primævo potuit vasallus sine Domini voluntate feudum suum alienare, etiam totum atque integrum cap. 1. quid jur. sit post alien. feud. vass. feud. recip. postea autem supervenit alterum jus quo licuit vasallo feudi partem tantum dimidiam alienare aut obligare d. §. similiter vers. aut si libellario & cap. 1. de feud. alien. in princ. tertio denique supervenit & aliud jus ex Lotharii & Frederici Imperatorum constitutionibus, quibus omnino feudum imo vel partem etiam alienare vel obligare interdictum est vasallis, ut patet ex utraque constitutione de prohibet. feud. alienat. per Freder. & per Lothar. & probat text. c. qual. al. feud. alien. poter. & ex his quæ notat idem Præposit. in c. 1. in fin. apud quem vel quos & in d. c. ult. §. ult. quib. mod. feud. amitt. quod & hodie rursus immutatum,

nam vasallo invitis agnatis proximioribus. *Christin. vol. 1. dec. 185. num. 26.* *Fred. à Sande ad consuet. feud. Gelr. tract. 2. tit. 2. cap. 1. num. 10.* *Guid. Pap. quest. 415. n. 1.* feudum alienare aut hypothecæ subijcere liberum est, adeo quidem ut in feudis hæreditariis hujusmodi alienatio sive hypothecatio ab ipso feudi Domino nequaquam impediri possit, modo nova investitura fiat coram Domini Vicario & Paribus Curia. *cap. unic. lib. 2. feud. tit. 32.* *Gudelin. de feud. part. 4. cap. 2. num. 16.* *Fred. à Sande ad consuet. feud. Geldr. tract. 2. cap. 1. num. 7. 8.* *Grot. introd. lib. 2. part. 42. num. 7. 10.* *Boer. ad consuet. Bitur. tit. 4. §. 1.* *Bugnion. de ll. abrogat. lib. 4. sec. 70. in verbo liberam alienandi facultatem.* *Christin. vol. 1. dec. 268. num. 6.* *Zypæus not. jur. Bel. tit. de feudis.* *Henr. Kinschot. resp. 15. num. 10.* Ultima voluntate tamen de feudis disponi nequit nisi adhibito Principis consensu diplomate in eum finem vulgo *Qcroy* impetrato, aut coram Paribus Curia. *art. preced. & art. 3. Edicti 18. Novemb. 1446.* *Henr. Kinschot. resp. 2. num. 4.* *Petr. Stockm. decis. 44. num. 2.* *Neostad. de feud. Holland. dec. 2. obs. 8. dec. 3. obs. 2.* vide *Kinschot. in tractatu de licentia testandi de feudis.* *De Mean ad jus Civ. Leod. tom. 1. obs. 4. num. 15.*

Articulus XLI.

ET tales Contractus semper validi æstimati fuerunt, præsertim cum in iis dictum est quod venditor investituram facere debeat coram Domino & Curia competente & eo modo permissum est eadem vendita transferre, & emptores recipi ad feuda debent sine con-

traditione Domini, si modo solvant id quod ex jure debetur, & præstent fidem juramentumque requisitum.

Articulus XLII.

Nemo in feudalibus jus suum prius prosequi potest quam Domino de annatis seu levio satisfecerit, & in Curia feudali pro clienti feudali beneficiariove sit agnitus.

Post vacuum feudi possessionem apprehensam investitura petenda est intra annum & mensem lib. 1. feudor. tit. 22. quo temp. mil. invest. pet. deb. aut ut alii legendum censent intra annum & diem 2. feud. 24. in pr. tit. 52. in fin. & 55. in fin. princ. qui dies moribus nostris sex hebdomadarum curriculo circumscribitur. Neostad. de feud. Holl. succes. c. ult. num. 4. Grot. introd. lib. 2. part. 41. num. 63. Gudelin. de jure feud. part. 3. cap. 6. n. 1. in tantum ut ad agendum vel defendendum qui ex feudali jure rem suam esse intendit, citra investituram non admittatur, quo non res tantum controversa, sed & ipsi litigantes feudalis judicii imperio ac cognitioni subjiciantur. Estque ut alibi Cujacius ait, hæc investitura color quidam potius (quo Dominus ejusve Vicarius, cum confesso, etiam personarum Judices congrui efficiantur) quam investitura à Sande de feud. Geldr. tract. 3. cap. 1. §. 2. num. 13. quæ investitura pari passu cum fidelitatis juramento ambulat, eodemque contextu peragitur. Eoque fidelitatis juramento sex ut plurimum promitti solent à vassallis, nimirum incolume, tutum, honestum, utile, facile, & possibile c. 1. de form. fidel. & in c. unic. qual. jur. deb. vassal. ea autem juratæ fidelitatis exhibitio Homagium moribus ac consuetudine Gal-

lorum appellatur. De quo vide Gudelin. de jure feud. part. 2. cap. 6. Christin. ad ll. Mechlin. de feud. art. 3.

Articulus XLIII.

Magna differentia est inter clientem fiduciarium qui *Beset-man* & *Hominem morientem* qui *Sterf-man* dicitur: nam per obitum clientis fiduciarii non debentur *laudemia*, cum hi ordinarie assumantur ut *Homagium* & *Juramentum* praestent pro *Foeminis*, *Minoribus*, aut aliis incapacibus ad praestandum *Domino* servitia debita.

Quibus titulis feudum dicatur mutare manum videndum ex *Molinæo* ad consuet. *Parisi.* in novis §. 33. gloss. 1. in verbis *droit de relief*. & gloss. 2. in verb. *aliené à prix d'argent* *Henric. Zoel.* in tract. de feud. cap. 13. *Ant. Fab. Cod.* lib. 4. tit. 43. deff. 61, 65, 68, 71, 72, 73, 74, 78, 79.

Articulus XLIV.

Sed per mortem *Hominis morientis*, quem ordinarie *Monasteria*, *Collegia*, *Civitates* sive aliae manus mortuae constituunt, debentur *Domino* *laudemia* & *jura relevii*.

Articulus XLV.

Cum fructus annuaeque praestationes *Fendorum* vel *Redituum*. *Fendalium* *divisorum*, *quindecim florenorum* sunt & amplius, tunc ea feuda pro *solidis* & *integris* habentur, ita ut ratione istorum plena jura persolvi debeant.

Articulus

Articulus XLVI.

Pro plenis laudemis solvuntur tredecim Equites, qui in valent in moneta Brabantica novemdecim florenos & decem asses: in quibus Equitibus comprehenduntur jura Vicarii, Cubicularii & Libelli; non autem Parium Curia pro quorum jure solvuntur octo stuferi quando Feudum per mortem devolutum est.

Olim si Reditus feudi ad quindecim aureos Rhenenses aut etiam ultra extendebatur, ejus laudemia cum reliquis Curia Juribus censabantur novemdecim aureis Rhenensibus & octodecim stuferis. Si vero fructus ad quindecim aureorum summam non attingant, laudemii nomine fructus unius anni praestantur. Sed etsi ab antiquo tredecim exsolvi soluerint Equites pro integro feudo, quorum singuli triginta stuferis aestimabantur, & pro non integro quanto in anno conducebatur, nihilominus tamen Regia sua Majestas 27. Septembris anno 1627. Litteris suis statuit & jussit ut pro unoquoque Equite aureo exsolverentur tres floreni ac novemdecim stuferi: & hodie excurrunt jura relevii ad quinquaginta florenos ac duos stuferos vide latius à Leeuwen *cons. for. lib. 2. cap. 21.* Tronçon *ad consuet. Paris. art. 47., 48,* à Sande *ad consuet. feud. Geldr. tract. 2. tit. 1. cap. 3. num. 13.*

Articulus XLVII.

Sed cum talium divisorum Feudorum fructus annui non ascendunt ad praedictam summam quindecim florenorum, tum ea pro

non integris habentur, & satisfit Domino solvendo vromam hoc est fructus unius anni.

Hic per *Vrome* intelliguntur fructus unius anni aut quanti in annum conducitur. Et accipiuntur fructus prædicti anni secundum æstimationem trium præcedentium annorum, vel unius ex illis, non supremo nec infimo pretio attento, qua de re vide & *Molin. in consuet. Paris. tit. de matiere feud. §. 33. gloss. 2. num. 11.* ubi dicit in relevio debere inspici annum præsentem, si est integer, vel immediate sequentem acceptationem, oblationem, & electionem reddituum unius anni.

Articulus XLVIII.

Heres feudi sive masculus sit sive femina non petens investituram Bonorum seu Redituum Feudalium, per Litteras sigillatas certior redditur, ut intra quindenam post receptionem dictarum Litterarum petat investituram, Homagium præstet & Juramentum fidelitatis, solvatque annata Domino de jure debita, quo tempore elapso si vasallus Officiis suis non satisfecerit, Dominus poterit ipsum Feudum prosequi secundum Jura & Consuetudines Curie.

EX Lege Regis Conradi & usibus feudorum investituræ petitio & relevium intra annum & diem fieri debet, alioqui hoc omisso cadit vasallus feudo *text. in cap. 1. de capit. Conradi tit. 40. & 24. lib. 2. que fuit prima causa amitt.* vide supra art. 42. quod tempus non currit nisi à die scientiæ, scilicet notificationis factæ per summationem seu interpellationem. *Schra-*

der. de feud. part. 6. cap. 2. num. 1. & 9. & 15. Tiraquell. de retract. gent. §. 35. gl. 4. ad verb. ignorans num. 12. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 7. num. 4. in novis Gail. lib. 2. obs. 40. num. 8. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 47. num. 1. Præs. Everard. conf. 241. num. 9. ita ut nihil imputari vassallo possit, de cuius exclusione agitur, si possessionem non acquisivit nec in mora acquirendi fuerit Molin. ad d. tit. §. 33. gl. 1. in verb. droit de relief. num. 133. sed illa notificatione facta & sic ignorantia sublata, competit hypothecaria Faber. Cod. lib. 4. tit. 42. def. 4. vide latius de illa interpellatione Pontanum ad consuet. Bles. tit. de feud. ad art. 50, 51, 52. & quot modis illa fiat.

Articulus XLIX.

S*I tali modo certioratus non satisfacit, Dominus, post sententiam Vicarii & Parium Curie, prosequitur tale feudum seu hypothecam dictorum Redituum Feudalium, ad consequenda jura relevii & similia: admonente scilicet Vicario per binos Pares Curie, idque in primam, secundam ac tertiam diem judicariam, & quartam ex gratia.*

D*E formula citationis auctori, reo, & paribus insinuanda vide à Sande ad consuet. feud. Geldr. tract. 3. cap. 4.*

Articulus L.

C*Um eo tamen intellectu, ut si quarta die judicaria pars non compareat ad solvendum relevium & annata Domino directa*

competentia, tum Principi ceu Duci Brabantiae per Sententiam Vicarii & Parium Curiae Feudalis Brabantiae addicatur Feudum seu Reditus feudalis ad illud feudum in perpetuum possidendum & defructuandum.

DE hac tergiversatione vide à Sande ad consuet. feud. Geld. tract. 2. tit. 1. cap. 4.

A D D I T I O.

ITa iudicatum in 't Leen-hof van Grimbergben, 14. Aprilis 1620. tusschen den Stadthouder noe officii ende Jan Haye.

Articulus LI.

SEd cum aliquis deficit in solutione Redituum super bonis feudalibus hypothecatorum, non solent evinci hypotheca, nec etiam possunt evinci prima die iudicialia aut ulteriori processu, juxta praescriptum Litterarum constitutarum, nisi dumtaxat ad computum.

ET si alias translatitium sit, feudum in re mobili adeoque in pecunia consistere non posse cap. 1. §. sciendum tit. de feud. cognit. Herman. Vultejus de feud. lib. 1. cap. 5. num. 10. Mat. Wesenbec de feud. cap. 7. num. 8. Ernest Cothman. vol. 1. cons. 8. num. 1. & seqq. attamen de sola ac nuda contrahentium conventionem hoc intelligendum, in quorum certe arbitrio non est pecuniam absque Domini consensu efficere feudalem, quia pactum adjectum contra naturam rei validum non est lib. 7. §. & generaliter 10. ff. de pactis. l. non dubium 5. Cod. de legib. nec per solam conventionem partium feudum constitui potest, si non con-

sensus Domini investientis accesserit Mat. Co-
ler. part. 1. decis. 94. num. 7. Rosenthal. de
feud. cap. 4. concl. 8. num. 6. cæteroqui si
Domini voluntas aliaque solennia accesserint,
quin & in pecunia numerata, sicut & in re
alia, quamvis mobili, feudum constitui possit
dubium non est. Wefenbec vol. 2. conf. 79.
num. 18. quia ad commutandam qualitatem pe-
cuniæ allodialis in feudalem nil quidquam
ulterius exigitur quam ut dominium ejus di-
rectum per oblationem vel hypothecationem
in re feudali, Domino assignetur, posteaque
feudum recognoscatur, concessa investito facul-
tate percipiendi redditus annuos tamquam fructus
feudi civiles l. jubemus 14. ubi gl. & DD. verb.
annonas Cod. de Sacrosf. Eccles. velut eleganter
docet Ludov. Fachs. in conf. 10. num. 2. quod
habetur in 2. volum. Modest. Pift. vide De
Mean ad jus Civ. Leod. tom. 1. obs. 41.

Articulus LII.


Filii non tenentur petere investituram de
nuda Proprietate feudorum superstitis con-
jugum, priusquam dictus superstes conjugum,
unde feuda descendunt, obierit.

Vide Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 33.
du Fresne sur les coustum. d'Amiens art.
116. n. 2. Mornac. ad l. 9. ff. de usufruct.

A D D I T I O N E S.

VAn gelycken soo en moet eenen Tochtanaer syne
tochte oock niet verheffen, ten zy hy wilde
diesaengaende procederen, ende alsoo moet by hem
leenroerigh maecken.

Contrarie Turbe aen desen Artieckel, te weten
dat de Kinderen moeten verheffen niet tegenstaende
hun Vader de tochte is hebbende.



Alia Jura de Retractu Feudorum.

Articulus LIII.

I N omnibus Contractibus feudalibus tam Venditionis (etiam per Decretum vel subhastationem factis) Permutationis & Donationis aut aliis, locus est retractui consanguinitatis, illi videlicet qui Venditori, Donatori aut aliis contrahentibus propinquus est, etiamsi ex alio latere, ex quo Bona feudalia non processerunt.

I N Brabantiae Curia Feudali non datur nisi retractus gentilitius, excluso etiam retractu partiali, quod & observatur in reliquis omnibus Curiis Feudalibus subalternis ubi nulla est in contrarium consuetudo. Uti judicatum in Curia Feudali Duffelensi, post praevium Consilium supremae Brabantiae Curiae Feudalis 6. May 1625. pro Petro Hinxthoven cum suis Actore contra Petrum Stobbart: qui retractus Feudalis adeo favorabilis est in nostra Brabantia, ut licet jura eum non admittant in permutatione seu donatione Papon. lib. 11. tit. 7. arrest. 14. Boerius ad Bituric. tit. de retract. §. 1. gl. vers. sed juxta praemissa Sanson ad Turonens. art. 19. Pyrrhus ad Aurel. tit. de retrah. vendit. cap. 9. & 10. attamen consanguineo etiam iis casibus concedatur ex Edict. 19. Octob. 1520. vers. (item dat van nu voortaan.) Anselm. ad Edict. perpet. art. 37. §. 21. ubi ita saepius judicatum refert. Adde eundem Anselm. in tribon. Belgic. cap. 90. Christin. ad consuet. feudal. dec. 23. & 30. Fabr. Cod. lib. 4. tit. 43. dec. 29, 30, & 38.

A D D I T I O N E S.

PERMUTATIONIS) Ita iudicatum in causâ
Anthonii Van Hauten, Impetr. & *Joannis Mons*
 rei, quoad Bona de *Huldenbergh*, & inter
Guilielmum Memery retrahentem, & *Joannem*
Reyers in Junio 1596.

DONATIONIS) Ita iudicatum inter *Danielem*
Van Bouckhout Actorem, & *Convardum Vander*
Meren reum, aengaende het Borg-graefschap van
Brussel, in den jaere 1434.

Vide ad hunc Art. de Ordonnantie op het stuck
 van Naederschap de dato 28. Octobris 1444. synde
 te vinden in 't Register van de Acten en Vonnissen
 van 't Leenhof van Brabant, beginnende den 2.
 Augusti 1436, ende eyndende den 8. April 1450.

Articulus L I V.

SI tamen aliquis sit ex eodem latere, is
 alii preferetur, dictoque retractui locus
 esset, & posset intentari per eum qui presens
 fuit ubi talis Contractus fuerat celebratus.

HAc de re exstat decisio Senatus Frisici
 apud à Sande lib. 3. tit. 5. def. 8. in hæc
 verba. Cum filius ut testis subscripsisset instru-
 mento venditionis factæ à Matre, nihil eum
 sibi in petendo retractu præjudicasse Senatus
 censuit. Intentio enim filii non alia fuit, quam
 ut tamquam testis sua subscriptione venditionis
 instrumentum confirmaret, non ut se à retractu
 excluderet Carol. Molin. ad consuet. Paris. tit.
 1. art. 13. gl. 1. & art. 13. num. 8, 9, 10.
 & semper actus iudicatur à principali agen-
 tium intentione Tiraquell. de retract. lib. 1. §.
 30. gl. 1. num. 40. quam in rem plura congeffit
 Hartman. Pistoris lib. 3. quest. jur. 17. num. 1.

Articulus L V.

R Etrahens tamen tenetur in Graphio Aureum, Argenteumque nummum deponere, & offerre se praestitutum ea que secundum Consuetudinem Curiae feudalis requiruntur.

A D D I T I O N E S.

A URUM ET ARGENTUM) In goeden ganckbaeren Gelde, ende by faute van dien soueden Naederlinck vervallen zyn van syn Naederschap alwaer 't dat by Goudt en Silver consigneerde in den Lande van Brabant niet ganckbaer, prout iudicatum in Martio 1619. inter Baronem d'Hoboken & N. Christoffels in Curia Feud. Brabant.

Welck Goudt en Silver blyft tot profyt van den Stadt-houder, ut turbatum 1607.

Nota dat in 't Leen-hof van Nyvel moet binnen s'jaers genamptiseert worden de geheele somme in alsulcke Evaluatie, als den Cooper daer voor heeft gegeven, anders vervalt den Naederlinck van syn Recht, als is gedeponereert by de Leen-mannen van den selven Hove in saecke van Dirick Buyl Suppliant ende d'Erfgenaemen wylen Sr. Cornelis Van Laethem Appellant, gehangen hebbende in den Leen-hove van Brabant, en is dien conformelyck gewesen.

Item de consignatie moet geschieden in handen van Stadt-houder en Leen-mannen, ende en is niet genoegh dat die gedaen worde in de Greffie, in 't afwesen van den Stadt-houder ende Leen-mannen, als gewesen is in de saecke van Nicolaus Severy Sone wylen Jans Cumpt, ende Librecht Vanden Hove, eersten Deurweirder van den Raede van Brabant, den 30. December 1602.

Articulus LVI.

INsuper retrahens Venditorem, Emptorem, Permutatorem, Donatarium aut alios contrahentes juridice citari curabit per Litteras patentes dicte Curie ut sub juramento declarent quibus legibus Contractus initus sit.

Articulus LVII.

EAque omnia intra annum, numerando ab hora & momento inheredationis, cessionis aut investiture facte, & casu quo dictis Officiis defuerit retrahens, seclusus erit in perpetuum à jure retractus.

IDQUE INTRA ANNUM) An citatio illa admittatur ultima anni hora ac die vide à Leeuw. censur. for. lib. 4. cap. 2. num. II. an die feriato? Mornac. ad l. 3. de feriis, & ad l. 26. ff. ex quibus caus. maj. & ad l. 20. Cod. de transact. Argentr. art. 20. num. 1. & 2. Loet. lit. R. num. 39.

AB INHEREDATIONE) Molin. ad consuet. Paris. tit. 2. §. 82. gl. 1. n. 14. sine spe restitutionis per art. 37. Edicti perpetui 1611. Louet lit. R. num. 7. nequidem ex capite minoris ætatis Henric. Kinschot. tract. 3. cap. 12. num. 6. Mornac. ad l. 6. ff. de calumniat. & ad l. 3. §. minores ff. de minorib. & ad l. 52. ff. de rei vind. si vero res sine judiciali translatione tradita sit præscriptione triginta annorum retractum excludi judicatum ait Deckher. lib. 1. diff. 15. num. 20. quem vide una cum additionibus meis ad §. 5. & 6. dicte differt. idem censet Anselm. tribon Belgic. cap. 90. §. 2. adde Mornac. ad l. 2. ff. de act. empt. & vend.

A D D I T I O.

HEt is genoegh dat het daegement geschiedt binnen s'jaers, al is't dat den dagh van daegement dienende comt daer naer, ad exemplum reformationis intentatae intra annum, gelyck dat is geturbeert in Augusti 1607. in 't Leen-hof van St. Rombauts tot Mechelen, nopende de Heerelyckbeydt van Humbeeck, die den Heere van Barbanfon pretendeerde te vernaerderen over de verkoopinge die den Graeve van Arembergh synen Broeder badde gedaen, nopende de selve Heerelyckbeydt.

Articulus LVIII.

Retrahens, integrum Contractum debet retrahere & approbare sine aliqua divisione, licet in eodem Contractu feudalibus bonis essent immixta Allodialia, Censualia aut alia, idque sub poena predicta.

EMptor enim qui pretio uno rem emit contractui dividendo non nisi sua sponte adigi potest *l. quod autem §. fin. & l. quod si uno ff. de in diem adject.* id etiam meminit Bartol. in *l. cui usufructus ff. de usufr. leg.* & si vel totum fundum retinere vel toto carere malit, tunc is qui partem tantum jure sanguinis retrahere potest debet totum fundum retrahere vel totum dimittere Louet au *recuil des arrest lit. R. num. 5.* Bouvot. *part. 1. quest. notab. in verb. retrait. quest. 3.* Grivell. *decif. Dol. 43. num. 12.* à Sande *lib. 3. tit. 5. def. 10.* argumentum ducens ab actione redhibitoria quæ venit ex *Edicto Ædilium Curulium*, quando

enim plures res ejusdem generis, ut plures servi simul uno pretio, unave venditione venierunt, si quis eorum morbosus aut vitiosus sit & agatur redhibitoria actione, omnes simul redhiberi debent *l. cum ejusdem 33. verbo omnes junctis ll. seqq. & l. penult. ff. de edilit. Edict. facit. l. tutor. 47. §. curator. ff. de minorib. adde Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 20. gl. 1. num. 54. & seq. Mornac. ad l. 47. §. 1. ff. de minorib. & ad l. 16. ff. de in diem adict. & ad l. 34. ff. de edilit. edict.*

A D D I T I O N E S.

ITa judicatum in Curia Feudali Brabantiae 19. Julii 1452. inter Petrum Muyl & consortes reos, & Catharinam Heydens cum Marito Actores.

Het contrarie is by Vonnis van den Souvereynen Leen-hove van Brabant gewesen, te weten dat als-wanneer iemant eenigh Erf ende Leen-goet t'saemen heeft vercocht, dat den Naederlinck het Leen-goet alleen magh vernaederen sonder den geheelen coop te moeten vernaederen op den 6. Augusti 1626.

Is nochtans oock contrarie geturbeert aen dit Vonnis, te weten dat den coop in 't geheel moet vernaedert worden ten zy het consteert dat het met parceelen vercocht is.

Articulus LIX.

R*Etractus diversorum feudorum (quorum aliqua à Curia Brabantia, aliqua à Subalternis Curiiis in feudum tenentur) potest intentari in Suprema Curia feudali Brabantiae quia minus sequitur id quod majus est.*

Ratio hujus articuli est in *l. nulli Cod. de judic. l. 5. Cod. arbitr. tutel. vetantibus ne causæ continentia dividatur item in l. 8. §. 1. l. 9. ff. de liberal. caus. l. 1. ff. quib. de reb. ad eundem jud. eat.* in quibus statuitur quod si partes omnes diversi territorii idem immediatum & commune Tribunal agnoscant, ad illud mitti debeant, si vero in immediato tali Tribunali differant, omnium superior Judex, uti in Brabantia supremum Brabantiae Concilium, adiri debet: quod expresse cautum *art. 479. ordin. Brab. Cur. Merula pract. Holland. lib. 1. tit. 8. cap. 3. lib. 4. tit. 2. cap. 26. & tit. 40. cap. 3. num. 16. Gail. 1. obs. 32. num. 22. Wassenæ prax. Civ. cap. 1. num. 11. Zyp. not. jur. Belg. tit. de Judiciis vers. quibus,* & sic retractus variorum bonorum feudalium, partim de Curia Brabantiae Feudali, partim de Subalternis Curiis moventium intentari potest ac debet in suprema Brabantiae Curia Feudali, cui aliae subalternæ subsunt, ne alias causæ continentia dividatur.

Articulus LX.

Cum reus in materia retractus Actori jus preferentiæ agnoscit, & petit restitutionem ejus quod jurejurando sese solvisse declarat, debet retrahens ante occasum Solis ejusdem diei totam summam pro re empta & ejus investitura expositam emptori restituere, nam si id non fecerit cadet jure preferentiæ: vel saltem tenetur numerationem incipere, & ita continuare usque ad plenariam solutionem.

Vide Louet lit. R. num. 35. Leonin. cap. 94. ubi minimo defectu vitari retractum afferunt.

A D D I T I O.

ITa judicatum 2. Septembris 1617. tusschen den Heere De Hornes Baron de Furnes Aenlegger tegens den Graeve Van Warfuzé, nopende de Baronnie van Gaesbeeck, hebbende den selven Graeve by foute van tellinge der Coop-penningen, den voors. Aenlegger, die het Vonnis voors. hadde geobtineert t'synen voordeele, op den 28. der selve Maendt doen verklaeren vervallen te zyn van syn Naederschap.

Articulus LXI.

ET in restitutione dictorum nummorum non solum comprehenduntur annata & summa principalis, sed & jura Litterarum investiturae & similia quae emptor ratione rei emptæ exponere debuit.

A D D I T I O.

ET SIMILIA) Den Naederlinck en is niet gehouden den Cooper te betaelen interest van de betaelde Penningen, dan moet den Cooper hem te vreden houden met de Vruchten van 't vercocht goedt geprocedeert, ita judicatum 27. Septembr. 1608. in causâ Guilielmi Cuteriali oft Catterian contra Joannem Charetton citatum.

Articulus LXII.

Qui respectu retrahentis jus praesentiae admittit, nummos capitales Reditus quem loco pretii promisit, non potest petere ut pretium, sed poterit eum Reditum retinere vel alio modo ad restitutionem agere.

Articulus LXIII.

Retrahenti, postquam audiverit conditiones Contractus, liberum est Contractum deserere vel admittere.

A D D I T I O.

Dit is conform eene Turbe in Augusto 1607. waer by geturbeert hebben den Heere Raedt Bourgeois, d'Advocaeten Vander Donck, Guillimi, Schutpede, Broeckem, den jongen Fabri, den Greffier Strick, de Procureurs Cockaert, Robert Hermans ende den Premier Huissier in eene saecke hangende in 't Leen-hof van Sinte Rombauts tot Mechelen.





I N D E X

*Rerum & Materiarum, tam Articulis
quam Commentariis Consuetudinis
Bruxellensis, comprehensarum.*

A.



- Absens Civis quando dicatur, *art. 10*
num. 12
 Absentes Cives & Incolæ in favorabili-
 bus pro præsentibus habentur, *ibid.*
 Acquestibus quid contineatur, *art.*
242 & 248
 Acquestuum successio, *art. 243*
 Acquestuum secundi Matrimonii successio, *a. 289*
 Acquestus non possunt gravari nisi de communi
 consensu, *art. 244*
 Acquisita bona stante Matrimonio pro dimidio
 spectant ad utrumque conjugem, *art. 243*
& tit. II turb. 5
 Actio duplex competit Creditori ad consequen-
 dum Reditum, *art. 94*
 Actio quæ & qualis competat Proprietario adver-
 sus secundum Locatarium, *art. 95 num. 3*
 Actiones debet cedere Creditor ei qui solidum
 solvit, ut pro rata adversus alios experiatur,
art. 172 vers. Creditor.
 Actiones 30 annis præscribuntur, *art. 305*

- Actui inferi debet citationem factam esse ad instantiam partis, *art. 10 num. 4*
- Actus qui spectant ad negotiationem & mercaturam, *art. 236 ad negotiationem*
- Adjudicatio hypothecæ evictæ, *art. 102*
- Advisores à Cancellario Brabantiae statuuntur, *art. 47 num. 2*
- Advocatus rejicitur in processu summano, *art. 49*
 Quando admittendus, *ibid. in addit.*
- Advocatus datur reo in criminalibus, *art. 60 n. 3*
- Ætas requisita ut quis possit fieri Civis, *art. 208*
- Affectantur bona per inductionem, *art. 107*
 Etiam per arrestum, *a. 79 in addit. & 82 in add.*
- Allodia venduntur ante censualia, *art. 106*
- Ammannus Bruxellensis debet esse Nobilis Brabantus & Legitimus, *art. 1*
 Ejus jusjurandum, *ibid. & num. 23*
- Ammannus unde dictus, & ejus officium, *a. 1 n. 10*
- Ammannorum series, *art. 1 num. 11*
- Ammannus eligit sibi Servientes, *art. 3*
 Debet Dominium Principis conservare & procurare ut delicta puniantur & ut multæ persolvantur, *art. 5*
- Habet authoritatem citandi & conscribendi majores præfecturas, *art. 6*
- Qualia statuta possit condere, *art. 8*
- Executioni mandat Litteras Scabinales, *art. 9*
- Ad instantiam partis tenetur arrestare, *art. 10 num. 3*
- Principem repræsentat, *art. 48 num. 9*
- Nullam habet jurisdictionem in sententiando, *art. 48 num. 10*
- Inducit creditores in fundum nomine Ducis Brabantiae, *art. 106*
- Amor patriæ omnes amores vincit, *art. 1 num. 19*
- Amortifatio quid? *art. 103 num. 5*
- Annotatio redditus dat jus reale, *art. 176 in addit.*
- Apochæ

- Apothecæ trium annorum subsequentiū inducunt
 præsumptionem solutionis præcedentiū an-
 norum factæ, *art. 174*
- Apparitores non possunt citare in causa sua,
art. 10 num. 1
- Apparitori an & quando credendum, *a. 10 n. 13*
- Apparitoris arrestum negligentis pœna, *a. 73 & a. 18*
- Apparitores non possunt executionem facere nisi
 coram duobus Civibus, *art. 76 num. 1*
- Apparitores Consilii Brabanticæ non debent habere
 consensum Magistratus ad apprehendendum,
tit. 5 turb. 3
- Appellari non potest à decreto torturæ, *a. 62 in add.*
- Appellatio non impedit arrestum, *art. 83*
- Appellari an possit ab arresto, *art. 83 n. 1 & 3*
- Appellatio à decreto iudicis interposita, an &
 quando executionem suspendat, *art. 83 n. 2*
- Aquæductus Bruxellensis quando effossus, *a. 11 n. 6*
- Aquæductui præfectus debet esse conjugatus, *a. 11*
- Architutorum electio, jurisdictio & surrogatio,
art. 20
- Architutores quibus de rebus cognoscant, *art. 53*
- Ardenti candela quomodo fiant venditiones,
art. 106 num. 2
- Armiger quis dicatur, *art. 1 num. 12*
- Armigeri quomodo olim creati, *ibid. num. 14*
- Arrestum quid, *art. 10 num. 2*
- Arrestum fundat jurisdictionem, *ibid. & a. 64 n. 1*
- Arrestari possunt extranei, *art. 70*
- Arrestatus relaxari debet sub cautione, *art. 70*
num. 6. art. 77
- Nisi debitum sit liquidum & in confesso, *art.*
70 num. 8 art. 77 num. 4
- Arrestari quæ res possint, *art. 71*
- Arrestum debet notificari, *art. 71 in addit.*
- Arresta possunt fieri diebus feriatis, *art. 72*
- Arresta anno durant, *art. 72 & art. 74. num. 3*
- In Curiiis Supremis sunt perpetua, *art. 74 n. 4*

- Arrestatus jurat se non discessurum invito ar-
restante, *art. 73*
- Arresti violator comparatur carceris effractori,
art. 73 num. 1
- Arbitrarie punitur, *ibid. num. 2*
- Arrestans debet diem juridicam arrestato præfi-
gere, *art. 74 n. 1*
- Intra annum tenetur actionem instituere,
ibid. num. 2
- Arrestii rationes quando differri possunt, *ibid. n. 5*
- In materia arresti proceditur de triduo ad tri-
duum, *art. 75 n. 1*
- Poterit tamen arrestans terminum ordinarium
assumere, *ibid. num. 2 3*
- Arrestum super rebus fit coram duobus Civibus,
art. 76
- Arrestum personarum coram uno teste, *ibid. n. 4*
- Arresto subjacent res & personæ usque ad causæ
decisionem vel cautionem præstitam, *art. 77*
- Arrestatus suspectus de fuga duplicem cautionem
statuit, *ibid. num. 2*
- Arrestatæ res sequestrantur, aut venduntur si
servari nequeant, *art. 78*
- Arrestum dat affectationem, *art. 79 in addit.*
art. 82 in addit.
- Arrestum prius præfertur, *art. 79 in addit.*
- Arrestum conceditur periculo arrestantis, *a. 80 n. 5*
- Arrestatas res custodiens pro eis tenetur res-
pondere, *art. 82*
- Arrestans potest arrestatum incarcerare defectu
cautionis, *art. 84*
- Arrestari non possunt qui die Veneris confe-
runt Edulia aut Merces ad forum, *art. 88*
- Arrestari tempore nundinarum non possunt Mer-
catores, *art. 89*
- Arresta possunt fieri diebus feriatis, *tit. 5 turb. 1 n. 3*
- Arresta non impediuntur per reformationem
tit. 5 turb. 1 num. 7

- Arrestare non licet in domo Civis nisi coram
 duobus Scabinis, *tit. 5. turb. 2*
 Arrestari non potest qui ad jus venit, *tit. 5 turb. 4*
item art. 89
 Arrhæ non cedunt uxoribus nisi deducto ære
 alieno, *art. 246 in addit.*
 Artifices, qui sint, *art. 232. num. 4.*
 Artifices, negociatores & officiales quomodo dif-
 ferant, *art. 232 num. 2*
 Ascendentes quando succedant, *art. 300*
 A fili jus quibus locis detur, *art. 65 num. 1*
 Authoritas mariti quo ad potestatem uxoris non
 potest per litteras interponi, *art. 232 num. 23*
 Nec per procuratorem, *ibid. num. 24*

B.

- B**ancæ ruptorum creditores habent jus con-
 currendi, *art. 113*
 Bastardi non possunt Cives fieri, *art. 209*
 (*Beleydinghe*) seu inductio quid sit? *art. 43 n. 12*
art. 99 num. 1
 (*Beleyde*) seu inductio pro sententia, *art. 105*
Reliqua vide in verbo inductio.
 Bona Censualia ruri non possunt distrahi in
 Camera Ammanni nisi susceptis laudemis à
 Domino Fundi, *art. 106*
 Bona evicta pro reditu vitali tantum possunt
 locari de triennio ad triennium, *art. 110 num. 5*
 Bona locorum Spiritualium, & corporum Urbis
 subjectorum, non possunt alienari absque
 consensu Magistratus & Præfectorum Eleē-
 mosinis, *art. 142*
 Bona Censualia non rectè obligantur nisi coram
 Domino & Curia competente, *tit. 11 turb. 1*
 Etiam coram Metropoli, *ibid. turb. 7*
 Bona usufructui subjecta alienari non possunt,
tit. 11 turb. 9 tit. 17 turb. 3

- Bona pro præstatione obligata non alienantur
nisi sub isto onere, *art. 200*
- Bona quæ Urbis juribus subsunt, & respectu
quorum datur retractus, si simul distrahantur,
retinent naturam suam, *art. 230*
- Bona uxoris possunt excuti in subsidium pro debitis
à marito vel uxore stante Matrimonio con-
tractis casu quo vir supervivit, *tit. 16. turb. 23*
- Bona immobilia stante Matrimonio coëmpta inter
virum & uxorem dividuntur, *ibid. turb. 24*
- Bona acq̄sita per Liberos in potestate Parentum
constitutos spectant ad Parentes, exceptis iis
quæ testamento aut legato acceperunt, *art.*
269 tit. 18. turb. 1
- Bona deficiente consanguinitate devolvuntur ad
Principem, *art. 292*
- Bonorum vacantium à fisco incorporatio, *art.*
292 in addit.
- Brabantia unde dicta, *art. 1. num. 32*
Tempore Cæsaris nota, *ibid.*
Ejus limites, *ibid.*
- Brabantia munera primaria non nisi à Brabantis
possunt obtineri, *art. 1 num. 19*
- Brabantia olim Comitatus nunc Ducatus, *ibid. n. 32*
- Brabantia est Provincia arresti, *art. 70 tit. 5*
turb. 1. num. 1
- Brabantinorum Privilegia, *art. 1 num. 33*
- Brabantus Brabantum extra Brabantiam non po-
test arrestare, *art. 85. ibid. in addit. n. 1 & 8*
- Bruxellæ descriptio, *art. 1 num. 1 & seqq.*
Ratio Etimologica, *ibid. num. 4. & 5*
Territorium, *ibid. num. 8*
- Bruxellensis Magistratus quibus personis constet,
art. 11
- Bruxellenses Seabini ex familiis Patriciis eli-
gendi, *art. 11 num. 4*
- Bruxellensis Urbis Status aut Membra, *a. 31 & seq.*
- Burgi-Magister, *art. 11 num. 1*

C.

- C**ameræ Rationum Brabantiaë institutio ,
art. 2 num. 2
- Cancellarii Brabantiaë dignitas , *art. 1. n. 30*
- Cancellariorum munus & honos in variis Europæ
 Regnis , *ibidem.*
- Cancellariorum Brabantiaë series , *art. 1 n. 31*
- Causæ quæ summarie tractantur , *art. 49*
- Causæ quæ mediante procuratore dirigi possunt ,
art. 55
- Causæ civiles coram Tribunali vulgo (*de Vier-
 schare*) disceptantur , *art. 56*
- Causæ criminales ubi discutiendæ , *art. 57*
- Capitalis summæ quando licita sit repetitio , *tit.*
6 turb. 9
- Captivi à quibus & quando accusandi , *art. 58*
- Captivus quis dicatur , *ibid. n. 1*
- Captivi intra triduum accusandi , *art. 59 n. 3*
- Exceptiones , *ibid. num. 6*
- Captivus relaxari potest sub cautione si nec
 corporis nec membri reus sit , *art. 60 n. 8*
- Captivus non potest torturari nisi coram Sca-
 binis , *art. 63*
- Carceres odiosi , *art. 59 n. 1*
- Carcer diuturnus poenæ capitali æquiparatur ,
art. 59 num. 2
- Carceres custodiendis reis non vero puniendis
 introducti , *ibid. num. 4*
- Carceratorum causa summaria , *ibid. num. 5*
- Carcer qualis pro civibus , *art. 66*
- Cautio requisita in relaxatione rei , *art. 60 n. 9*
- Cautio statuenda ante relaxationem ab arresto ,
art. 77 & art. 84
- Cautione verbali satisfaciunt nobiles , *art. 84 n. 2*
- Cautio obligat bona promissoris quamdiu ea
 possidet , *tit. 11 turb. 5*

- Census fundiarius irredimibilis quantus possit à Domino Fundi retineri, art. 183 & 185
 Talis census non potest redimi invito Domino Fundi, art. 184
 Census fundiarii qui sint irredimibiles, art. 186
 Census aut Reditus irredimibiles super qua re constitui possint, art. 187
 Census irredimibilis divenditus potest à Domino retrahi, art. 191
Plura vide in voce Reditus.
 Cessio quo ordine reguletur, art. 115
 Clavo aut terræ adherentia fundum sequuntur, art. 107, 149, 170
 Citatio fieri debet ad instantiam partis, art. 10 n. 4
 Citatio quomodo facienda, *ibid.* n. 5
 Citatio non requirit speciale mandatum apud inferiores Judices, secus apud supremum, *ibidem.*
 Citatio & intimatio quomodo differant, art. 10 n. 6
 Cives præferendi extraneis in administratione Magistratus, aut admissione ad alia officia, art. 1 num. 19
 Civium appellatione veniunt incolæ, art. 10 n. 9
 Civis quis dicatur, *ibid.* num. 10
 Cives non possunt torturæ apponi nisi prævia condemnatione, art. 62
 Cives non possunt apprehendi criminaliter nisi prævia informatione, art. 64, 214, 215.
 Excipe casum fugæ, latitationis &c. art. 64
 Civis civem non potest arrestare, art. 64 n. 2
 Exceptiones, *ibid.* num. 3 & art. 222
 Cives possunt arrestare omnes qui non sunt cives, art. 220
 In civium domibus nemo apprehendi potest nisi præsentibus Scabinis &c. art. 65
 Cives non possunt invicem arrestare, art. 70
 Cives non possunt arrestari pro debito illiquido, art. 86
 Civis fit nativitate vel emptione, art. 296

- Cives urbani admittuntur ad omnia opificia,
art. 207
- Civis ut quis fiat fit ad minus quindecim annorum,
art. 208
- Cives forenses ad quæ teneantur,
art. 211
- Cives uno anno absentes an amittant civitatem,
art. 212
- Cives subsunt Magistratui,
art. 213
- Cives non tractandi extra jus,
art. 214
- Cives capti à Dominis subalternis Ammanno tradendi sunt,
art. 216
- Nisi excefferint ante adeptum jus civitatis,
a. 217
- Aut juribus civitatis renunciaverint,
art. 218
- Cives forenses subsunt Magistratui,
art. 45
- Exceptiones,
art. 213, 217, 218
- Cives habent jus citandi ad Magistratum,
art. 219
- Civis civem alibi in personalibus non potest in jus vocare,
art. 221
- Civis alibi judicis officium exercens non amittit jus civitatis,
art. 224
- Civitas quid sit,
art. 39 n. 4
- Civitates majores Brabantiaë possunt facere inductionem,
tit. 6 turb. 6
- Clerici an possint arrestari,
art. 70 n. 5
- Clericus arrestans cautionem præstat,
art. 80
- Clericorum corpora non possunt possidere immobilia,
art. 103 & 143
- Collegia opificum non admittunt opifices quantumvis expertes nisi à decanis fuerint approbati,
art. 8 n. 6
- Collegia debent observare sua statuta & prævalent juri communi,
art. 43 n. 7
- Nisi sint in commodum suum tantum,
ibid. n. 8
- Collegia non possunt statuere absque consensu consulum,
art. 41
- Quando possint statuere,
art. 43 n. 6
- Commentariensis tenetur annotare nomina & o. incarceratorum,
art. 67 n. 4

- In commentariensium causis rigoroſe procedendum , *ibid. n. 1*
- Ad commentariensium officium qui admittendi, *ib. n. 2*
- Commentarienses non poſſunt tabernas fovere , *ibid. num. 3*
- Commiſſarii deputati ad renovationem Magiſtratus debent procurare ut carceres evacuentur , *ib. n. 5*
- Conditiones ſiſtunt leges communes , *art. 150*
- Conditio hominis mutata non mutat forum , *art. 91 in addit.*
- Conductori quomodo liceat repetere expenſas in re conducta factas , *art. 122. in addit.*
- Conductor non poteſt domum conductam immutare niſi conſenſu locatoris , *art. 126*
- Conductio quando cenſeatur continuari , quo pretio , & in quod tempus , *art. 127*
Vide plura in voce locatio.
- In conſeſſum non ſunt aliæ partes judicis quam in condemnando , *art. 61 in addit.*
- Confisicatio bonorum mariti non præjudicat uxori ejuſve bonis , *art. 234 in addit.*
- Confraternitates recipiunt ſtatuta ab Ammanno , *art. 8 num. 9*
- Confraternitates ſunt loca pia , *art. 43 n. 9*
- In Politicis dependent à Judice laico , *ibid. n. 10*
- Confraternitati relicta , cenſentur relicta ad pias cauſas , *ibid. n. 11*
- Ad conjugium præmiis allecti fuerunt Romani , *art. 11 num. 7*
- Conjux convenitur pro debitis conjugis ante matrimonium contractis , *art. 234 in addit.*
- Conjuges non poſſunt diſponere ultima voluntate de mobilibus in præjudicium ſuperſtitis , *a. 240*
- Conjuges quid & quomodo invicem poſſint relinquere , *art. 241*
- Conjuges non poſſunt alterius proprietatem in conqueſtibus alienare , niſi alterius conſenſu , *art. 244*

- Consensus mariti qua litis parte interponendus, *art. 232 num. 15*
- Consensus solius mariti etiam minoris sufficit uxori, *ibid. num. 16*
- Debet esse expressus, *ibid. num. 18*
- Consensus & autoritas quomodo differant, *ibid. num. 19 & 20*
- Potest ex post facto adhiberi, *ibid. num. 22*
- Contra, *art. 238 in addit.*
- Consignatio pecuniæ facienda si quis inhabilis sit ad recipiendam, *art. 189 & 190*
- Consilium à superiori Magistratu datum inferiori non potest immutari, *art. 47 n. 1*
- Consuetudo non solet induci nisi de causa rationabili, *art. 106 n. 6*
- Consul Nationalis, *art. 13*
- Consul primus est immunis ab omni extraneo servitio, *art. 24*
- Consul primus potest sedere ut Judex in Camera Uckellensi, & coram Tribunali Vectigalium, *ibidem.*
- Continuatio possessionis inhæredem potest induci sine facti apprehensione, *art. 274 in addit.*
- Contractus Minorum quibus bona alienare pretendunt sunt nulli, *tit. 6 turb. 3*
- Nisi assistant propinqui, *ibidem.*
- Contractus inhæredationum intra Urbem ejusque Territorium fiant coram Scabinis, *art. 128*
- Contractus non possunt fieri nisi expressis gravaminibus anterioribus, *art. 144.*
- Contractus decentes utrimque obligant, *art. 157*
- Contractus minorum sunt nulli, *art. 158*
- Contractus antenuptialis contra mores Bruxelenses non subsistit in fraudem creditorum, *tit. 11. turb. 5 & art. 251 & tit. 16 turb. 17*
- Contractus à muliere initus sine mariti autoritate, etsi ratificetur post mortem mariti, à tempore ratificationis tantum operatur, *art. 232 n. 25*

- In contractu mulieris post decem annos præsumuntur omnia solemnia intervenisse etiam consensus mariti, *ibid. num. 27*
- Contrahentes coram Scabinis debent jusjurandum præstare, *art. 151*
- Contractus antenuptiales possunt debite revocari, *art. 245*
- Sed non in præjudicium tertii, *ibidem.*
- Contractus inter conjuges in fraudem creditorum facti non valent, *art. 246 & tit. 16 turb. 17*
- Contractus antenuptialis potest iniri tam coram Notario quam Scabinis, *tit. 16 turb. 25*
- Corpora spiritualia debent bona immobilia manui sæculari tradere, *art. 103*
- Corpora spiritualia non habent nisi redditus redimibiles, cum scilicet pecunia sunt empti, *art. 181*
- Creditor hypothecarius potest locatarium excutere pro locario hypothecæ, *art. 95*
- Creditori metuenti ne hypotheca sufficiat consequendis arrieragiis, quid faciendum, *art. 104*
- Creditorum recentiores admittuntur ad consequendas expensas proprietario se non opponente, *art. 108 n. 2*
- Creditorum audiendi ante obfirmatas tabulas decreti, *ibid. n. 3*
- Creditor debet summare inquilinum quando habet litteras suas sententiatas, *tit. 6 turb. 7*
- Creditor tenetur omnes hypothecas unico processu evincere, *tit. 6 turb. 9*
- Creditorum quo ordine præferantur in bonis debitorum, *art. 114*
- Creditoribus non præjudicatur per inheredationem liberorum in bonis parentum, *art. 146*
- Creditor potest ulteriorem hypothecam postulare, *art. 166*
- Creditor Reditualis habet actionem realem & personalem, *art. 167*

- C**reditor Reditus personalis potest cogere debitorem ad restitutionem fortis vel ad hypothecandum, *art. 177.*
Criminales causæ ubi discutiuntur, *art. 57*
 In criminalibus proceditur de triduo ad triduum, *ib.*
Curatelæ subjecti non possunt arrestari, *art. 87*

D.

- D**ebitor fugiens an possit apprehendi? *art. 64 n. 4*
Debitores redituum cum promissione præstationis excuti possunt etiam si hypotheca pereat, *tit. 6 turb. 11*
Debitum debet esse liquidum ut Civis possit arrestari, *art. 86*
Decani Pannarii electio, *art. 18*
Decani duo vel tres in singulis opificiis, *art. 34*
Decani nationales unde eligantur, *art. 35*
Defensio omni jure permessa, *art. 60 num. 1*
 Non potest negari reo, *ibid. num. 2*
Denuntiatio pignoris vendendi an sit necessaria, *art. 106 num. 2 3 & tit. 11 turb 7*
Descendentes succedunt per repræsentationem una cum suis thiis, *art. 294*
Dictio & aliter comprehendit casus similes & dissimiles, *art. 46 num. 6*
Die Veneris arrestari non possunt qui conferunt Edulsiã aut alias Merces, *art. 88*
Diebus feriatis possunt fieri arresta, *tit. 5 turb. 1 n. 3*
Digniores excutiuntur per Ammannum ejusve Locum-Tenentem, *art. 90*
Divisiones bonorum fiunt coram Magistratu, *a. 130*
Per divisionem aut subdivisionem possunt hypothecari Reditus ut portiones dividendum adæquentur, *art. 131*
Divisio hæreditatis ad quam concurrunt Minores, *tit. 11 turb. 13*

- Divisionis terra quæ sit, *art. 218 in addit.*
 Diuturnus carcer morti æquiparatur, *art. 59 n. 2*
 Domicilium originis est immutabile, *a. 112 in addit.*
 Domicium quomodo transferatur tam respectu
 mobilium quam immobilium, *art. 152*
 Domum conductam immutare non potest condu-
 ductor, nisi consentiente locatore, *art. 126*
 Domus Civium habent jus asyli, nisi adfuerint
 Scabini, *art. 65*
 Domus infesta Larvis, Lamiis aut Spiritibus
 an possit desereri non obstante locatione con-
 ductione, *art. 124 in addit.*
 Donatio facta illegitime nato, eo mortuo reverti-
 tur ad hæredes donatoris, *art. 302 in add.*
 Donatio aut prælegatam pro obsequiis præstitis
 non confertur, *tit. 20 turb. 7*

E.

- E**dicta Principum quomodo interpretanda,
art. 43 num. 3
 Electio retinendi redditum vitalem est apud eum
 super cujus vita est constitutus, *art. 284 in add.*
 Eleëmofinarii Bruxellenses, eorumque electio
 officium & jusjurandum, *art. 23*
 Emptor tenetur stare locationi ab authore suo
 factæ, *art. 116 in addit.*
 Emptor prædii suscipiens in se anteriora onera,
 liberatur deserendo prædium emptum, *a. 170*
 Emptio venditio potior est locatione conductione,
 & contra, *art. 117 in addit.*
 Esculentorum ratio habenda à Magistratu, *art. 30*
 Evictio quomodo fiat tam intra quam extra
 Ammanniam, *art. 99*
 Evictione durante ad quem spectant repara-
 tiones, *art. 101*
 Evictionis pro Reditu vitalitio & perpetuo
 differentia, *art. 110 in addit.*

- Eviçtio immobilium fiat coram Iudice sub quo
bona sita sunt & obligata, *tit. 6 turb. 5* & *6*
Et tit. 11 turb. 2
- Eviçtionis casu cessat locatio, *art. 117*
- Eviçtio medietatis alicujus domus non facit
cessare locationem, *ibid. num. 9*
- Eviçtio hypothecæ pro Reditu diviso aut com-
muni, *art. 173*
- Eviçta bona spectant ad evincentem licet valor
excedat debitum, *tit. 6 turb. 16*
- Exagogenicum jus competit Urbi Bruxellensi, &
in quo consistat, *art. 137*
- Executiones criminales possunt fieri Diebus Do-
minicis aut Festis, *tit. 5 turb. 1 n. 4*
- Executiones quæ fiunt per Ministros Juratos,
art. 90
- Executionis modus ubi hypothecæ in Camera
Ammanni distrahuntur, *art. 106*
- Executionis ordo servandus, *art. 106 num. 3*
Et art. 111
- Executio bonorum indivisorum & communium,
art. 112
- Executio fit vi promissæ præstationis casu reti-
centiæ aut insufficientiæ, *art. 168*
- Executor quam minimè potest nocere debitori,
art. 106 num. 4
- Expensæ oris quomodo præferantur, *art. 114*
- Expensæ necessariæ quæ dicantur, *a. 124 in add.*
- Expensæ factæ in re conducta per conductorem,
quomodo repetantur, *art. 122 in addit.*
- Exteri in Brabantia non admittuntur ad officia,
art. 1 num. 19
- Uti nec in aliis pluribus locis, *ibidem.*
- Exteriorum exempla qui malè in aliis Regnis aut
Provinciis rem administrarunt, *art. 1 num. 20*
- Exteri ad Civitatem non admittendi, *ibidem.*
- Extranei duo sese Bruxellis arreitare nequeunt,
art. 85

F.

- F**Æmina conjugata non potest arrestari, *a. 87*
 Excipe Mercatricem, *ibid. in addit. num. 8*
 Fæmina virgo nupta habet optionem adhærendi juri
 municipali, testamento &c. *tit. 16 turb. 18*
 Nisi debite certiorata juri huic renunciaffet, *ibid.*
 Familiæ Patriciæ apud Bruxellenses, *a. 11 n. 4 & seq.*
 Ex Familiis Patriciis eligitur Magistratus Bruxel-
 lensis, *art. 11 n. 4*
 Familiis Patriciis oriundi habent jus civium, *a. 210*
 Famulorum Merces habet præferentiam, *art. 114*
 Feuda non alienantur nisi coram Judice Feudali,
art. 9 in addit.
 Feudalis Brabantia Curia à quo tempore Bruxellis
 habita, *ibidem.*
 In feudis succeditur secundum jura & mores
 Curia Feudalis Brabantia, *art. 276*
 In feudis succedit filia primogenita defectu filio-
 rum, *ibid. in addit.*
 Fideicommissum non admittit repræsentationem,
art. 278 in addit.
 Fideicommissum uni Liberos non potest imponi
 cæteris portione sua libera, *art. 281 in addit.*
 Fideicommissarius non potest bona elocare ultra
 vitam, *art. 121 in addit.*
 Fidejussor in locatione interveniens efficit ut
 invecata & illata non sint obligata pro locario,
art. 114 in addit.
 Fidejussor non potest excuti ante principalem,
art. 153 & tit. 11 turb. 11
 Nisi fuerit fidejussor tamquam principalis, *a. 154*
 Fidejussores plures ubi fuerint unus potest conve-
 niri in totum, *ibidem.*
 Fidejussor liberatur ubi creditor terminum proro-
 gaverit respectu primi debitoris, *art. 155*
 Vel si novam conventionem inierit, *ibid. in add.*

Fides quales adhibenda Mercatorum Liberis, *art.*
159 *in addit.*

Filia nondum dotata potest dotem à Fratribus
exigere & ab hæreditate abstinere, *a. 28 in add.*

Fiscale debitum non agnoscit jus alyli in domibus
Civium, *art. 65 num. 5*

Fisci conditio quando deterior sit quam privati,
art. 104 num. 6

Fiscus assumit bona vacantia, *art. 292 in addit.*

Forum non mutatur per statum, *art. 91 in addit.*

Franciscani nequidem volente Principe possunt
immobilia possidere, *art. 301 in addit.*

Fratres & Sorores utrimque conjuncti defuncto
Fratri succedunt soli, *art. 295 in addit.*

Fatribus & Sororibus eorumque Liberis deficien-
tibus, bona stante Matrimonio acquisita,
quomodo dividantur, *art. 293*

Fructus possessionis traditæ creditori Reditus, ad
eum spectant, *art. 99 num. 6*

Fructus pendentes pars rei sunt, *art. 107 in add.*

Sequuntur inductionarium, *ibid. Et tit. 6 turb. 17*

Fructus dotis vel donationis propter nuptias non
conferuntur, *art. 283 in addit.*

Fugiens debitor an possit à creditore apprehendi,
art. 64 num. 4

Fugitivus an gaudeat privilegiis, *art. 85 n. 6*

De fuga suspectus quis dicatur, *art. 86 n. 2*

G.

Garandæ promissio Scabinalis personalibus
creditoribus præfertur, *tit. II turb. 5*

Generalis obligatio quid operetur, *art. 161 in add.*

Gilda quid, *art. 8. num. 4*

Gildæ Bruxellenses quando erectæ, & unde
earum nomina, *ibidem.*

Gildæ non possunt statuta facere absque consensu
Consulum, *art. 43*

Graphiarii non possunt admittere hypothecationes
aut gravamina, nisi ipsis exhibeantur tituli,
art. 139

Gravamina anteriora debent exprimi in con-
tractibus, *art. 144*

H.

HAbitationem nemo censetur mutare, *art.*
212 in addit.

Hæredes promissoris præstationalis repræsentant
promissorem, *art. 104* & *tit. 6 turb. 14*
& *tit. 11 turb. 21*

Hæredes pro rata sunt conveniendi casu excussio-
nis mobilium ante immobilia *art. 111* &
tit. 6. turb. 14

Hæreditatem amplectens sine confectione inven-
tarii tenetur ad onera, *art. 280*

Hominis conditio mutata non mutat forum,
art. 91 in addit.

Honorata persona carcere non detinetur, *a. 84 n. 1*
(*Hooft-leeringhe*) & qui Scabini debeant consu-
lere Magistratum Bruxellensem, *art. 47*

(*Hooft-leeringhe*) quid sit, *ibid. n. 1*

Hypothecæ tacitæ & expressæ distinctio, *a. 104 n. 8*

Hypotheca cur non possit vendi in evictione pro
Reditu Vitali, *art. 110*

Hypotheca generalis nihil operatur in præjudi-
cium specialis, *tit. 6 turb. 2* & *tit. 11*
turb. 17 & *art. 161*

* Hypotheca non sufficiente quid creditori incum-
bat, *tit. 6 turb. 9 tit. 11 turb. 12* & *art. 104*

Hypothecam novam an debitor constituere tenea-
tur casu interitus aut deteriorationis prioris,
art. 168 in addit.

Hypotheca antiquorum reddituum si non possit
reperiri, alia est constituenda, *art. 171*

Hypotheca specialis personalibus creditoribus
præfertur, *tit. 11 turb. 5*

Hypotheca

Hypotheca tacita Bruxellis in usu non est, *ibidem.*
 Hypothecæ omnes unico processu debent evin-
 ci, *tit. 6 turb. 9*
 Hypothecam ulteriorem poterit Creditor postu-
 lare, *art. 165*

I.

Ignobiles quomodo insignia præferant, *a. 1 n. 16*
 Illegitimè natorum virtutes, *art. 1 num. 21*
 Exempla illegitimè natorum virtute excellen-
 tium, *ibidem.*
 Illegitimi arcentur ab officiis, *art. 1 num. 22*
 Sunt infames, *ibidem.*
 Non possunt fieri Cives, *art. 109*
 Illegitimi in Gallia & alibi admittuntur ad officia
 laica, *art. 1 num. 24*
 Illegitimi non succedunt, sed eis potest relinqui
 legatum pro alimentis, *art. 202*
 Illegitimi non succedunt suis consanguineis legiti-
 mo thoro prognatis, *art. 303*
 Pro ut nec illi qui è stirpe illegitima descen-
 dunt, *ibidem.*
 Illustrium personarum executio fit per Amman-
 num ejusve Locum-Tenentem, *art. 90 & 91*
 Imperator venit nomine Principis, *art. 1 num. 25*
 Immobilia veniunt ad supplementum mobilium
 in executione, *tit. 6 turb. 3*
 Immobilia non obligantur sine speciali hypothe-
 ca, *art. 161*
 Immobilia non sunt communia inter conjuges,
 sed eorum ususfructus, *art. 238*
 Incarceratus potest novis factis gravari, *art. 68*
 Incarceratorum nomina debent annotari per
 Commentariensem, *art. 67 num. 4*
 Incola subest legibus Urbis, *art. 10 num. 9*
 Incola quis dicatur, *art. 10 num. 11 & art. 225*
 Incolæ cujuscumque conditionis, sub sunt Magi-
 stratui in materia conductionis, migrationis.

- Mercedis famulorum & oris expensarum, *art.* 50
- Incolæ non possunt torturæ imponi nisi sint
condemnati ad eam, *art.* 62
- Incolarum æque ac Civium domibus datur jus
asyli, *art.* 65 *num.* 4
- Incolæ fit habitando anno & die in Urbe cum
animo residendi, *art.* 225
- Inductiones in fundum urbanum fiunt per Am-
mannum ejusve Locum-Tenentem, *art.* 90
- Coram binis Scabinis, *art.* 105
- Inductio extra Territorium in Ammannia fit per
Ministram coram duobus Civibus, *ibidem.*
- Inductio in bona Feudalia fit coram Paribus
Curia modo vinum persolvatur, *ibidem.*
- Inductio tantum debet fieri in unam partem bono-
rum obligatorum, *ibidem.*
- Inductio non requirit evacuationem mobilium
nisi debitor hypothecam possideat, *ibidem.*
- Inductio dat affectationem & præferentiam,
art. 107 & *tit.* 6 *turb.* 17
- Inductionis processus tantum anno durat, *art.* 108
- Inductioni oppositio facienda antequam creditor
pro domino possideat, *ibidem num.* 1
- Inductionis requisita, *tit.* 11 *turb.* 7
- Infamibus portæ dignitatum non patent, *art.* 1 n. 22
- Inhæredationis materia spectat ad Magistratum,
art. 44
- Inhæredandi facultas unde competat Brabantia
præcipuis oppidis, *art.* 44 *num.* 1
- Inhæredatio quid sit, *ibidem num.* 3
- Inhæredationum Contractus de bonis in territorio
Urbis fitis fiunt coram Scabinis, *art.* 128 & 129
- Inhæredatio Liberatorum in bonis Parentum non
præjudicat creditoribus, *art.* 146
- Inquilinus debet summari à creditore habente
litteras sententiatas, *tit.* 6 *turb.* 7
- Insinuatio quid, *art.* 10 *num.* 7

Quomodo differat à communicatione, *ibidem*.
 Insinuatio necessaria non est in inductione, *tit. 6*

turb. 18

Interpretatio optimè fit à statuente, *art. 43 num. 2*

Interrogatoria quid sint, *art. 57 in addit.*

Num parti exhibenda, *ibidem.*

Intimationis & citationis differentia, *art. 10 num. 6*

Invecta & illata non obligantur pro Censu aut

Reditu, *art. 95 num. 1*

Sed pro locario, *art. 95 num. 2 & art. 113*

& 114 in addit.

Nisi cum adest fidejussor, *d. art. 114 in addit.*

Inventarium dat præferentiam ubi plures Servientes

excutiunt eundem debitorem, *tit. 6*

turb. 13 & art. 114

Issua. *Vide* Exagogicum jus.

Judicis Officium alibi exercendo non amittitur

jus Civitatis, *art. 224*

Judicum Pannariorum electio, *art. 17*

Judicium aliud ordinarium, aliud summarium,

art. 48 num. 1

Juramentum præstandum ab omnibus ad officia

promovendis, *art. 1 num. 29*

Juramentum sufficit ubi periculum est in mora,

art. 80 num. 4

Juramentum magni semper æstimatum, *art. 1 n. 27*

Juramenti variæ formæ, *ibidem.*

Juramentum præstandum à contrahentibus coram

Magistratu, *art. 151*

Jurisdictionis prorogatio, *art. 213 in addit.*

Justitiæ laus, *art. 8 num. 2*

L.

Laniones nulli esse possunt nisi Lanionum

sanguine prognati, *art. 207*

Latitare quis dicatur, *art. 64 num. 5*

Laudemii jus competit Urbi Bruxellensi & in

quo consistat, *art. 135 & 136*

- Laudemia debent suscipi à Domino Fundi ,
antequam bona Censualia possunt distrahi in
Camera Ammanni , *art. 106*
- Leges sunt sanctæ , *art. 39 num. 7*
- Leges subditos Principis ubique ligant , *art. 85
num. 3*
- Legitima Liberis debet esse salva , *art. 282*
- Legitimatus arcetur ab officiis , *art. 1 num. 23*
- Liberi non possunt inhæredari in bonis Parentum
in præjudicium creditorum , *art. 146*
- Liberi non habent præferentiam in bonis Parentis
demortui , *tit. 11 turb. 5*
- Liberi debent legitimam habere salvam , *art. 241*
- Liberi possunt emancipari & quomodo , *art. 267*
- Liberi conjugati , ante annum 28 non possunt
alienare immobilia , *art. 271 & tit. 18 turb. 2*
- Liberi non possunt obligare Parentes contractu
aut delicto , *art. 271 & 272*
- Liberi debent conferre ea quæ habuerunt nisi
malint abstinere à successione , *tit. 18 turb. 1
& tit. 20 turb. 3 & art. 282 & 283*
- Liberi succedunt Parentibus per repræsentationem ,
art. 275 in addit. & tit. 20 turb. 2
- Liberis non existentibus propinqui succedunt in
stirpes , *art. 275*
- Liberi Fratrum præmortuorum si soli concurrant ,
succedunt patruis in capita , *art. 275 in addit.*
Et quomodo , si cum patruis succedant , *ibidem.*
- Liberi non tenentur se pro hærede gerere sed
possunt abstinere , *art. 279*
- Liberi legitimam possunt repudiare in præjudicium
creditorum , *art. 279 in addit.*
- Liberi habent proprietatem immobilium præde-
functi Parentis , *art. 287*
- Liberis varii thori quomodo succedatur ex linea
collaterali , *art. 298*
- Liberi in potestate Parentum constituti , eis ac-
quirunt , *tit. 20 turb. 3*

Liberi in potestate Parentum , quomodo & quando possunt testari , *art. 309. & tit. 22.*

turb. 1

Liberis non debentur alimenta si aliunde possint vivere , *art. 268*

Liberorum immobilia non possunt gravari pro alimentis , nisi defectu bonorum sufficientium , *ibidem.*

Liberi conjugati sunt extra potestatem Parentum , *art. 271*

Liberi admittentes domum mortuariam tenentur ad debita , *art. 280*

Liberi Liberorum debent conferre dona ab avis facta , *art. 285*

Nisi sint sui juris , *art. 286*

Liberi succedunt Parentibus in capita , *art. 287*

Etiam in medietate acquestuum , *ibidem.*

Liberis deficientibus succedunt propinqui , *art. 290*

Liberi æquandi sunt in successione , *art. 281*

Potest tamen eis quid relinqui ut ita abstineant ab ulteriori successione , *art. 282*

Libri rationum quatenus probent , *art. 159 num. 15*

Libris rationum ut fides adhibeatur , quæ sint requisita , *ibid. num. 23*

Libri studiosorum etiam obligantur pro locario , *art. 114 in addit.*

Litiscontestatio in quo consistat , *art. 57 in addit.*

Lite contestata reus non potest amplius relinquere Tribunal , *ibid. vers. post litem.*

Litterarum Scabinalium executio , *art. 106 & 111*

Litterarum sententiatio debet præcedere processum ad solutionem , *tit. 6 turb. 3*

Litteræ constitutivæ Censuum aut Redituum debent sententiari , defectu solutionis , *tit. 6 turb. 4*

Litteræ Scabinales per Ammannum ejusve Locum tenentem executioni mandantur , *art. 9*

Litteris constitutivis Redituum deperditis , alia documenta authorisantur , *art. 175 & tit. 11 turb. 4*

- Locationis conductionis processus est summarius , *art. 49*
 Locatarius nihil debens , casu excussionis habet regressum adversus locatorem , *art. 96*
 Locatarius volens demigrare tenetur diem recessus sui notificare creditori , *art. 97*
 Locatarius conducens bona evicta , potest realiter excuti , nec in jure audiri debet nisi prævia namptificatione aut cautione , *tit. 6 turb. 1*
 Locationis pretium habet præferentiam in bonis Bancæ ruptorum , *art. 113 in addit.*
 Etiam in bonis aliorum debitorum , *art. 114*
 Locatio potior venditione & contra , *art. 116*
 Locatio cessat casu evictionis , *art. 117*
 Item cum locatarius prædium emit , *art. 118*
 Locatio non cessat casu quo medietas domus evincitur , *art. 117 in addit.*
 Locatarii secundi quatenus mobilia obligentur , *art. 119*
 Locarium excuti potest tradendo apocham fervienti , *art. 120*
 Locator debet Ædes locatas fartas tectas conservare , *art. 124*
 Locatio conductori non est permessa citra consensum Primi Locatoris , *art. 125*
Plura vide in voce Conductio & Conductor.

M.

- M**agistratus Bruxellensis denominatio & electio , *art. 12 13 14*
 Ejusdem jurisdictio , *art. 128 & seqq.*
 In Magistratibus distribuendis nobilitatis ratio habenda , *art. 1 num. 17*
 Magistratus potest statuta condere pro Civibus , *art 8 num. 3 & art. 39*
 Magistratus Nationalis jusjurandum præstat apud primum Consulem aut Scabinos , *art. 14*

- Magistratus iurisdictionis quo ad Domus Dei, Domus S. Spiritus, & Xenodochia, *art. 21 & 39*
- Magistratus qui habet potestatem condendi statuta, *art. 39 num. 1*
- Qualia statuta possit condere, *ibid num. 2 & 3*
- Magistratus statuit pro utilitate Opificiorum Iudicio Pannario subditorum, *art. 40*
- Magistratus est Iudex ordinarius Civium & Incolarum, *art. 42*
- Magistratus iurisdictionis quo ad Constitutiones Principum, Privilegia, Statuta Collegiorum Gilदारum &c. *art. 43*
- Magistratus quomodo cognoscat de Edictis Principum, *art. 43 num. 1*
- Magistratus iurisdictionis quo ad absentes & promissiones initas inter Cives aut Incolas, *art. 46*
- Magistrorum Camerae Rationum dignitas, *art. 2 num. 2*
- Ratione Officii sunt Nobiles, *ibid. num. 3*
- (*Manisse*) seu ante sententiam interpellatio quid sit, *art. 48 num. 12*
- Manus mortua quæ dicatur, *art. 103 num. 1*
- Manus mortuæ earumque Reditus pecunia empti sunt redimibiles, *art. 181*
- Mariti bona obligantur ex Contractu Uxoris Mercatricis, *art. 87 num. 10*
- Nisi illa exercent commercium separatim à viro, *ibid. num. 11*
- Maritus uxoris suæ tutor, *art. 31 in addit.*
- Potest uxoris res administrare sed non alienare, nisi illa consentiente, *art. 231 num. 6, 8 & 9*
- Maritus potest proprietatem conquestuum alienare si solus ea acquisiverit & solus in litteris sit expressus, *art. 244*
- Maritus cum consensu uxoris potest testari de mobilibus, *tit. 16 turb. 12*
- Maritus non potest fraudulenter disponere de mobilibus, *tit. 16 turb. 13*

- Maritus & uxor possunt se invicem instituere aut
sibi legare, art. 241
Vide plura in verbo Conjuges.
- Mater nubens de licentia mariti prædefuncti non
tenetur reddere rationem, nec providere filiis
de tutore, art. 266 in addit.
- Mater æque habet potestatem in liberos ac pater,
tit. 20 turb. 3
- Matrimonium liberi contrahentes fiunt sui juris,
tit. 18 turb. 2
- Membra Urbis Brnxellensis unde componantur,
art. 31, 32, 33, 34
- Mercatrices arrestari possunt, art. 87 num. 8
- Mercatrices non restituantur in rebus ad negotium
suum spectantibus, art. 87 num. 9
- Mercatrix publica quæ dicatur, *ibid.* num. 12 &
art. 232 num. 13
- Mercatorum libris fides adhibetur, *art.* 159 in add.
- Mercatores qui dicantur, *art.* 232 num. 5, 8, 9
- Merces famulorum habet præferentiam, *art.* 114
- Mercium appellatione non venit pecunia, *art.*
232 num. 11
- Meretrices non gaudent legum favore in arrestis,
art. 87 num. 7
- Merita, & quo ad eorum probationem creditur
soli parentis assertioni, art. 281 in addit.
- Militares non subsunt Magistratui quo ad arre-
stum, art. 70 num. 3
- Minor non habet personam standi in Judicio,
- Minores non possunt alienare nisi consentientibus
propinquis, art. 140
Vel de consensu Architutorum, art. 141
- Minores non possunt levare pecunias consignatas
nisi coram 4 propinquis, art. 190
- Minores subsunt parentibus, art. 266
- Minor obligatur ex delicto, art. 235 in addit.
- Mobilium nomine quid veniat, art. 249

- Mobilia excutienda ante immobilia, *art. 94, 95, 97, 98, 99 & 105 & tit. 6 turb. 3, 4, 10, & tit. 11 turb. 5, 8 & 16*
- Mobilia in fundum invec̄ta & illata obligantur pro locario, *art. 95 num. 2 & art. 113 & 114 in addit.*
- Mobilia quomodo arrestentur, *art. 76*
- Mobilia non possunt superstiti auferri, *art. 240*
- Mobilia ruri non possunt excuti pro locario, *tit. 6 turb. 15*
- Mobilia non obligantur nisi per traditionem, *art. 152 in addit.*
- Mobilia sunt communia inter conjuges, *art. 237*
Sed ad dispositionem viri, modo id fiat bona fide, *ibidem.*
- Mobilibus annumerantur nummi ex Reditibus ipsi marito aut uxori cum alterius consensu redemptis, ita ut maritus pro placito suo possit de eis disponere; *tit. 16 turb. 15 & 20*
- Mobilium non datur usufructus, *tit. 17 turb. 4*
- Mobilia vel nummi Minoribus legati debent applicari, *art. 270*
- Monasteria habent jus asyli, *art. 65 num. 1*
- Montes pietatis possunt pecunias pro lucro mutuo dare, *art. 156*
- Montium pietatis institutio & authorisatio, *ibid. in addit.*
- Mors Civilis non sufficit ut habeat alter usufructum bonorum, *art. 251 in addit.*
- Mortuus saisit vivum, *art. 274*
- Mortuæ voci non plus credendum quam vivæ, *art. 159 num. 5*
- Mulier sese pro marito obligans etiam sine tutore obligatur, *tit. 5 turb. 1 num. 5*
- Mulier non potest repudiare domum mortuariam sui mariti, *ibid. num. 6*
- Mulier maritata non habet personam standi in iudicio, *art. 232*

- Mulier ex delicto obligatur sine consensu mariti,
art. 235 in addit.
- Mulieres Mercatrices possunt se & maritum obli-
 gare in rebus ad negocia spectantibus, *art.*
236 in addit.
- Non possunt alienare immobilia, *ibidem.*
- Mutuuum non potest dari propter lucrum, *art. 156*

N.

- N**Ationes Bruxellenses constituunt tertium
 membrum, *art. 34*
- Navis an res mobilis an immobilis, *art. 249 n. 4*
- Nobiles familiæ apud Athenienses Spartanos alios-
 que dumtaxat admiffæ ad primarias dignitates,
art. 1 num. 17
- Nobilitatis ratio habenda in distribuendis Ma-
 gistratibus, *ibidem.*
- Nobiles satisfiant cautione verbali, *art. 84 n. 2*
- Nothi Philippi Boni in scutis suis gloriabantur de
 titulo bastardi, *art. 1 num. 21*
- Nummulariis olim femiplene creditum, *a. 159 n. 6*
- Nummulariorum officium erat publicum & jura-
 tum, *ibid. num. 7*
- Nundinæ cur & quando institutæ, *art. 89 n. 1, 3*
- Nundinarum privilegium non obtinet in debito
 jurato, *art. 89 num. 4*
- Aut si debitum sit Contractum in nundinis, *ibid.*
num. 5
- Nundinarum privilegium extendit se ad locum
 per quem ad eas itur, *ibid. num. 9*

O.

- O**bligatio immobilium coram Notario ac Testi-
 bus Bruxellis valida non est, *tit. 11 turb. 5*
- Officarii Regii quinam dicantur, *art. 1 num. 26*
- Officarii omnes vi juramenti sui debent assistere
 Justitiæ, *art. 5 num. 2*

- Officiarii Minores Urbis Bruxellensis jusjurandum præstant ad manus primi Consulis, *art. 22*
- Officiarii Urbis Bruxellensis debent esse Brabanti & legitimo thoro prognati, *art. 1 n. & art. 25*
- Officiarii non-invenientes bona super quibus fiat executio, possunt se certiorare de condemnato, *tit. 5 turb. 3*
- Ad Officia promovendi debent jusjurandum præstare, *art. 1 num. 29*
- Onera rerum venditarum imputantur in pretium, *art. 144 num. 7*
- Opificia habent suos Decanos, *art. 24*
- Opinio tertii membri quo ad propositiones ei factas, *art. 38*
- Oppositio quando & quomodo inductioni faciendi, *art. 108 in addit.*
- Optio adhærendi Testamento vel Contractui antenuptiali &c. est penes viduam, *art. 245*
- Quæ tamen statuto tempore debet fieri, *ibid. in add.*
- Ordo præscriptus statuto in materia executionis censetur ordo substantialis, *art. 106 num. 5*
- Ordine excussionis inverso debitor ab executione appellat, *ibid. num. 8*
- Ordo excussionis potest inverti de consensu debitoris, *ibid. num. 9*
- Ordo præferentiæ inter Creditores, *art. 114*

P.

- P**acificatorum electio, *art. 19*
- P**acificatores de quibus rebus cognoscant, *a. 52*
- Pactis privatorum jus commune tollitur, *art. 150 in addit.*
- Pactum inter sponsum & sponsam de futuro, ut consummato Matrimonio habeant sua bona separata non valet, *art. 240 in addit.*
- Pacto dotali transfertur dominium, *art. 252 in add.*
- Pacta dotalia non dant jus reale quo ad feuda,

- nisi transportus & affectatio fiat coram Paribus Curiae, *tit. 16 turb. 7*
- Pacta dotalia non possunt fieri in commodum Liberos & præjudicium creditorum, *tit. 16 turb. 7 & 17*
- In poenalibus non est recedendum à proprietate verborum, *art. 43 num. 4*
- Pagi & Villæ subsunt Urbi sub qua tributa solvunt, *art. 6 num. 3*
- Pannarii Judices de quibus rebus cognoscant, *a. 51*
Habent jus immittendi in feudum & inhærendandi, *ibidem.*
- Parentes possunt dotare Liberos suos in Fundis aut Reditibus coram Notario & Testibus, & idem est ac si coram Curia aut Judice rei sitæ facta esset, *tit. 16 turb. 25*
- Parentes non tenentur alere Liberos habentes bona, unde se alant, *art. 268 & tit. 20 turb. 5*
- Non tamen possunt vendere bona immobilia ut Liberos alant, *art. 268 in addit.*
- Parentes an & quomodo possunt derogare juri feudali & aliorum subselliorum, *art. 277*
- Parentes non possunt Liberis dare prærogativam, *art. 281*
- Nisi dicti Liberi cum tali prærogativa velint abstinere ab ulteriori successione, *art. 282*
- Quo casu tamen reliquis salva debet esse legitima, *ibidem.*
- Parentum potestas non impedit quo minus donationes vel legata Liberis extra potestatem data iisdem Liberis acquirantur sine ulla collatione, *art. 285*
- Pater aut Mater quorum Liberis aliquid donatum est ab Avo vel Avia, debent id conferre, si cum aliis velint succedere, *ibidem.*
- Pater & Mater aliique ascendentes liberis succedunt in mobilibus & conquestibus, *art. 300 in addit.*

- Pater de jure canonico tenetur alere nothum suum, *art. 302 in addit.*
- Pater convolans ad secunda vota curatela privatur, *art. 266 in addit.*
- Pater post emancipationem Liberorum de eorum delictis non tenetur, *art. 267 in addit!*
- Paterna Paternis, Materna Maternis, *art. 291*
- Pauperum causæ summarie tractandæ, *art. 48 n. 7*
- Pecuniæ consignatio facienda quando quis est inhabilis ad eam recipiendam, *art. 189 & 190*
- Pecunia mutuo dari nequit pro lucro, *art. 156*
- Pecunia est res mobilis, *art. 176 in addit. & tit. II turb. 10 & art. 249 num. 5*
- Pede ligato quando respondeant rei, *art. 61 in add.*
- Pensiones, Usuræ, & Reditus annui sunt res immobiles, *art. 249 num 9*
- Personis quomodo injiciatur arrestum, *art. 76 n. 4*
- Pignora non possunt elocari ante adjudicationem, *tit. 6 turb. 15*
- Quomodo super pignore procedatur, *a. 160 in add.*
- Pisces receptaculis impositi pro mobilibus habentur, & ad superstitem spectant, *art. 263 in addit.*
- Politicae quid? *art. 8 num. 3*
- Popinae non habent jus asyli Civitatis, *art. 65 n. 6*
- Possessio continuatur in extraneo, *art. 274 in addit.*
- Etiam sine facti apprehensione, *ibidem.*
- Potestas statuendi in subditos non arctatur territorio, *art. 85 num. 2*
- Præceptum ne reus defendatur fieri non potest, *art. 60 num. 4 & seqq.*
- Præfecturæ majores citantur ab Ammanno, *art. 6*
- Præfecturæ in Domanio Principis non possunt separari ab Urbe Bruxellensi, *art. 7*
- Præfecti majores debent reos Ammanno tradere una cum informationibus, *ibidem.*
- Præferentia inter creditores quo fiat ordine, *a. 114*
- Præscribuntur actiones omnes triginta annis, *art. 305*

- Præscriptio decem annorum hodie ab abrogata,
art. 305 in addit.
- Præstationis promissio cuius sit effectus, art. 196
tit. 6 turb. II 12 & 14 tit. II turb. 20
- Præstationi promissæ non præscribitur, tit. 6
turb. 14 tit. II turb. 21
- Præstatio promissa per curatorem obligat mino-
rem, art. 166
- Præstatio, five (*Waerschap*) quid sit, art. 46
num. 5
- Vi præstationis promissæ potest procedi contra
hæredes promissoris, tit. 6 turb. 2
- Principis nomine qui veniant, art. 1 num. 25
- Princeps succedit deficientibus propinquis, art. 292
- Princeps concedendo privilegium non censetur
sibi occlusisse manus, art. 44 num. 2
- Privilegia cessant contra debitorem fugitivum,
art. 85 num. 6
- Proclamatio ante adjudicationem hypothecæ fa-
cienda, art. 100 & tit. 6 turb. 7 & 18
item tit. II turb. 8 item art. 228
- Processus summarius quando obtineat, art. 48
- Prodigo facta interdictio eum ubique ligat, art.
85 num. 5
- Propinqui debent assistere alienationibus bonorum
ad minores spectantium, tit. 6 turb. 3 art. 140
- Propinqui succedunt deficientibus liberis super-
stite habente usumfructum, art. 290
- Propositiones scriptim faciendæ sunt tertio mem-
bro, art. 36
- Proprietarius habet optionem an velit agere adver-
sus primum an secundum locatarium, art. 119
- Proprietarius sequitur locationem ab usufruc-
tuario factam si sit heres, art. 122
- Secus si non fuerit hæres, art. 123
- Proprietario quales cedant arbores, art. 257
- Proprietas acquirentium stante Matrimonio,
post illud pro dimidio obvenit liberis, art. 288

- Prorogatio termini liberat fidejussorem, *art. 155*
in addit.
 Prorogatio jurisdictionis duplex, *art. 213 in add.*
 Pubertas quando finiatur, *art. 87. num. 1*
 Publicationes sunt necessariae in venditione bono-
 rum, *art. 106 & tit. 6 turb. 7*
 Publicum quid esse unde consideretur, *a. 87 n. 14*

R.

- R**ationes seu computus quid? *art. 159 n. 1*
 Rationes debent scribi cum anno & die,
ibid. num. 2 & 16
 Rationum libris non semper plena fides adhibe-
 tur, *ibid. num. 4*
 Receptorum Bruxellensium regimen, *art. 26 27*
& seqq.
 Reconductio tacita quando censeatur facta, &
 quo pretio, & in quod tempus, *art. 127 in add.*
 Reditus annuus quid sit, *art. 46 num. 1*
 Olim usurarius, *ibid. num. 2*
 Quomodo differat ab usura, *ibid. num. 4*
 Reditus solutio quanto tempore debeat cessare
 antequam deveniatur ad excussionem hypo-
 thecae, *art. 99 num. 5*
 Reditus annui pretium, *art. 163 in addit.*
 Non potest illud excedere, *art. 164*
 Redituum constitutio non admittit condiciones
 illicitas, *art. 165*
 Reditus 30 annis solutus continuari debet, *art.*
171 in addit.
 Reditus invito creditore est indivisibilis quamvis
 varias habeat hypothecas, *art. 172. & tit.*
II turb. 14
 Reditus non dicuntur reales nisi qui coram Sca-
 binis aut aliter debite constituti sunt, *art. 176*
 Reditus qui mobiles aut immobiles, *art. 176 in*
addit. & tit. II turb. 10

- Reditus potest constitui per obligationem, *art.* 177
- Redituum ante annum 1424 usque ad 1436 acquirentium redemptio, *art.* 180
- Redituum redemptio favorabilis habetur, *art.* 179
in addit.
- Reditus constituti in compensationem sunt redimibiles, *art.* 182
- Redituum usufructui subjectorum redemptio, *a.* 188
- Reditus redimi debet nummis præscriptis in constitutione, *tit.* II *turb.* 6
- Reditus hypothecati super Civitate aut Aquæductu, retrahi possunt à Quæstoribus, *art.* 227
- Pro redivibus Vitalitiis mobilia excutiuntur, *a.* 110
- Reditus Vitales possunt hypothecari super mobilibus & fidejussore, *art.* 162
- Reditus Vitalis ad vitam duorum constitutus, non perit nisi utroque mortuo, *tit.* II *turb.* 3 &
tit. 20 *turb.* 1
- Reditus Vitales debent conferri casu quo quis velit admitti ad successionem, *tit.* II *turb.* 3
- Reditus Vitalis valor qui tempore emptionis fuit debet conferri, *art.* 284 & *tit.* 20 *turb.* 1
- Redituum Vitalium aut perpetuorum redemptio, *art.* 163
- Reditus hæreditarius in quo nulla redemptionis mentio, habetur irredimibilis, *art.* 179
- Reformatio non impedit arrestum, *art.* 83
- Relationi apparitoris & quatenus credendum, *art.* 10 *num.* 13
- Religionem professi non succedunt, *art.* 301 &
tit. 20 *turb.* 1
- Relocatio permessa non est invito primo locatore, *art.* 125 *in addit.*
- Reparationes per quem faciendæ durante processu evictionis, *art.* 101 *in addit.*
- Reparationes rei conductæ à locatore faciendæ, *art.* 124
- Repræsentatio consistit in fictione juris, *a.* 275 *in add.*
Repræsentatio

- Repræsentatio est infinita in liberis, *art. 278 & tit. 20 turb. 6*
- Repræsentatio non est viventis, *art. 278 in addit.*
- Repræsentatio non habet locum in terris, ubi observatur regula (*het naeste bloedt hoort het goedt*) *ibidem.*
- Requisitio Judicis dat ei jurisdictionem, *art. 5 n. 3*
- Requisitio una sufficit, *ibidem.*
- Requisitio constituit debitorem in mora, *ibidem.*
- Requisitio constituit possessorem in mala fide, *ibid.*
- Reticentia oneris anterioris aut servitutis quid operetur in alienatione, *art. 145 & 165 in addit.*
- Reticentia vicini an vitiet emptionem, *a. 168 in add.*
- Reticentiæ casu executio fit vi promissæ præstationis, *art. 168*
- Reticitum prius onus consequendum est super pignoribus obligatis, *art. 169 & tit. II turb. 5*
- Retractus Census irredimibilis à Proprietario, *a. 191*
- Retractus non est nisi Redituum irredimibilium, *art. 226 in addit.*
- Retractus obtinet in bonis quorum ultima inhæredatio facta est apud judicem ubi observatur retractus, *art. 229*
- Retractus non obtinet in illo qui non habet jus succedendi, *tit. 15 turb. 1*
- Retractus bonorum ex parte viri procedentium non datur propinquis ex parte uxoris, *ibidem.*
- Retractus in quibus bonis obtineat, *tit. 15 turb. 2*
- Revisio in causis summaris, *art. 49 in addit.*
- Reus non potest accusari nisi coram pleno confistorio, *art. 58 num. 2*
- Reo datur Advocatus in criminalibus, *art. 60 n. 3*
- Reus non tenetur edere instrumenta contra se, *ibidem num. 7*
- Reus non potest puniri nisi confiteatur delictum, *art. 61 vers. hodie.*
- Nisi reperiatur in flagranti vel per testes convincatur, *ibidem.*

Reus si non confiteatur dimittendus est, *ibidem.*
 Rythmicorum Collegia, art. 43 num. 5

S.

- S**cabini septem apud Bruxellenses, art. 11 n. 3
 Scabini unde dicantur, *ibidem.*
 Scabini Bruxellenses sunt immunes ab omni extraneo servitio, art. 24
 Scabini possunt esse Judices in Camera Uckellensi, & Tribunali Vectigalium, *ibidem.*
 (Schiltbortigh) quis dicatur, art. 1 num. 12
 Schedæ proclamatoriæ affiguntur bonis vendendis, tit. 6 turb. 7 & 18 & art. 145 vers. si vero.
 Secretarii non possuntmittere hypothecationes aut contractus, nisi exhibeantur tituli, art. 139
 Senna fluvius, art. 1 num. 5.
 Sententiæ executioni mandari debent intra annum, art. 109
 Sententiæ latæ super litteris Scabinalibus tantæ sunt virtutis ac latæ in contradictorio, tit. 6 turb. 14
 Separata habitatio pro emancipatione habetur, art. 267 in addit.
 Servientes ab Ammanno eliguntur, art. 3
 Debent esse integræ famæ, *ibidem.*
 Debent cautionem præstare, *ibidem.*
 Servientium jusjurandum, *ibidem.*
 Institutio, art. 3 num. 1
 Varia nomina, *ibidem* num. 2
 Servientes coram Magistratu forum fortiuntur art. 4
 Servientes si excedant quomodo puniantur, *ibid.* n. 1
 Servientes non adjuvant se jure Civitatis, adversus Principem ejusve Ministrum, art. 223
 Servitutes exprimendæ sunt in Contractibus, art. 144 & 165 in addit.
 Solennitas levis omissa vitiat actum, art. 106 num. 7

- Solemnitates requisitæ in processu ad inductionem , tit. 6 turb. 18
- Solutione Reditus deficiente , litteræ constitutionales sententiantur , tit. 11 turb. 8
- Soniæ Sylvæ descriptio , art. 1 num. 3
- Sors repeti nequit redivo bene constituto , tit. 11 turb. 16
- Sponsa non venit nomine mulieris conjugatæ , art. 232 num. 1
- Statuæ & imagines an sequantur fundum alienatum , art. 149 in addit.
- Statuta Urbium ligant suburbia , art. 1 num. 8
- Statutum quid ? art. 8 num. 1
- Statuta habent vim legis , ibidem.
- Statuta interpretantur è jure communi , ibidem.
- Statuta qualia possint à Magistratu condi , art. 39 num. 2 & 3
- Statutum debet publicari , ibidem. num. 6
- Statutum an valeat quod plenam fidem adhibet Mercatorum libris , art. 159 num. 14 & 18
- Subsidii jus regale est , & quid contineatur hoc nomine , art. 6 num. 1
- Subsidiorum varia nomina , ibidem. num. 2
- Suburbia sequuntur leges urbanas , art. 1 num. 8
- Successio acquestuum in secundo & ulteriori Matrimonio , art. 289
- Successio Fratrum , art. 296
- Successio , casu quo moriuntur liberi , unius thori , art. 297
- Successio liberorum in bona Patruorum aut Avunculorum , art. 275
- Successio liberorum in bona Parentum , art. 287
- Successio acquestuum , art. 288 & 289
- Successio acquestuum defectu Fratrum aut Sororum eorumve descendendum , art. 293
- Successio propinquorum defectu liberorum , art. 290
- Successio Principis defectu hæredum , art. 292
- Successio descendendum , art. 294

- S**uccessio Fratrum & Sororum germanorum cum
 utenerinis aut consanguineis tantum, in mo-
 bilia, art. 295
Successio eorundem in acquestus, art. 296
Successio Patruorum in bona Nepotum, art. 299
Successio ascendentium, art. 300
Summarium iudicium quando obtineat, art. 48
 num. 2 & art. 49 & art. 59 num. 5
 In summario iudicio quæ observanda, art. 48 n. 3
Summatio præcedit executionem, art. 92 & 120
 & tit. 11 turb. 9
Excipe casum fugæ, art. 93
 Aliæ exceptiones, tit. 11 turb. 22 & 23
Summationis origo, & cur introducta art. 95 n. 4
Summationis omissio parit nullitatem, art. 95
 num. 4 vide tamen tit. 6 turb. 16
Suppellectilis nomine quid veniat, art. 249 in add.
Surrogatio Consulis seu Scabini demortui, art. 15
Surrogatio defuncti Consulis & Magistratus Na-
 tionalis, art. 16
Superstes conjugum est hæres necessarius mobi-
 lium, art. 249 & 150 & tit. 16 turb. 2
Tenetur ad solutionem debitorum, tit. 16 turb.
 8 & 19
Habet usumfructum in immobilibus, d. turb.
 19 & art. 251

T.

- T**Abernæ non habent jus asyli, art. 65 num. 6
Taxatio fit secundum credulitatem, art. 104
 Et per deputatos à Magistratu, *ibidem*. num. 2
Tempus solum non est efficax, ad inducendam
 obligationem, art. 171 in addit.
Territorium quid, art. 39 num. 5
Tertio membro Bruxellensi propositiones dantur
 scriptim, art. 36
Quod membrum tunc eas communicat seniori-
 bus, art. 37

- Tunc simul resolvunt, *art. 38*
 Testamenta dant jus reale, *art. 308*
 Testatus partim & partim intestatus quis potest
 decedere, *art. 310*
 Testes in arresto non possunt esse apparitores,
art. 76 num. 2
 Testium subscriptio non requiritur in arresto,
ibid. num. 3
 Thii & Thix succedunt Nepotibus, & quando,
art. 299 Et tit. 20 turb. 6
 Tituli exhibendi sunt Secretario aut Graphiario
 ante gravamen aut Contractum, *art. 308 tit.*
11 turb. 16
 Tortura quando admittatur, *art. 62 in addit.*
 Torturæ adfunt Scabini, *art. 63*
 In Tortura considerandæ sunt vires torquendi, *ibid.*
 Transversorum nomine qui veniant, *art. 292 in add.*

V.

- V**agabundi mediante confessione in jus du-
 cuntur, *art. 61*
 Vagabundo confessionem révocanti datur Advo-
 catus & Procurator, si requirat, *ibidem.*
 Vagabundus quis dicatur, *art. 61 in addit.*
 Vagabundus ubi conveniri debeat, *ibidem. Et art.*
85 num. 7
 Venditor non tenetur emptori de re vendita, si
 non promiserit præstationem, *art. 147*
 Vestimenta uxorum non comprehenduntur sub
 mobilibus, *art 234*
 Vice-Ammannus Bruxellensis debet esse Braban-
 tinus & Legitimus, *art. 1*
 Eligitur à Principe, *ibidem.*
 Habet jurisdictionem ordinariam, *ibidem.*
 Vicini præsumuntur optime nosse valorem bo-
 norum, *art. 106 num. 1*
 (*Vierschare*) unde dicta, *art. 56 in addit.*

- Vidua virgo nupta optionem habet adhærendi
 pactis dotalibus, Testamento vel juri muni-
 cipali, *tit. 16 turb. 4*
 Nisi sit Vidua secundi mariti, quo casu requi-
 ritur consensus hæredum mariti, *tit. 16 turb. 11*
 Vidua debet perficere venditionem à marito in-
 choatam, *tit. 16 turb. 5*
 Vidua Bruxellis non potest repudiare Domum
 Mortuariam mariti, nisi casu divortii decla-
 rati, *tit. 16 turb. 16 & 22*
 Vidua secundo nubens debet providere liberis
 de tutore, *art. 266 in addit.*
 Vir & Uxor stante Matrimonio possunt simul re-
 vocare contractum antenuptialem, nisi fieret
 in præjudicium tertii, *tit. 16 turb. 21*
Vide in vocibus, maritus, conjuges,
 Urunta carcer Civium, *art. 66*
 Usufructuarius non potest elocare ultra vitam
 suam, *art. 121*
 Sed de triennio ad triennium, *ibid. in addit.*
 Usufructus non cadit in mobilia, sed ea pleno
 jure spectant ad superstitem, *tit. 16 turb. 15*
 Usufructui Fundorum ac Redituum potest renun-
 ciari coram Notario & Testibus, *ibid. turb. 25*
 Usufructus bonorum prædefuncti transit cum
 onere alendi & dotandi liberos, *art. 251 in add.*
 Usufructum alter conjugum in alterius præju-
 dicium tertio cuidam legare non potest, nisi
 cum ejus consensu, *art. 251 num. 4*
 Usufructus non competit superstiti in bonis
 quorum defunctus habuit solum usufructum,
art. 252
 Usufructuarius debet ferre onera quibus bona
 fructuata sunt subjecta, *art. 253*
 Usufructuario non solvente onera, quomodo
 evictio impediatur à Proprietario, *art. 255*
 Usufructuarius debet conservare bona salva in
 quibus habet usufructum, *art. 256 tit. 17 turb. 1*

- Usufructuarius & Proprietarius quisque pro suis partibus tenetur reficere ædificium , *art. 256*
- Usufructuarius omnem curam diligentis custodis adhibet , *art. 256 in addit.*
- Usufructuarius non tenetur in majores reparaciones , *ibidem.*
- Usufructuarius quas arbores possit cedere , *art. 257*
- Usufructuarius non potest Piscare in Stagnis nisi tempore solito , *art. 258*
- Usufructuario moriente qui fructus sequantur hæredes , *art. 261*
- Usufructu durante nulla contra Proprietarium currit præscriptio , *art. 264 & tit. 17 turb. 2*
- Usufructus ac proprietas debent consolidari ante alienationem , *art. 265 & tit. 17 turb. 2*
- Uxor tenetur ad mariti debita , *tit. 11 turb 5*
- Uxor est in tutela mariti , *art. 231*
- Uxor non habet personam standi in judicio sine autoritate mariti , *art. 232 num. 14*
- Nisi maritus sit negligens , *art. 233*
- Uxoris bona non possunt excuti pro debitis mariti , nisi mariti bona sint probata , *art. 234 & tit. 16 turb. 3*
- Uxor nec se nec maritum poterit obligare sine consensu mariti , *art. 235*
- Nisi pro subsistentia familiæ , *ibidem.*
- Uxor non potest bona sua gravare sine consensu mariti , nisi per ultimam voluntatem , *art. 239*
- Uxor superstes non habet præferentiam pro dotalibus aliisque bonis collatis , *art. 247*
- Uxor superstes poterit renunciare pactis dotalibus & adhærere juri consuetudinario , *tit. 16 turb. 1*
- Uxor non habet præferentiam respectu bonorum paraphernalium ac dotalium jam alienatorum , *tit. 16 turb. 17*
- Uxor nec stante Matrimonio nec post habet præferentiam in bonis mariti , *tit. 16 turb. 6*

W.

- W** *Aerschap*) sive præstatio quid sit, art. 56
 num. 5 & art. 194
 In quo fundetur, art. 195
 Promittitur ab Ammanno in Camera sua ven-
 dente bona, art. 197
 Præstatio promissa præfertur personalibus obliga-
 tionibus, art. 198
 Non præscribitur, art. 199
 Executioni mandatur tam super bonis obligatis
 quam aliis, *ibidem.*
 Præstatio promissa sine speciali hypotheca non af-
 fectat nisi post inductionem, art. 201
 Sed bene ubi specialis intervenit, art. 202
 Præstationis promissor debet supplere defectum
 bonorum obligatorum, art. 204
Vide in voce Præstatio.

Y.


- Y** *Sfue Vide* exagogicum jus.

F I N I S.



Wp. vol. 4
3 vol

art. 56
rt. 194
rt. 195
a ven-
rt. 197
obliga-
rt. 198
rt. 199
obligatis
ibidem.
non af-
rt. 201
rt. 202
ectum
rt. 204



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
 Centimetres

TIFFEN Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Skin	Light Gray
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	Dark Skin	Black

TIFFEN Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
	R	G	B				W	G	K		C	Y	M						
	Red	Green	Blue				White	Gray	Black		Cyan	Yellow	Magenta						

